BIBLIOTECA NAZ.LE
110
C
6
NAPOLI

110
C.
6.

83
0
48

P. TERENTII COMOEDIAE A PHIL. Melanchthone reſtitutæ, eiuſdemq; ſcholijs illuſtratæ.

Commentaria item in eaſdem Aelij Donati eruditiſſima. in quibus ſupra omnium editiones, quò repurgatiora etiam à mendis ederentur, complura reſtituta & emendata ſunt. Quod ipſum induſtrio lectori exemplorum collatio facile teſtabitur.

MOGVNT. AN. M.D.XXVIII.

BIBLIOT. NAZIONALE D. ITE
B. R.

PAEDAGOGIS PHILIP. SALVTEM.

CVM TYPOGRAPHVS hic Terẽtij Comœdias recudere pararet, rogauit ut ſe in optimo autore edendo recognoſcẽdoq́; adiuuarem. Ego uero, tametſi nõ ſatis inſtructus eſſem ueteribus exemplis quibus in tali re opus erat, tamen homini amico, in ſanctiſſimo negocio nolui deeſſe. Nam mihi quidem præclare mereri de repub. uidentur, qui hoc genus autorib. edendis publicis ſtudijs cõſulunt. Præſertim autẽ hoc tempore, cum in perniciem literarum penè conſpiraſſe chalcographi uidentur, non mediocris gratia debetur ijs, qui nõ nullo rei familiaris periculo in ueteribus autorib transſcribẽdis ſumptus faciunt. Paſſim em̃ nouis & inſulſis libellis, magno numero quotidie prodeuntibus, luculenta ueterum ſcripta opprimũtur. Porrò uix alius liber eſt, quẽ perinde omniũ manibus teri referat, atq; has comœdias. Nam, præterquã ꝙ honeſtiſſi. ciuilium morum exempla hic proponũtur, ad parandam dicẽdi facultatem mirifice conducunt. Vincit enim proprietate ſermonis facile omnes Terentius, quæ uirtus in oratione citra cõtrouerſiam prima eſt. Deinde ea in exponendo ac narrando copia, ea diſpoſitio argumentorũ, ea in ſententijs ac ſalibus uenuſtas eſt prorſus, ut ꝑfectius ne quidem ipſas Athenas, quas in hoc genere regnaſſe ferunt, quicquã facere potuiſſe credam. Quare hunc autorem edentibus non inuiti operã dedimus. Qnid præſtiterimus, indicabũt exempla, ſi cum alijs conferantur. Facta eſt copia nobis Terentiani codicis, qui uidebat uetuſtior, ſed erãt iuxta prouerbium ἄνθρακες θησαυρός Itaq; nos nõ magnopere adiuuit. Vtinam autem libeat ijs quos audio diu iam moliri emẽdationem, tandem aliquanto nitidiorẽ Terentium in proſceniũ producere. Neq; enim alio beneficio maiorẽ gratiã apud ſtudioſos omnes inire quiſquã poſſit. Me uero nõ pœnitebit huius operæ, ſi qui me autore magis amabunt Terentium, Chryſoſtomũ ferunt tantopere delectatũ eſſe Ariſtophanis lectione, ut ſemper in manibus haberet, dormiens etiã pro puluino uteretur. Nec dubium eſt, quin alendæ locupletandæq́; facundiæ cauſſa tam ſedulo legerit, quanto pluris Terentius fieri meretur, cuius fabulæ cũm obſcœnitate uacant, tum ſunt aliquanto quã Ariſtophanicæ, niſi ualde fallor ῥητορικώτεραι. Proinde pædagogos om̃es adhortor, ut hunc autorẽ ſumma fide ſtudijs iuuentutis cõmendent. Nam & ad iudicium formandum de cõmunibus moribus mihi quidẽ plus conferre, quàm plæriq; philoſophorũ commentarij, uidetur. Et non alius autor loqui elegantius docebit, aut utiliore genere orationis puerilem

a linguam

linguam imbuet. Beatas reſpubli. ſi hoc genere literarum dedolata iuuentus, ad maiores res gerendas acceſſerit. Nũc cum nullæ literæ, nulla ſcientia, neq; religionis, neq; uirtutis ſit in his, qui tenent reſpub. uidemus eorũ inſcitia, omnia ſacra & profana, diuina atq; humana miſceri.

IO. GLORIERIO

CHRISTIANISSIMI GALLORVM regis ſecretario, & primario Inſubriæ quæſtori, Franciſcus Aſulanus S.

QVicunq; Volcatius ille Sedigitus fuit, qui iudiciũ de Latinis comicis, in his qui circũferuntur, iambis tam audacter tulit, ut nihil eum qui cõtra ſentiat, ſentire dixerit, næ ille mihi omĩ ipſe prorſus uidetur ſenſu caruiſſe. Cæcilio palmã ſtatuit, facilius id fortaſſe quàm decuit, quanquã em̃ de eo, cuius nulla extẽt ſcripta, iudicari nihil poſſit, nõ parui tamen Ciceronis iudiciũ, qui nunc malum eum eſſe latinitatis autorem, nunc male locutum dicit, faciendũ eſt. Sed ob ipſam tamẽ hanc cauſſam, quod omnia eius ſcripta interciderunt, ne temere in eum quẽ non legimus, pronunciaſſe iniquã uideamur, cum præſertim & Horatius etiam grauitate eum dicat uincere, condonemus ſanè hoc Ciceronis iudicium, & recte Cæcilio delatam palmã exiſtimemus. Quid, qđ Plautum cæteros ſuperare, ac ſexto demũ loco conſequi Terentiũ aſſerit? ullóne id pacto aſſentiri poſſumus? Ego uero tantũ abeſt ut in hac ſim ſententia, ut lõgo interuallo poſt Terentiũ, Plautum arbitrer collocandũ. Neq; uero ut hoc ſentiam, ſermonis ſolum elegantia moueor, qua Terentium facillime omnes excellere nemo eſt qui neget, Volo in hoc parem illi Plautum eſſe, uolo quod hominis fortaſſe uitium ſit, ætati aſcribere. Durior eſt Plautus, aſperis quibuſdã atq; obſcuris uerbis utitur, ſic enim tunc loquebãtur, non poterat ille alio quàm ætatis ſuæ ſermone uti. Longe Terentius cultior, nihil in eo non lene, nihil non elegans, limatior tum ſcilicet latina lingua facta eſt, non eius hæc propria exiſtimanda laus, ſed cõmunis illius ætatis indiciũ. ut hæc inquã ita eſſe concedam, quid cætera quæ multo maioris artis ſunt, poſſuntné ulla ratiõe paria in utroq; fieri? Omnibus mihi Plautus in rebus (liceat libere ꝓferre quod ſentio) uidetur nimius. ita illo Terentius parcior, ut nihil ab eo tamen quod deſiderari poſſit, relinquatur. Hiant nonnunquã, neq; ſatis cohærent Plauti comœdiæ, ita omnia Terentij inter ſe nexa, ita ex omĩbus unum quoddã conficitur, ut nihil aptius illius fabulis, nihil magis fieri ad unguem poſſit. Atqui hoc, ideſt, quod præcipue præſtari & ab poetis, & ab ſcriptoribus omĩbus debeat, ac maximã ſi aliud quip-

piam,

piam, artem exigat. Iam decorum illud, quod in omībus tantopere cuſtodiendum rebus eſt (in fabulis uero, ubi cōgrua unicuiq; perſonæ eſfingenda ſunt omnia, niſi ſeruetur, nihil prorſus fiat) nemo Terētio attentius obſeruauit, at huius nonnunquā Plautus obliuiſcitur. Ac mihi quidem aliquando hæc quæ diximus cōſideranti, ob id Plautus minus in his fortaſſe poſuiſſe curæ uideri ſolet, quod unū illi ſtudium facetiarū fuit, nihil ille aliud propoſitum comico poetæ credidit, quā populo riſum mouere. Id dum unū captat, uni huic rei dum inſeruit, ut id qđ uoluit maxime aſſecutus ſit, & urbaniſſimus ſit ſpectatoribus uiſus, multa certe alia & potiora omiſit, atq; ipſi tamen etiā illi ſales, dum undiq; eos colligit, undiq; ex omni re aucupatur, hebetes plerunq; ac ſcurriles ſunt, nec quos extra illū in theatro cōcitati uulgi plauſum, ſedatus probare lector poſſit. Qua in re ita ſibi Terentius moderatus eſt, ut in hoc quoq; nō minus quā in cæteris, quæ à nobis dicta ſunt, præſtitiſſe omnibus uideatur. Duo ſunt facetiarū genera, in re alterū, alterum in uerbo eſt poſitū, multo id uenuſtius & grauius, quod re tractatur, acutū nonnunquā & elegans, quod in uerbo eſt, ſed frigidum tamen plerunq; eſt, & facillime in ſcurrilitatē delabitur, ſi quis ſibi in eo nō moderetur. Creber primo in genere, in ſecundo parcus Terentius, cōtra Plautus, in primo rarus, in ſecundo frequentiſſimus. Hinc factum eſt, ut rudi fortaſſe populo & ſpectatoribus, quippe qui ſcurra ſæpius quàm poeta delectētur, ſalſior ſit Plautus uiſus, peritis certe auribus, & ſapienti lectori nihil Terentio feſtiuius uideri debet, illius, quæ lepida dicta ſunt, placere ſemel poſſunt, huius quo magis inſpiciūtur, eo uenuſtiora adparent, riſum ille perſæpe, ſed & ſæpe cachinnū mouet, nunquā cachinnum Terentius, atq; ut uno omnia uerbo cōplectar, in illo dicacitas, in hoc urbanitas conſpicitur maxima. Atq; hanc quidem ego de poetis his non tam libere fortaſſe dixiſſem ſententiā, niſi maximos quos ſequerer uiros, Horatium & Afraniū eius autores habuiſſem, quos multo ego pluris, quàm Sedigitū hunc (neſcio quem) facio. Acerrimo inter poetas omnes iudicio mihi fuiſſe, Horatius uidetur, nemo illo uetuſtiores poetas diligentius excuſſit, at is de Plauto,

At noſtri proaui Plautinos & numeros, &
Laudauere ſales, nimium patienter utrunq;
Ne dicam ſtulte mirati, ſi modo ego & uos
Scimus inurbanum lepido ſeponere dicto,
Legitimumq; ſonum digitis callemus & aure.

Et numeros, & ſales Plautinos non probat Horatius, nos de ſalibus diximus multa, quæ de numeris dici poſſent, ne longiores eſſemus, ac nimis omnia inquirere uideremur, prætermittere ac condonare uoluimus. Sed quid idem de Terentio Horatius?

Vincere Cæcilius grauitate, Terentius arte,.

Parem Cæcilio Terentium facit, cum grauitate alterum, alterū arte dicit uincere, atqui ni ego grauitate quidē uideo quomodo ab ullo uinci potuerit Terentius, quæcūq; in comico eſſe aut poteſt, aut debet grauitas,

tas, in illo eſt, quod ſi grauior Cæcilius fuit, ne ille fortaſſe comœdiæ ſit fines prætergreſſus. Quanquã enim tollat plerũq; uocem comœdia neceſſe eſt, ita tamen debet tollere, ut nullo illi pacto ad tragœdiam aſcendendum ſit. ob hoc ego Afranio libenter accedo, qui neminẽ Terentio dici poſſe ſimilem adfirmat. neq; cuiuſquã uerius fuiſſe iudicium arbitror. Probatiores alij fuerint populo, unius ego Afranij, q̃ ipſe egregie togatas ſcripſit, de comico poëta iudicium, longe om̃ibus totius uictricis terrarum omniũ plebis Romanæ plauſibus anteponendum cenſeo. At in alia eſt ſententia Sedigitus, grauis mihi autor opponitur. Non Terentio is Cæcilium ſolum & Plautũ, ſed Attilium etiã, ſi dijs placet (ut omittam alios) præferendum exiſtimat. Quid agis bone Volcati? eum ne etiam, quem Cicero & ferreũ eſſe ſcriptorẽ Licinio aſſentitur, & ipſe duriſſimũ uocat? Sed non eſt profecto quod admirer, non ſatis tibi elegantiſſimũ hunc poëtam placuiſſe, ne id quidẽ admirarer, ſi poſt Ennium, quem poſtremũ cenſes, collocaſſes, hoc te ego ſenſiſſe, ſed dicere auſum non eſſe arbitror. Vnũ id admiror, inuentũ eſſe quempiam qui tua iſta carmina tanquã oraculum quoddam ſibi ꝓferenda duxerit. Sed ualeat Sedigitus, nos Afranio aſſentiri non pigeat, ac Terentiũ omnibus præſtitiſſe comicis credamus, neq; uim illam comicã, quam ei unã defuiſſe dolet Cæſari (ſi modo ſunt illa Cęſaris carmina) deſideremus. nihil illi defuit, om̃ia quæ comico poëtæ præſtanda ſunt, præſtitit, ſiquid deſiderandum in illo eſt, deſiderandum id eſt, ut ea aliquãdo in manu noſtras ueniãt exemplaria, ex quibus emẽdatiſſimus emitti, ac cõfuſi illius reſtitui uerſus poſſint, Nihil eſt enim difficilius, quàm hos diſtinguere, ſimilimos ille eos proſæ oratiõi uoluit, ut nihil à ſermone differre uiderentur, ob id proximis his rudibus & bonarũ literarum expertibus ſeculis, uerſus crediti non ſunt, & ab exſcribentibus librarijs cõfuſi. Reſtituit horum multos Aldus ſororius meus dum uiueret, multos nos eo mortuo ex ueteribus libris correximus. neq; tamẽ, qđ audaciores alij affirmare auſi ſunt, reſtitutũ omnino Terentiũ credimus, erit fortaſſe cum id affirmari à nobis poterit, nunc ſatis nobis ſit, ex nulla unquã illum officina poſt hunc exſcribendi libros modum inuentũ, caſtigatiorẽ prodijſſe. Plures autem ob cauſſas tibi is Glorieri clariſſime debetur liber, & promiſerat iam eum tibi Aldus, & nihil eſt, quod tibi noſtro etiã nomine & ego, & Andreas pater nõ debeamus. Tu Aldum ſemper ſingulari quadam beneuolentia proſecutus es. Tu eo defuncto, oẽm in nos amorem illum contuliſti, neq; unquã noua in nos quotidie beneficia cõgerere intermiſiſti, ex quo factum eſt, ut quo tibi pacto pares unquã referri à nobis poſſint gratiæ, non uideamus, neq; tamẽ ob id hunc tibi à me librum dicatum quiſquã exiſtimet, quod pluribus ac maximis tuis in me meritis leui hoc munere ſatisfactum uelim, tantum abeſt ut id cogitem, ut ob hoc tibi etiam magis debiturus ſim. Ob hanc enim præcipue cauſſam ſub tuo nomine Terentiũ edimns, ut & is & reliqua om̃ia, quæ aut emiſſa à nobis ſunt, aut emittẽtur, patrocinio tuo defendantur, ac nõ parua ex tuo nomine autoritas libris noſtris accedat. Quod autẽ

tibi ego,

tibi ego, cui me plurimũ debere confiteor, plura etiam debere nõ uerear, ſingularis quædam, quæ in te uno cernitur, in cauſſa eſt beneficẽtia, tum tu tibi cumulatiſſime relatũ beneficium putas, cum nouo cumulas, neq; alium ex ipſa beneficẽtia fructum, quàm beneficentiã ipſam petis. Ac oſtendunt ſe quidẽ reliquæ in te uirtutes omnes, ob quas tanquã aliquod è Gallia miſſum numen. Inſubria te tota ſuſpicit, ſed neſcio quo pacto tamen longe magis hæc omniũ in ſe oculos trahit, longe hæc magis omniũ ſermonibus celebratur, quippe & multo hanc ſibi omẽs magis quàm cæteras prodeſſe ſentiunt, neq; alia uirtus eſt, quæ ſimiliores nos dijs efficiat, atq; hac tu quidem ita quotidie tibi multos deuincis, ut difficile ſit, qui te nouerit, & non tuo tibi aliquo beneficio obſtrictus ſit, reperire. Ego certe præter cæteros tibi tantũ debeo, ut tibi quidem ipſi ſatisfacere una tantũ ratione, noua beneficia accipiendo, atq; illuſtriorem beneficentiã tuam faciendo, poſſim, cæteris quo me pacto, non ingratum eſſe oſtendam, non inueniam.

TERENTI VITA, ET DE TRAGOEDIA AC COmœdia non pauca ex Aelio Donato.

PVblius Terentius Afer Carthagine natus, ſeruiuit Romæ Terẽtio Lucano ſenatori, à quo ob ingenium, & formã non inſtitutus modo liberaliter, ſed & mature manumiſſus. Quidam captum eſſe exiſtimãt quod fieri nullo modo potuiſſe Feneſtella docet, cum in fine ſecũdi belli punici, & ante initium tertij natus ſit & mortuus. Nec ſi à Numidis aut Getulis captus ſit, ad ducem Romanum peruenire potuiſſe, nullo cõmercio inter Italicos & Afros, niſi poſt deletam Carthaginem, cœpto. Hic cum multis nobilibus familiariter uixit, ſed maxime cũ Scipione Africano & cum Lælio, quibus etiam corporis gratia cõciliatus exiſtimatur. Quod & ipſum Feneſtella arguit, contendens utroq; maiorẽ natu fuiſſe, quamuis Cornelius Nepos æquales omẽs fuiſſe tradat, & Portius ſuſpitionem de conſuetudine per hæc, faciat.

Dum laſciuium nobilium & fuſcoſas laudes petit,
Dum Africani uoce diuina inhiat auidis auribus,
Dum ad Furium ſe cœnitare, & Lælium pulchrum putat,
Dum ſe amari ab hiſce credit, crebro in Albanum rapi.

* Ad florem ætatis ſuæ ipſis ſublatis rebus ad ſummã inopiam redactus eſt. Itaq; è conſpectu omniũ abijt in Græciã in terram ultimã. Mortuus eſt in Stymphalo Arcadiæ oppido, nihil Publius Scipio profuit, nihil ei Lælius, nihil Furius.

Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillime.
Eorum ille opera ne domũ quidem habuit conductitiam,
Saltem ut eſſet quo referret obitum domini ſeruulus.

Scripſit comœdias ſex, ex quibus primã Andriam cum ædilibus daret, iuſſus ante Cerio recitare, ad cœnantẽ cum ueniſſet, dictus eſt, initiũ quidem fabulæ, quod erat contemptiore ueſtitu, ſubſellio iuxta lectulũ reſidens legiſſe, poſt paucos uero uerſus inuitatus ut accũberet, cœnaſſe unà, deinde cætera percurriſſe non ſine magna Cerij admiratione, & hanc autẽ & quinq; reliquas æqualiter populo probauit. Quãuis Volcatius de enumeratione ita ſcribit.

Sumeretur Hecyra ſexta ex his fabula.

Eunuchus quidem bis acta eſt, meruitq; precium quantũ nulla alia cuiuſquã comœdia, uidelicet octo millia nummũ, ꝓpterea ſummo quoq; titulo aſcribitˉ. Nam Adelphorũ principium Varro etiam præfert principio Menãdri. Non obſcura fama eſt adiutũ Terentiũ in ſcriptis à Lælio & Scipione, quibus cum familiariter uixit. Eandem ipſe auxit. Nunquã enim niſi leuiter ſe tutari conatur, ut in prologo Adelphorum.

Nam quod iſti dicunt maleuoli, homines nobiles
Nunc adiutare, aſſidueq; unà ſcribere,
Quod illi maledictum uehemens exiſtimant,
Eam laudem hic ducit maximam, cum illis placet
Qui uobis uniuerſis, & populo placent,
Quorum opera in bello, in otio, in negotio,
Suo quiſq; tempore uſus eſt, ſine ſuperbia.

Octo ñ; ducentorꝫ coronatorum pretium eſt. Prælatus Menãdro Terẽtius.

Videtur autem ſe leuius defendiſſe, quia ſciebat Lælio & Scipioni non ingratam eſſe hanc opinionẽ, quæ tamẽ magis & uſq; ad poſteriora tempora ualuit. Q. Memmius in oratione pro ſe ait. P. Africanus, qui à Terentio perſonam mutuatus, quæ domi luſerat ipſe, nomine illius in ſcenam detulit. Nepos autore certo comperiſſe ſe ait. C. Lælium quondam in Puteolano Cal. Martij admonitũ ab uxore, temperius ut diſcũberet, petijſſe ab ea ne interpellaretur, ſerius tãdem ingreſſum tricliniũ dixiſſe, non ſæpe in ſcribendo magis ſucceſſiſſe ſibi, deinde rogatum ut ſcripta illa proferret, ꝓnũciaſſe, uerſus qui ſunt in ἑαυτὸν τιμωρουμένῳ
Satis pol proterue me Syri promiſſa huc induxerunt, Satra Terentium exiſtimat, ſi modo in ſcribẽdo adiutoribus indiguerit, nõ tam Scipione & Lælio uti potuiſſe, qui tunc adoleſcentuli fuere, quàm Sulpitio Gallo homine docto, & qui conſolaribus ludis initiũ fecerit fabularum dandarum, uel. Q. Fabio Labeone & M. Pompilio, cõſulari utroq;, ac poeta. Ideo ipſum non iuuenes deſignaſſe, qui ſe adiuuaſſe dicerẽtur, ſed uiros, quorum operam & in bello, & in otio, & in negotio, populus ſit expertus. Poſt æditas comœdias quintũ atq; trigeſimũ egreſſus annum, cauſſa euitandæ opinionis quia uidebatur aliena pro ſuis ædere, ſeu ꝑcipiendi Græcorum inſtituta moreſq;, quos perinde exprimeret in ſcriptis egreſſus eſt, neq; amplius redijt. De morte eius Volcatius tradit.

Sed ut

Sed ut Afer ſex populo ædidit comœdias,
Iter hinc in Aſiam fecit, nauim cum ſemel
Conſcendit uiſus nunquam eſt, ſic uita uacat.

Q. Conſetius redeuntem è Græcia perijſſe in mari dicit cum centum & octo fabulis conuerſis à Menandro.

Cæteri mortuũ eſſe in Arcadia Stymphali ſinu Leucadiæ tradũt, C. Cor. Dolobella, Marco Fuluio Nobiliore COSS. morbo implicitum acri, dolore ac tædio amiſſarum fabularũ, quas in naui præmiſerat, ac ſimul fabularũ quas nouas fecerat. Fuiſſe dicitur mediocri ſtatura, gracili corpore, colore fuſco. Reliquit filiam quæ equiti R. nupſit. Item hortulos. xx. iugerum, uia Appia ad Martis uillam, quo magis miror Portium ſcribere. Nihil Publius.
Scipio profuit, nihil ei Lælius, nihil Furius.
Tres per idem tempus, qui agitabant nobiles facillime.
Eorum ille opera ne domũ quidem habuit conductitiam,
Saltem ut eſſet quo referret obitum domini ſeruulus.

Hunc Afranius quidem omnibus Comicis præfert, ſcribens in compitalibus.
Terentio non ſimilem dices quempiam.

Volcatius autem non ſolum Næuio & Plauto, & Cæcilio, ſed Licinio quoq; poſtponit. Cicero in Limone hactenus laudat.
Tu quoq;, qui ſolus lecto ſermone Terenti
Conuerſum expreſſumq; *Latina uoce* Menandrum
In medio populi ſedatis uocibus effers.
Quid, quod come loquens, ac omnia dulcia dicens? C. Cæſar.
Tu quoq; ſub miſſo tam dimidiate Menander
Poneris, & merito puri ſermonis amator,
Lenibus atq; utinam ſcriptis adiuncta foret uis
Comica, ut æquato uirtus polleret honore
Cum Græcis, neq; in hac deſpectus parte iaceres.
Vnum hoc maceror & doleo tibi deeſſe Terenti.

Hæc Suetonius Tranquillius. Nam duos Terẽtios poëtas fuiſſe ſcribit Metius, quorum alter Fregellanus fuerit Terentius libertus, alter libertinus Terentius, Afer patria, de quo nunc loquimur. Scipionis fabulas ædidiſſe Terentium, Valegius natione ait?
Hæ quæ uocantur fabulæ, cuiæ ſunt,
Non has qui iura populis recenſentibus
Dabat, ſummo honore adfectus fecit fabulas,

Duæ ab Apollodoro trãslatæ eſſe dicũtur comico, Phormio, & Hecyra, quatuor reliquæ à Menandro, ex quibus magno ſucceſſu, & pretio ſtetit Eunuchus fabula. Hecyra ſæpe excluſa, uix acta eſt.

INitium tragœdiæ & comediæ à rebus diuinis eſt inchoatum, quibus pro fructibus uota ſoluentes, operabãtur antiqui. Nam incenſis iam altaribus, & admoto hirco, id genus carminis qđ ſacer chorus reddebat Libero patri, tragœdia dicebatur. uel ἀπὸ τοῦ τράγου, hoc eſt

ab hirco hoſte uinearum, & à cantilena (Eius ipſius rei apud Vergiliũ plena fit mentio) uel ꝙ hirco donabatur eius carminis poeta, uel ꝙ uter eius muſti plenus, ſolenne præmiũ cantoribus fuerat, uel quod ora ſua fecibus perlinebant ſcenici, ante uſum perſonarũ ab Aeſchylo reptum. Feces enim dicuntur græce τρύγες. Et his quidem cauſſis tragœdię nomen eſt inuentum. At uero nõdum coactis in urbem Athenienſibus, cũ Apollini Nomio, id eſt, paſtorum uicinorumq́ præſidi Deo, conſtructis aris in honorem diuinæ rei circum Atticæ uicos, uillas, pagos, & cõpita, feſtum carmen ſolenniter cantarent, orta eſt comœdia, ἀπὸ τοῦ κωμάζειν, quod eſt comeſſatum ire cantantes. quod appoſitis ſolenni die uel amatorie laſciuientibus choris comis, non abſurdum eſt. Itaq́ ut rerum, ita etiam temporũ ipſorum cœpto ordine tragœdia primo prolata eſſe cognoſcitur. Nam ut ab incultu & feris moribus, paulatim peruentum eſt ad manſuetudinẽ, urbesq́ ſunt conditæ, & uita mitior atq́ ocioſa ꝓceſſit, ita res tragicæ longè ante comicas inuẽtæ. Quãuis retro priſca uoluentibus reperiatur Theſpis tragœdiæ primus inuentor, & comœdiæ ueteris pater Eupolis, cum Cratino, Ariſtophaneq́ eſſe creditur. Homerus tamen qui ferè omnis poëticæ largiſſimus fons eſt, etiã his carminibus exempla præbuit, & uelut quadã ſuorum operum lege præſcripſit, qui Iliadem inſtar tragœdiæ, Odyſſeam ad imaginẽ comœdiæ, feciſſe monſtrat. Nam poſt illius tale tantumq́ documentũ, ab ingenioſiſſimis imitatoribus & digeſta in ordinẽ, & diuiſa ſunt ea, quæ etiam tum temere ſcribebãtur, adhuc impolita, atq́ in ipſis rudimentis haudquaquã ut poſtea facta ſunt decora atq́ lenia, adeo ut ea ꝓpria de tragœdia dicenda ſint. De titulo ꝓpoſiti operis, ſiue inſtantis, in alia tẽpora differamus, & de his fabulis iam loquamur, quas Terentius imitatus eſt. Poſtquã demõſtrandæ originis cauſſa, de utriuſq́ generis initio diximus, quod neceſſe eſt iam dicemus. Comœdia ferè uetus, ut ipſa quoq́ olim tragœdia, ſimplex carmen (quemadmodum iam diximus) fuit, ꝙ chorus circa aras fumantes, nunc ſpatiatus, nunc reuoluens gyros, cum tibicine concinebant. Sed primo unã pſona ſubducta eſt cantoribus, quæ reſpondens alternis * choro locupletauit, uariauitq́ rem muſicam, tum altera, tum tertia, & ad poſtremũ creſcente numero per actores diuerſos, pſonæ, pallæ, cothurni, ſocci, & cæteri ornatus, atq́ inſignia ſcenicorũ repta, & ad hoc unicuiq́ ſuus habitus, & ad ultimũ, qui primarũ partium, qui ſecundarꝫ & tertiarũ, quartiq́ loci, atq́ quintarum actores eſſent, diſtributa & diuiſa, quinq́ partita acta eſt tota fabula, quæ tamẽ in ipſis ortus ſui uelut quibuſdã incunabulis, & uix dũ incipiens κωμῳδία dicta eſt ἀρχαία iccirco quia nobis parꝫ cognitis * aut quia ineſt in ea uelut hiſtorica fides ueræ narrationis, & denominatio omniũ, de quibus libere deſcribebãt. Etenim per priſcos poëtas nõ ut penitus ficta argumẽta, ſed res geſtæ à ciuibus palàm cum eorꝫ ſæpe, q geſſerant, nomine decãtabant. Ideo ipſa ſuo tẽpore moribus multum profuit ciuitatis, cum unuſquiſq́ caueret culpa, ne ſpectaculo cæteris extia

ris extitiſſet, & domeſtico probro. Sed cum poëtæ abuti licentius ſtilo, & paſſim lædere ex libidine cœpiſſent plures bonos, ne quiſquã in alterum carmen infame proponeret lata lege ſanxerunt. Et hinc deinde aliud genus fabulæ Satyra ſumpſit exordium, quæ à ſatyris, quos illotos ſemper ac petulantes Deos ſcimus eſſe, uocitata eſt. Et ſi aliunde nomen traxiſſe praue putant alij, hæc, quæ ſatyra dicitur, eiuſmodi fuit, ut in ea quãuis duro & ueluti agreſti modo, de uicijs ciuium, tamen ſine ullo ꝓprij nominis titulo carmen eſſet. Quod item genus comœdiæ multis obfuit poëtis, cum in ſuſpitionẽ potentibus ciuibus ueniſſent, illorũ facta reſcripſiſſe in peius, ac deformaſſe hoc genus carminis, quod primo Lucilius nouo conſcripſit modo, ut poëſim inde feciſſet, id eſt, unius carminis plures libros. Hoc igitur quod ſupra diximus, malo coacti omittere ſatyram. Aliud genus carminis τλωνίαν κωμῳδίαν, hoc eſt, nouam comœdiam reperere poëtæ, quæ argumento cõmuni magis, & generaliter ad omnes homines, qui mediocribus fortunis agunt, pertineret, & minus amaritudinis ſpectatoribus, & eadem opera multũ delectatiõis adferret. Concinna argumento, cõſuetudine congrua, utilis ſententijs, grata ſalibus, apta metro. Vt igitur ſuperiores illæ ſuis quoq; celebrantur autoribus, ita hæc νέα κωμῳδία, cum multorũ ante, ac poſtea, tam præcipue Menãdri, Terentijq; eſt, de qua cũ multa dicenda ſint, ſat erit *tamen uelut* admonẽdi lectoris cauſſa, quid de arte comica ueterũ chartis continetur, exponere. *Comœdia uetus*, ut ab initio chorus fuit, paulatimq; perſonarũ numero in quinq; actus proceſſit, ita paulatim uelut attrito atq; extenuato choro, ad nouam comœdiã ſic peruenit, ut in ea non modo non inducatur chorus, ſed ne locus quidem ullus iam relinquatur choro. Nam poſtquã otioſo tempore, faſtidioſior ſpectator effectus eſt, tunc cum ad autores ab autoribus fabula tranſibat, cũ ſurgere & abire cœpiſſet, admonuit poëtas primo quidem choros, prætermittere locum eius relinquentes, ut Menander fecit, hac de cauſſa, nõ ut alij exiſtimant. Alij in proſcenio ne locũ quidem reliquerunt, quod Latini fecerunt Comici, unde apud illos dirimere actus quinq; partitos difficile eſt, cum etiam Greci prologos non habent more noſtrorũ, quos Latini habent. Deinde * & deos argumentis narrandis machinatos cæteri Latini inſtar Græcorũ habent, Terentius non habet. Ad hoc προτατικὰ πρόσωπα, & perſonas extra argumẽtum accerſitas non facile cæteri habent, quibus Terentius ſæpe utitur, ut per harum inductiones facile pateat argumentũ. Veteres, & ſi ipſi quoq; in metris negligentius uſi ſunt Iambico uerſu, duntaxat in ſecundo & quarto loco, tamẽ à Terentio uincuntur reſolutione huius metri, quantũ comminui poteſt ad imaginem proſæ orationis, tum perſonarũ leges circa habitũ, ætatem, officium, partes agendi, nemo diligentius Terentio cuſtodiuit. quinetiam ſolus caſus eſt in fictis argumentis, cũ fidem ueritatis aſſequeretur, etiã contra præſcripta comica, meretrices interdum nõ malas introducere, ꝗbus tamẽ cur bonæ ſint, & uoluptas, ꝑ ipſum, & cauſſa nõ deſit. Hæc

Noua comœdia.

cum artificioſiſſima Terentius fecerit, tum illud eſt admirãdum, qđ & morem retinuit, ut comœdiã ſcriberet, & temperauit adfectum, ne in tragœdiam tranſiliret, quod cum alijs rebus minime obtentũ, & à Plauto, & ab Afranio & Accio, & multis ferè magnis comicis inuenimus. Illud quoq; inter Terentianas uirtutes mirabile, quod eius fabulæ eo ſunt temperamento, ut neq; extumeſcant, ad tragicã celſitudinẽ, neq; abijciãtur ad hiſtrionicã. Adde quod nihil abſtruſum ab eo ponitur, aut quod ab hiſtoricis requirendum ſit, quod ſæpius Plautus facit, & eo eſt obſcurior in pluribus locis. Adde quod argumẽti & ſtili ita attente memor eſt, ut nuſquã claudicarit aut errauerit, quæ obeſſe poterunt, tum ꝙ media primis atq; poſtremis ita nexuit, ut nihil additũ alteri, ſed aptũ & ex ſe totum, & uno corpore uideatur eſſe cõpoſitum. Illud quoq; mirabile in eo primo, ꝙ non ita miſcet perſonas quatuor, ut obſcura ſit earũ diſtinctio. Et item quod nihil ad populũ facit actorẽ uelut ex tragœdia loqui, quod uitium Plauti frequentiſſimũ eſt. Illud etiam inter cætera eius laude dignum uidetur, quod locupletiora argumenta, & duplicibus negotijs delegerit ad ſcribendum, nam excepta Hecyra, in qua ſcribit Pamphili amorem, cæteræ quinq; binos adoleſcẽtulos habent. Illud uero tenendum eſt, latinos multa fabularũ genera protuliſſe, ut Togatas à ſcenicis atq; argumẽtis latinis, Prætextatas, ad dignitatẽ perſonarum tragicarum & latina hiſtoria. Attellanas, à ciuitate Campaniæ, ubi iactitatæ ſunt plurimę, Rhyntonicas, ab actoris nomine, Tabernarias, ab humilitate argumẽti & ſtili, Mimos ab diuturna imitatione uilium rerũ, & leuium perſonarũ. Inter tragœdiam autẽ & comœdiam tum multa, tum in primis hoc diſtat, qđ in comœdia mediocres fortunæ hominũ, parui impetus, periculaq;, lætiq; ſunt exitus actionũ, at in tragœdia oĩa contraria, ingentes perſonæ, magni timores, exitus funeſti, habentur, & illic turbulenta prima, tranquilla ultima. In tragœdia contrario ordine res aguntur, tum quod in tragœdia fugienda uita, in comœdia capeſſenda exprimitur. Poſtremo, quod oĩs comœdia de fictis eſt argumentis. tragœdia ſæpe de hiſtorica fide petitur. Latinæ fabulæ primo à Liuio Andronico ſcriptæ ſunt ad cunctas res, etiam cum recẽtius idem poeta & actor fabularũ ſuarum fuiſſet. Comœdiæ autẽ, motoriæ ſunt, aut ſtatariæ, aut miſtæ. Motoriæ, turbulẽtæ, ſtatariæ, quietiores, miſtę, ex utroq; actu conſiſtentes. Comœdia per quatuor partes diuidi, Prologum, ꝓthesim, epitaſim, cataſtrophen. Prologus eſt, ueluti præfatio quædam fabulæ, in quo ſolo licet præter argumentũ aliquid ad populum, uel ex poetæ, uel ex ipſius fabulæ, uel ex actoris commodo loqui. Protheſis, primus eſt actus, initiumq; dramatis. Epitaſis, incremẽtum, proceſſusq; turbarũ, ac totius, ut ita dixerim, modus erroris Cataſtrophe, conuerſio rerum eſt ad iucundos exitus, patefacta cunctis cognitione geſtorum. Comœdia eſt fabula diuerſa cõſtituta, continens affectum ciuilium ac priuatorũ, qua diſcitur. quid ſit in uita utile, quid contra euitãdum. Hanc Græci ſic diffiniere. κωμωδία ἐστὶν ἰδιωτικῶν καὶ

πολι-

πολιτικῶν πραγμάτων ἀκίνδυνον περιοχή. Comœdiam eſſe, Cicero ait, imitationem uitæ, ſpeculum conſuetudinis, imaginem ueritatis. Comœdiæ autem more antiquo dictæ, quia in uicis huiuſmodi carmina initio agebant apud Græcos, ut in Italia cōpitalitijs ludicris, admiſto ꝓnunciatiōis modulo, quo dum actus cōmutantur, populus detinebatur. Aut ἀπὸ τοῦ κώμου, hoc eſt, ab actu uitę hominū, qui in uicis habitabant ob mediocritatē fortunarum, nō in aulis regijs, ut ſunt pſonæ tragicæ. Comœdia uero, quia poema ſub imitatione uitæ atq; ſimilitudine compoſitum, in geſtu & ꝓnunciatione cōſiſtit. Comœdiā apud Græcos dubium eſt quis inuenerit primus, apud latinos certum eſt, & comœdiam, & tragœdiam, & togatā primo Liuium Andronicū reperiſſe, qui ait, comœdiā eſſe quotidianæ uitæ ſpeculum. Nec iniuria, nam ut intenti ſpeculo, ueritatis liniamenta facile per imagines, colligimus, ita lectione comœdiæ, imitationē uitæ, conſuetudinisq; non ægerrime animaduertimus. Huius autē originis ratio ab exteris ciuitatibus moribusq; prouenit. Athenienſes nanq; Atticā cuſtodientes elegantiā, cum uellent male uiuentes notare, in uicos & compita ex om̄ibus locis læti, alacresq; ueniebāt, ibiq; cum nominibus ſingulorū uitam publicabāt, unde nomen compoſitū, ut comœdia uocaretur. Hæc autē carmina primitus in pratis mollibus agebātur, nec deerant præmia, quibus ad ſcribendum doctorum ꝓuocarent ingenia. Sed & authoribus munera offerebantur, quo libentius iucūdo uocis flexu ad dulcedinē commentationis uterentur. Caper nanq; pro dono his dabatur, quia uitibus noxium animal habebatur, à quo etiā tragœdiæ nomē exortum eſt. Nōnulli autem ex amurca olei fece, quæ eſt humor aquatilis, tragœdiā dici, uocariq; maluerrunt, qui ludi cum per artifices in honorē Liberi patris agerentur, etiam ipſi comœdiarū tragœdiarūq; ſcriptores, huius dei, uelut præſens numen colere uenerariq; cœperunt. Cuius rei probabilis ratio extitit, ita enim carmina inchoata præferebātur, ut per ea laudes eius & facta glorioſa, celebrari proferriq; conſtaret, tum paulatim fama huius artis increbuit. Theſpis autē primus hæc ſcripta in omniū notitiam ꝓtulit. Poſtea Aeſchylus ſecutus prioris exēplum publicauit, de quibus ita Horatius in arte poëtica loquitur.

Ignotum tragicæ genus inueniſſe camœnæ
Dicitur, & plauſtris uexiſſe poëmata Theſpis,
Quæ canerent, agerentq; peruncti fecibus ora.
Poſt hunc perſonæ, pallæq; repertor honeſtæ
Aeſchylus, & modicis inſtrauit pulpita tignis,
Et docuit, magnumq; loqui, nitiq; cothurno.
Succeſſit uetus his comœdia, non ſine multa
Laude, ſed in uitium libertas excidit, & uim
Dignam lege regi, lex eſt accepta, chorusq;
Turpiter obticuit, ſublato iure nocendi.
Nil intentatum noſtri liquēre poëtæ

c Nec mi-

Nec minimũ meruẽre decus, ueſtigia græca
Auſi deſerere, & celebrare domeſtica facta,
Vel qui prætextas, uel qui docuere togatas,

Fabula generale nomẽ eſt, eius duæ primæ partes ſunt tragœdia, & comœdia. Si latina argumentatio ſit, prætextata dicitur. Comœdia autẽ multas ſpecies habet, Aut enim palliata eſt, aut togata, aut tabernaria, aut Attellana, aut Mimus, aut Rhynthonica, aut planipedia. Planipedia autem dicta ob humilitatẽ argumenti eius, ac utilitatẽ actorum, qui nõ cothurno, aut ſocco utunt̃ in ſcena, aut pulpito, ſed plano pede, uel ideo ꝙ nõ ea negocia continet. quæ pſonarũ in turribus aut in cœnaculis habitantium ſunt, ſed in plano & humili loco. Perſonati primi egiſſe dicũtur comœdiam Cincius & Faliſcus, tragœdiã Minutius & Prothomus. Omniũ autem comœdiarũ ſcripta ex quatuor rebus om̃ino ſumuntur, nomine, loco, facto, euentu, Nomine, ut Phormio, Hecyra, Gurgulio, Epidicus, Loco, ut Andria, Leucadia, Brunduſina, Facto ut Eunuchus, Aſinaria, Captiui, Euentu, ut Cõmorientes, Crimen, Heautontimorumenos. Comœdiarũ formæ ſunt tres, Palliatæ, græcũ habitum referentes, quas nõnulli tabernarias uocant. Togatæ, iuxta formã perſonarũ, habitum togarum deſyderantes, Attellanæ, ſalibus & iocis cõpoſitæ, quæ in ſe non habent niſi uenuſtam elegantiã. Comœdia autẽ diuiditur in quatuor partes. Prologum, protheſin, epitaſin, cataſtrophen. Prologus eſt prima dictio, à græcis dicta πρόλογος, id eſt, antecedens ueram fabulæ compoſitionẽ elocutio. Eius ſpecies quatuor ſunt, συστατικός, cõmendatitius, quo fabula uel poëta cõmendatur, ἀναφορικός, relatiua, quo aut aduerſario maledicta, aut gratiæ populo referuntur, ὑποθετικός, argumentatiuus, fabulæ argumentũ exponens, μικτός, miſtus, omnia hæc in ſe continens. Inter prologum, & ꝓlogium quidã hoc intereſſe uoluerunt, quia prologus eſt, ubi poëta excuſatur, aut fabula cõmendatur. Prologium autẽ eſt cum tantũ de argumẽto deducitur. Protheſis, eſt primus actus fabulæ quo pars argumẽti explicatur, pars reticetur ad populi expectationẽ tenendã. Epitaſis inuolutio argumẽti, cuius elegãtia connectit̃. Cataſtrophe explicatio fabulæ, ꝑ quã euentus eius adprobat̃. In pleriſq; fabulis ipſarũ nomina priora ponebant̃, quã poëtarũ, in nõnullis poëtarum, quàm fabularũ, cuius moris diuerſitatẽ antiquitas ꝓbat, Nam cum primũ aliqui fabulas ederẽt, ipſarꝫ nomina ꝓnunciabant̃ antequã poëtæ ꝓnũciarent̃, ne aliqua inuidia à ſcribẽdo deterreri poſſent. Cum autẽ per editionẽ multarꝫ poëtæ iam eſſet autoritas acquiſita, rurſus priora poëtarũ nomina ꝓferebantur, ut per ipſorũ uocabula fabulis attentio acquireretur. Actas diuerſis ludis manifeſtũ eſt inſcribi. Nam ludorũ quatuor ſunt ſpecies, quos curules ædiles munere publico curant. Megalenſes magnis dijs conſecrati, quos Græci * adpellant. Funebres, ad retinẽdum populũ inſtituti, dum põpa futuri decreta in honorẽ patritij uiri plene inſtruitur. Plebei, qui pro ſalute plebis luduntur. Apollinares, Apollini conſecrati. In ſcena duæ aræ poni ſo-

poni ſolebant, dextera Liberi, ſiniſtra eius dei, cui ludi fiebāt. Vnde Terentius in Andria ait, Ex ara ſume uerbenas.

Hinc Vlyſſem palliatum ſemper inducunt, ſiue quod aliquando inſaniam ſimulauit, quo tempore tectum ſe eſſe uoluit, ne agnitus cogeretur in bella prodire, ſeu ob ſingularē ſapientiam, qua tectus munitusq́ plurimū ſocijs profuit. Huius enim uirtutis erat animi ſemper decipientis ingenium. Nonnulli Ithacæ incolas, ſicut Locros palliatos fuiſſe cōmemorant. Achillis ſiue Neoptolemi perſonæ diademata habent, quāuis regalia ſceptra nunquā tenuerint, cuius argumēti probatio talis inducitur, quod nunquā cum reliqua Græciæ iuuentute ad gerenda cum Troianis bella, ſacramenta cōiurationis inierunt, necunquā ſub Agamemnonis imperio fuerunt. Comicis ſenibus candidus ueſtitus inducitur, quod is antiquiſſimus fuiſſe memoratur. Adoleſcētulis diſcolor attribuitur. Serui comici amictu exiguo conteguntur, pauptatis antiquæ gratia, uel quo expeditiores agant. Paraſiti cum intortis pallijs ueniūt. Læto ueſtitus candidus, ærumnoſo obſoletus, purpureus diuiti, pauperi phœniceus dat, militi chlamys purpurea, puellæ habitus peregrinus inducitur, leno pallio uarij coloris utitur, meretrici ob auaritiā luteum datur. Syrmata dicta ſunt ab eo, q̃d trahūtur, quæ res ob ſcenicā luxuriam inſtituta eſt. Eadem in luctuoſis perſonis incuriā ſui per negligentiam ſignificāt. Aulæa quoq; in ſcena in terra ſternūtur, quod pictus ornatus erat ex Attalica regia Romā uſq; platus, pro q̃bus ſuppara ætas poſterior accepit. *Eſt autem minutū uelum*, quod populo obſiſtit dum fabularum actus cōmutantur. Diuerbia hiſtriones pronūtiabant. Cantica uero temperabantur modis, non à poëta, ſed à perito artis muſicæ factis. Neq; enim omnia ijſdem modis in uno cantico agebātur, ſed ſæpe mutatis, ut ſignificant, qui tres numeros in comœdijs ponunt, q̃ tres continent mutatos modos cātici illius. Qui huiuſmodi modos faciebāt nomen in principio fabulæ, & ſcriptoris, & actoris ſuperponebāt, huiuſmodi adeo carmina ad tibias fiebant, ut his auditis multi ex populo ante diſcerent quā fabulam acturi ſcenici eſſent, quā omnino ſpectatoribus ipſis antecedens titulus ꝓnuntiaretur. Agebantur autē tibijs paribus, aut imparibus, & dextris aut ſiniſtris. Dextræ autē tibiæ ſua grauitate, ſeriem dictionemq́; comœdiæ pronūciabant. Siniſtræ & Sarranæ acuminis leuitate, iocum in comœdia oſtendebant. Vbi autem dextera & ſiniſtra acta fabula inſcribebatur, miſti ioci & grauitates denunciabantur.

HAEC EX AELIO DONATO DE
Terentio, & de rebus comicorum atque tragicorum.

P. TE-

P. TERENTII
VITA EX LIBRO PRIMO PEtri Criniti, de Poëtis Latinis.

TErentius poëta comicus, Carthaginenſis patria fuit, Romam perductus traditur, cum in tenera ætate foret. Quibus potiſſimũ id bellis accidit, parum compertũ eſt, ut refert Aelius Donatus ex Feneſtellæ cõmentarijs. Illud pro certo conſtat, eum Romæ diligentia Terentij Lucani patroni, accurate inſtitutum, atq; liberalibus diſciplinis eruditum. Cumq; facilitate ingenij, & elegãtia in primis excelleret, breui conſequutus eſt, ut à Terentio patrono eſſet manumiſſus. Per ea tempora in ſcena floruit, quibus præclari atq; egregij ciues Romę habiti ſunt, M. Marcellus, P, Scipio, Q. Fabius maximus. Neq; deſunt autores, qui ſcribant eundem Terentium, maxima familiaritate uixiſſe cum P. Scipione, & C. Læl. Sæpeq; ſolitũ apud nobiliores ciuitatis cœnitare, qua in re dum placere illis omni opera nititur, eorumq; cõmodis inſeruire, ad ſummã inopiam traditur redactus. Statium præterea Cæcilium, qui ſcribendis comœdijs excelluit, magis diligẽtia obſeruatur, eiq; ſuas fabulas more ueterũ recitare conſueuit. Comœdias ſex cõpoſuit, easq; ab Apollodoro & Menandro poëtis Græcis, in ſermonẽ latinum conuertit, tanta ſermonis elegãtia & proprietate, ut eruditorũ iudicio, nihil pfectius aut abſolutius in eo ſcribendi genere habitũ ſit apud Latinos. Secutus eſt in his Q. Enniũ, M. Plautum, & Næuium, ut ipſe teſtatur, cum ſuis calumniatoribus reſpõdet. Phormionẽ & Hecyram ab Apollodoro tranſtulit, reliquas quatuor à Menandro. Aelius Donatus, qui complura diligentiſſime de hoc poëta ſcribit, cũ alia multa in eo cõmendat, tum præcipuũ dicit, quod in ſcribẽdis fabulis, & arte uſus eſt, & ut morem antiquũ retinuerit, & ita temperauit adfectus, ut neq; ad tragicam magnitudinẽ intumeſcat, neq; abijciatur ad hiſtoriã, quod minime factum eſt, inquit, à Plauto, Afranio, & cęteris comœdiarũ ſcriptoribus. M. Cicero in epiſt. ad T. Atticum refert P. Terentiũ eſſe optimũ autorẽ latinitatis, eiusq; fabulas multos exiſtimaſſe propter elegantiã ſermonis à C. Lælio ſcriptas, quàm opinionẽ idem Terẽtius maxime uidetur confirmaſſe, quo magis calumniatores ſuos in odium traheret, ſic enim refert in Adelphis fabula, ſub perſona Prologi.

Quod illi maledictum uehemens exiſtimant,
Eam laudem hic ducit maximam, cum illis placet,
Qui uobis uniuerſis, & populo placent,
Quorum opera in bello, in ocio, in negocio,
Suo quisq; tempore uſus eſt ſine ſuperbia.

Horatius

Horatius Flaccus, ueterum poëtarū optimus cenſor: in Cæcilio grauitatem, in Terentio artem conſtituit, qua inter cæteros comicos mirifice excelluit. Quod Quintilianus uidetur ſentire, in libris ad Marcellū Victorium. Sed idem tamen, inquit, maiorē gratiam habuiſſe, ſi intra trimetros cōſtitiſſet. Auſonius quoq; Vergiliū Homero, Terentiū Menandro adiungit, eiſq́; elegantiam Latini ſermonis præcipue tribuit.

Tu quoq; qui Latium lecto ſermone Terenti
Comis, & aſtricto percurris pulpita ſocco.

Traditum eſt, illum poſt editas aliquot Romæ fabulas, in Græciam adnauigaſſe, quo facilius diſciplinas Græcoꝝ atq; inſtituta perciperet, plurimaſq́; fabulas à poeta Menandro in latinū conuertiſſe, quæ facto naufragio, perierunt. De obitu illius uaria ſcribunt autores, In Arcadia obijſſe, cum alij plures teſtantur, tum poëta Auſonius, ob nimiū dolorem amiſſarū fabulaꝝ, quas ipſe naui præmiſerat. De forma illius atq; effigie referuntur cōplura ab Aelio Donato, qui eiuſdē comœdias magna eruditione interpretatus eſt. Argumēta illa, quæ Terentianis fabulis præponūtur, à Sulp. Apollinari illuſtri grāmatico compoſita ſunt. Quod cum alijs multis argumentis, tum maxime antiquitate codicum probari poteſt, in quibus nomen Sulpitij legitur.

HAEC SVNT QVAE PEtrus Crinitus de P. Terentio ſcripſit.

DE PARTIBVS PERSONARVM ET ACTVVM ANDRIAE.

POëta cum primū animum ad ſcribendum &c.

Comœdia Andria cum palliata ſit fabula, de loco nomen accepit, & à Menādro prius, & nūc ab ipſo Terentio, qui cum de Chryſide loqueretur, ſic ait, Hei uereor ne quid Andria adportet mali.

Et hoc cōmune uocabulū eſt in Græca, & in Latina lingua. Hæc maiori ex parte motoria eſt, cōtinetq́; actus amatorum adoleſcentiū, ex partibus patrum priorum, callidi ſerui, aſtutæ ancillæ, ſeueri ſenes, adoleſcentuli liberales. In hac primæ partes ſenis Simonis ſunt, ſecundæ Daui, tertiæ Chremetis, & deinceps reliquorum. Prologus in hac acer inducitur, & in aduerſarios non mediocriter aſperatur, ſed tamen id ſubtiliter fit, ut omnia laceſſitus facere uideatur ac dicere. Hic prothesis ſubtilis, epitaſis tumultuoſa, cataſtrophe penè tragica, & tamen repente ex his turbis in tranquillum peruenit. Hæc prima acta eſt ludis Megalenſib. M. Fuluio, M. Glabrione. Q. Minutio Vale-

tio ædilib. curulib. Egerunt L. Attilius Latinus Præneſtinus, & L. Ambiuius Turpio. Modos fecit Flaccus Claudij filius, tibijs paribus dextris & ſiniſtris. Et eſt tota græca, edita M. Marcello, & Cn. Sulpitio COSS. pronunciataq; eſt Andria Terentij ob incognitū adhuc nomē poëtæ, & minoris apud populū autoritatis ac meriti. De uerbis autenticis lepide diſtincta eſt, & ſucceſſu aſpecta proſpero, hortamento poētæ fuit ad alias conſcribendas. Initium autē προτατικὸν πρόσωπον, id eſt, aduentitiam perſonam recipit Soſiæ, propter euoluendam argumenti obſcuritatē. Perſona autem protatica ea intelligiť, quæ ſemel inducta in principio fabulæ, in nullis deinceps fabulæ partibus adhibeť. Adnotandum ſanè puellarū liberalium nullam orationem in proſcenio induci in comœdia palliata, præter inuocationem Iunonis Lucinæ, quę & ipſa quoq; poſt ſcenam fieri ſolet.

ARGVMENTVM ANDRIAE.

CHremes Atticus, pater Paſibulæ & Philumenæ, cum ex his duabus ſe Paſibulam perdidiſſe falſo crederet, relictam Athenis, necuiſſam poſtea multo tempore, tanquam unicā putabat Philumenā, quā Carinus adoleſcens Athenienſis amabat unice, & eam ſibi petebat uxorē. Sed pater eam Pamphilo cuidā Simonis filio ultro deſponderat, qui Pamphilus econtra ſororē Chryſidis ac peregrinam tum creditam, Paſibulam ſupradictam, alteram Chremetis filiam, ſub nomine Glycerij, latenter ſic amauit, ut ex ea filium ſuſcepiſſet, inſcio patre, qua re intellecta cōmotus Simo pater Pamphili, dum per falſas nuptias tentat animū Pamphili, multis dolis à Dauo ipſo deluditur ſeruo, periculoq; Carini & Pāphili motus error in fabulis, qui uſq; ad eum finem ductus eſt, dum Athenas ueniēs de Andro quidam Crito rem aperiat & nodum fabulæ ſoluat, per quem agnita Paſibula recipitur à parentibus, & traditur Pamphilo amanti, Philumena uero Carino deſpondetur, & traditur exoptanti. Perſpecto argumento ſcire debemus, hanc eſſe uirtutē poeticam, ut à nouiſſimis argumentum rebus incipiens, initiū fabulæ & originem narratiue reddat ſpectatoribus, actoremq; præſentem ſibi exhibeat, ubi finis eſt fabulæ, hunc enim ordinē & circulum poeticæ artis uel uirtutis, nō modo ſecuti ſunt tragici comiciq; autores, ſed Homerus etiam & Vergilius tenuerunt. Diuiſionem actuū in latinis fabulis internoſcere difficile eſt cauſſam iamdudū demonſtrauimus. Vnde aūt aut quomodo, quāuis ægre, tamen intelligi diſtinguiq; poſſint, eſt operæ pretiū dicere. Principio dicendum eſt, nullā perſonam egreſſam quinquies ultra exire poſſe. Sed

illa

Illa re plerumq; decipimur, quod perſonam, cū tacuerit, egreſſam falſo putamus, quæ nihilominus in proſcenio tacens loquendi tempus expectat. Eſt igitur attēte animaduertendū, ubi & quando ſcena uacua ſit ab omnibus perſonis, ut in ea chorus uel tibicem audiri poſſit. quod cū uiderimus, ibi actum eſſe finitum debemus agnoſcere. Confundit ſæpe lectorem id, quod perſona in ſuperiori ſcena deſinens, & in proxima incipiens loqui, nō intelligitur ingreſſa, quod experientes ipſam fictam, diiudicant de Repub. ac temporū quantitate, poteſt enim fieri, ut & ingreſſa ſit ac egreſſa, quā praue credimus de proſcenio nō receſſiſſe. Poſſe aūt quinto egredi perſonā, nō & neceſſe eſſe dicimus, ut adpareat ultra exire non poſſe. In tragœdia & parcius exire, & ſolere pariter & licere. Primus actus in Andria narrationē Simonis apud Soſiam continet argumenti, quod populus hac occaſione perdiſcit, mox querelā apud ſe Daui de domino, & eiuſdem cū domino uerba, & rurſus eiuſdem ſerui deliberationē quid rerum gerat. Secundi actus ſunt Carini uerba, prima cum Birria ſeruo. & poſt cū ipſo Pamphilo de nuptijs, Pamphili ſermo cum patre dolo conſentientis in nuptijs. Birriæ uerba, Daui callida oratio aduerſum ſenem. Tertio actui hæc attribuuntur, Myſidis cū obſtetrice colloquium, Dauo ac Simone audientibus, partus Glycerij ſuſpectus ſeni, & Daui apud eum fraudulenta ſermocinatio. Simonis uerba cum Chremete de nuptijs, Daui perturbatio ac Pamphili. Quartū actū per hæc intelligimus, *Prima Carini uerba ſunt indignantis, uelut ſibi fidem non ſeruatam à Pamphilo, tum Myſidis uerba apud Pamphilum* eiuſdēq; quæſtus, Daui adminiſtratio doli aduerſus Chremetē. In quinto actu Simonis & Chremetis propè iurgium, diſputatio, tum detectio fallaciarum Daui, tum indignatio patris aduerſus filium, tum Critonis interuentus, & per eum cognitis rebus, in tranquillum res acta, ducentibus uxores, quas concupiuerant, Pamphilo & Carino. Illud non commouere nos debet, quod in horū actuum diſtinctione uidentur de proſcenio nō diſceſſiſſe perſonæ quædam, ſed tenere debemus, ideo Terentium uicinitatis mentionē feciſſe in principio, ut modico receptu, & adeſſe & abeſſe perſonam intelligamus. Nihil ergo ſecus factum eſt ab antiquis, qui ad hunc modum Terentianas fabulas diuiſerunt.

VOLCATII SEDIGITI DE COMICIS LATINIS IAMBI.

Multos incertos certare hanc rem uidimus,
Palmam poetæ comico cui deferam,
Eum, me iudice errorem diſſoluam tibi,
Vt contra ſi quis ſentiat, nihil ſentiat,
Cæcilio palmam ſtatuo de comico,
Plautus ſecundus facile exuperat cæteros:
Dein Neuius qui feruet, pretio in tertio eſt.

Si quid quarto datur, dabitur Licinio.
Poſt inſequi Licinium facio Attilum.
In ſexto conſequitur hos Terentius.
Turpilius ſeptimum, Trabea octauum obtinet.
Nono loco eſſe facile facio Luſcium.
Decimum addo antiquitatis cauſſa Ennium.

PHILIPPVS MELANCHTHON.

NVllus eſt omnino ſcriptor in latina lingua, quem tantopere cognoſci ediſciq; retulerit atq; Terentium, Nam cum prima uirtus in oratione ſit proprie loqui, nec proprij ſermonis artificem meliorem Terẽtio habeamus, dignus planè eſt, in quo perdiſcendo plurimũ operæ ac ſtudij ponamus. Et ab ijs qui docent pueros, ſuperſtitioſam etiam diligentiã in hoc autore enarrando requiro. Primum prodeſt monere, quæ comœdiæ natura ſit, quid ue ſpectarint comœdiarũ autores, nomẽ unde factum ſit. Atq; hæc quidem Donatus copioſe expoſuit. Conuenit autẽ inter omnes, autores comœdiarũ uoluiſſe & communiũ motum & caſuum exempla proponere, quibus uelut admoniti prudentius iudicemus de rebus humanis, & genere orationis facundiã locupletare. Quę inculcabunt profeſſores eo diligentius, ut ſciant pueri, quid ex illis petere debeãt, quem fructum facturi ſint legendis comœdijs. Nam quo propius cognorint & uim literarum, & utilitatẽ, eo impenſius iuuat diſcere. Porrò nomen Comœdia factũ eſt, ut plurimi dicunt, ἀπὸ τοῦ κώμȣ, id eſt, à comeſſatione, & ἀπὸ τῆς ᾠδῆς, id eſt, à carmine, ut ſit conuiuale carmen. Nam in conuiuijs primum iocoſo quodã carmine, ciuiũ uitia iuuẽtus liberius taxabat, poſtea ars acceſſit, & theatrorũ conſuetudo. Ariſtoteles περὶ ποιητικῆς, de nominis origine aliter ſentit, nec piget adſcribere eius uerba, ὡς κωμῳδοὺς ȣ̓κ ἀπὸ τοῦ κωμάζειν λεχθέντας, ἀλλὰ τῇ κατὰ κώμας πλάνῃ ἀτιμαζομένȣς ἐκ τοῦ ἄστεος. Cætera Donatus. In recenſendis argumentis fabularũ conſilium poetæ ſumma cura exponendum eſt. Quarum perſonarũ deſcriptiones imprimis admirationẽ mereantur, in quibus locis plurimũ commoretur poeta, ubi plurimũ neruorum, plurimũ eloquentiæ oſtentet, quos locos ita cõmendent pueris, ut & familiariter ament, & tanquã digitos ſuos norint. Et ob hanc cauſſam fabularũ omniũ argumenta ueteri more in πρότασιν, ἐπίτασιν, καταστροφὴν partiãtur, ut diſtributa facilius adſequatur iuuentus. Feræ autẽ fabulæ, continent periculũ quoddam, nuſquã conſilio locus eſt,

nisi

niſi in dubijs rebus. Neq; uero aliud eſt Comœdia, niſi humanorũ conſiliorum & euentuũ imago quædam. In Andria periclitatur Pamphilus, ut Glycerio ſidem promiſſam præſtet, poſtquã patri per errorem pollicitus eſt, futurũ ſe in eius poteſtate, ac ducturum quã uellet. Eſtq; hæc uelut στάσις fabulæ. Conſilia omnia, querelæ omnes, argumenta omnia huc referenda ſunt. Et tota fabula ſimilis eſt orationi generis ſuaſorij. Nam uarie de tota cauſſa conſultant ſenes, adoleſcentes, ac ſerui. Sed ut argumentum propius cernere queant pueri, ordine ſingulas partes referemur.

πρόθεσις Propoſitio. ἐπίτασις Intenſio. καταστροφὴ Conuerſio.

PERICVLVM PROTHESIS.

Cum amaret Pamphilus Glyceriũ, eiq; fidem dediſſet ducturũ ſe eſſe uxorem, pater qui amare filium cõpererat, conſilium capit abſtrahendi eius à Glycerio, ſimulat ſe uxorem daturũ, poſcitq;, ut ne filius id recuſet. Is cum & patrẽ uereretur, & Glyceriũ deſerere parum pium iudicaret, pendet animi, nec habet quo ſe uortat, ibi Dauus intelligẽs, ſimulari rem à patre, conſulit herili filio, ut polliceatur patri, ſe in eius poteſtate futurum, periculi nihil eſſe, quandoquidem ſimulentur nuptiæ. Filius obſequitur, quanquã ægre, pollicetur patri ducturum ſe quã uellet.

EPITASIS.

Interea ſpargitur de *Pamphili* nuptijs rumor, reſciſcunt & mulierculæ, quibus cũ Glycerio conſuetudo erat, Et pater, cũ à filio, quod uoluerat, extorſiſſet, non iam ſimulat rem, ſed ſeriam fabulã orditur. Chremetem orat, ut gnatã det uxorem ſuo filio. Facile impetrat. Hic de Pamphilo actum fuit, maturare nuptias pater ſtudet, & filius pollicitus erat ſe in patris poteſtate futurũ eſſe. Quæſo, quomodo ex his turbis ſe expli cet? quid faciat Pãphilus? Hic Dauus, cuius imprudentia periculum cõtractum erat, cum dolus non ſucceſſiſſet, Chremetem deterret à nuptijs fidem faciens amari aliam à Pamphilo.

CATASTROPHE.

At pater rem urget, & proceſſiſſet, niſi caſus, qui ſæpe plus ualet quã ratio, dubijs rebus opem attuliſſet. Venit quiſpiã Crito, qui docet Glycerium Chremetis filiã eſſe, gratum omnibus nuncium. Nuptiæ ex ſententia Pamphili conficiuntur. Vide ex quanto periculo, caſu euaſerit Pamphilus.

Eſt autem in more Terentio, in prima ferè ſcena, longa narratione commemorare occaſionem fabulæ, atq; eas narrationes plurimi fecerunt ueteres. Sic in Andria exponit Pamphili amores, & patris conſilium, quo is filium à Glycerio diuulſurus erat. In reliquis ſcenis pergit conſilium exequi. Sunt adſperſa narrationi illi primæ multa rhetorica ornamenta. Eſt enim mirabiliter aucta, commemoratione morum, ſtudiorum, ſodalitij Pamphili, qua occaſione Pamphilus depe-

tire in Glycerium cœperit, ubi pater id primum deprehenderit. Hæc ac curate expendet profeſſor, & uelim hic immodice etiã anxium eſſe, καὶ πολυπραγμονῶν interpretem. Eſt enim modis omnibus efficiendum ut mirentur, ut ament hunc autorẽ pueri. Id ita fiet, ſi rectiſſime intellexerint. Exigendum ab ipſis pueris ut ſuo marte argumenta fabularum condant, ut locos aliquos retexant, & pluribus exponant & tanquã ceram refigant, quæ exercitatio prӕterquã quod familiariorẽ hunc poetã facit, facundiam etiã alit. Finguntur hic cordati ſenes, Dauus ueterator Honeſta ac pia mente prӕditus adoleſcens Pamphilus. Verum ut Pamphili ingenium rectius perſpici poſſet, & ut aliquanto plus in fabula turbæ eſſet, confertur cum eo Carinus, Pamphili diſſimilimus, nihil moderatũ in hoc, nihil conſilij, contra in illo moderatiora omnia penè, quã uel ætas poſcit, uel ſinit amor.

In primis mirantur eloquentiã poetæ in Pàmphili querelis, in ſenis narrationibus, conſultationibus, & obiurgationibus, ab his exemplis & uerba, & figuras latini ſermonis, & dicendi rationem aſſueſcant petere adoleſcentes, felicius haud dubie collocaturi operam, quàm ſi interea uelut formicæ Indicæ aurum conueherent.

C. SVL-

FABVLAE INTERLOCVTORES.

Simo	Senex
Soſia	Seruus
Dauus	Seruus
Myſis	Ancilla.
Pamphilus	Adoleſcens
Carinus	Adoleſcens
Birria	Seruus
Lesbia	Obſtetrix
Glycerium	Meretrix
Chremes	Senex
Crito	Hoſpes
Dromo	Seruus.

C. SVLPITI

C. SVLPITII APOLLINARIS PERIOCHA.

Sororem falſo creditam meretriculæ,
Genere Andriæ, Glycerium uitiat Pamphilus.
Grauidaq́; facta, dat fidem uxorem ſibi
Fore hanc. nam aliam pater ei deſponderat,
Gnatam Chremetis, atq; ut amorem comperit,
Simulat futuras nuptias, cupiens ſuus
Quid haberet animi filius, cognoſcere.
Daui ſuaſu non repugnat Pamphilus,
Sed ex Glycerio natum ut uidit puerulum
Chremes, recuſat nuptias, generum abdicat.
Mox filiam Glycerium inſperato agnitam,
Hanc Pamphilo dat, aliam Carino coniugem.

FABVLAE

ACTA LVDIS

MEGALENSIB. M. FVLVIO, ET M. GLABRIone ædilib. curilib. egerunt L. Ambiuius Turpio, L. Attilius Præneſtinus. Modos fecit Flaccus, Claudi Filius, Tibijs parib. dextris, & ſiniſtris. Et eſt tota Græca edita M. Marcello, Cn. Sulpitio Coſs.

Trimetri Iambici.

PROLOGVS.

POETA cum primum animum ad ſcribendum adpulit. Exord. cogi ſe ad reſpondendũ aduerſario.
Id ſibi negoci credidit ſolum dari,
Populo ut placerẽt, quas feciſſet fabulas.
Verum aliter euenire multo intelligit.
am in prologis ſcribundis operam abutitur.
on qui argumentum narret, ſed qui maleuoli
eteris poetæ maledictis reſpondeat.
unc quam rem uitio dent, quæſo animum aduortite.
Menander fecit Andriam, & Perinthiam. Narratio.
ui utramuis recte norit, ambas nouerit.
on ita diſſimili ſunt argumento, ſed tamen
ſſimili oratione ſunt factæ, ac ſtilo.

Quæ conuenere in Andriam ex Perinthia,
Fatetur tranſtuliſſe atq; uſum pro ſuis.
Id iſti uituperant factum, atq; in eo diſputant,
Contaminari non decere fabulas.
Faciunt næ intelligendo, ut nihil intelligant.
Purgat exemplis. Qui, cum hunc adcuſant, Næuium, Plautum, Ennium
Adcuſant: quos hic noſter authores habet,
Quorum æmulari exoptat neglegentiam
Potius, quàm iſtorum obſcuram diligentiam.
Dehinc ut quieſcant porrò moneo, & deſinant
Maledicere, malefacta ne noſcant ſua.
Fauete, adeſte æquo animo, & rem cognoſcite,
Vt pernoſcatis & quid ſpei ſit reliquum:
Exigendę id eſt explodendę ut i Hecy. ſum earũ exactus. Poſthac quas faciet de integro comœdias,
Spectandæ, an exigendæ ſint uobis prius.

POETA cum primum animum &c. Principium factum eſt à cõmendatiõe perſonæ, quod pudens, quod honeſtus, quod prudens Terentius, & honore maiore poetam potius quàm Terentium dixit, ut illum hoc ipſo nomine, de quo laborat ornaret. Poeta cum primum &c. Omnis huius prologi intentio hoc agit, ut nouo poetæ ueniam paret, & ueteri odium, & ut quàmmaxime modeſtum, minimeq; errantem Terentium probet. Poeta cum primum &c. Iam meritum poetæ dedit; poetã eundem dicendo, & ab animo eius quem defendit. Poeta cum &c. Senſus hic eſt. propoſuerat quidem poeta noſter, ut in prologis argumenta narraret, ſed hoc imputat Luſcio Lauinio aduerſario, qui eum facere nõ permiſit quod propoſuerat, maledictis ſuis ad reſpondendum eundem prouocãs. Appulit, appellere,

pellere proprie dicitur cum ex pelago, aut freto quis ad littus acceſſerit Virg. Hinc me digreſſum ueſtris deus appulit oris. P. appulit, in ſecunda lectione appulit fuit, ſed appulit magis, ut Terentius. Nam poſtea ſic animũ ad uxorem appulit. Id ſibi negocij, modo pro moleſtia & cura non labore. Populo ut placerent, ut, ne non ſignificat, modo non eſt cõiunctio ut. Placerẽt quas feciſſet. ad feciſſet rettulit fabulas, nõ ad placerent, & eſt figura Syllepſis. Quas feciſſet fabulas, bene feciſſet, nõ ſcripſiſſet. Vnde poetæ à faciẽdo dicti ſunt ἀπὸ τοῦ ποιῶ. Sic Verg. Pollio & ipſe facit noua carmina. Verum aliter. Sic Verg. Maior rerum mihi naſcitur ordo. Maius opus moueo. Non enim hoc ſe legiſſe dicit, ſed quaſi ex ordine ipſo natum ſibi eſſe intelligit. quod credimus, plerumq; falſum, quod intelligimus certum eſt. Aliter autem contra ſignificat, ut Dijs aliter uiſum eſt. Verum aliter euenire multo intelligit. adeo nec præparauerat, nec intenderat quenquam lædere, ut ſpe falſus, laceſſitusq; hoc faciat. Opera abutitur. Vtimur fructibus rei, quæ ab amãtibus ſaluo uſu nobis ſubminiſtratur. Abutimur quando deperdimus, & rem & fructum. Nam uſui eſt ager, domus, abuſui uinum, oleum, & cætera huiuſmodi. Cicero, Non debet, inquit, ea mulier, cui uir bonorum ſuorum uſum fructum legauit, cellis uinarijs plenis relictis putare id ad ſe pertinere. *Vſus enim non abuſus legatus eſt*, ea inter ſe ſunt contraria, hoc in *topicis* habetur. *Non qui argumentum narret*, quod uere prologi eſt officium. Qui, pro ut, qui ergo modo non eſt pronomẽ. Sed qui mali. uete. poetæ. Primum à natura maleuoli, deinde tẽpore, uel ab inuidia ueteris, à ſigno æmulationis poetæ. Vetus plærũq; refertur ad laudem, interdum ad uituperationem ut hic & alibi. Vetus ueternoſus ſenex. Veteris pro carioſi, & quaſi rãcidi poſuit, atq; ideo maleuoli nõ criminibus, ſed maledictis. Quid autem inter maledictum & crimen interſit, docet Cice. in Tuſculanis. Veteris ratio inuidiæ, poetæ cauſa inſectationis. Maledictis, criminatio aduerſarij. Veteris poetæ male. quia ſenex Luſcius edebat fabulas, adoleſcentulo tunc Terentio. & eleganter maliuoli maledictis ueteris. commendatio poetæ à perſona aduerſarij. Reſpondeat, excuſatio reſpondentis, quod non obſiſtat; ſed reſpondeat. Nunc quam rem, quam, qualem. uitio dent, uituperent, culpent. Vituperare eſt mala uitio dare, & etiã bona. Nunc quã rem uitio dent. Vtrum nunc animaduertite, an nunc uitio dent, & oratione quaſi multa facit cum unum ſupra dixerit, ut Virg. Deſiſte malum cõmittere Teucris. Quæſo, propoſitio eſt. Aduertite, legitur, & attendite, unde manifeſtum eſt, & aduertite, & attendite non eſſe plenum, niſi addideris animum. Menander fecit Andriã & Perinthiam. narratio eſt, & proprie fecit, ſcribit enim Terentius, qui uerba adhibet tantum. facit Menander qui etiam argumentum componit, ſed ſæpe ad laudem Terentij fecit, ab eo, quod eas tranſtulit. Vtramuis, prima ſcena Perinthiæ, penè iiſdem

uerbis quibus Andria ſcripta eſt, cætera diſſimilia ſunt, exceptis duobus locis, altero aduerſus. xi. altero aduerſus. xij. qui in utraq; fabula poſiti ſunt. Qui norit unam, am. no. omnē rem uno uerſu nouerit. Vtrāuis, deeſt harum. Non ita diſſimili ſunt argumento. Ordo, ita non ſunt, ergo ita ſubdiſtinguendum, ſed tamen diſcretio eſt à ſuperioribus, & eſt * non enim ſupra poſuit quidem, non ita diſſimili ſunt oratione. Ita, pro ualde & caute. Potuit enim dici, quomodo ergo ſunt duæ diſſimili oratiōe, ita ne Menandrum culpare uideatur, ita adiunxit quod laudis eſt. Oratione ac ſtilo. oratio in ſenſu eſt, ſtilus in uerbis. oratio ad res refertur, ſtilus ad uerba. ſtilus non eſt in tempore, ſed prolata oratione. Oratio autem eſt & in cogitatiōe & in prolatu, orationem in ſententijs dicunt eſſe, ſtilum in uerbis, argumentū in rebus, ergo in poemate oratio eſt. Quæ conuenere in Andriam, apparet non de induſtria, ſed caſu eſſe translata ea quæ ex Perinthia in Andriam eodem ſenſu, iiſdemq; uerbis præſcripta fuerunt. Quæ conuenere &c. unam ergo nō duas tranſtulit. Quæ conuenere in Andriam, quæ apta & cōmoda fuerunt in Andriam latinam, non græcam, fatetur tranſtuliſſe. Sed quare ſe onerat Terentius cum poſſit uideri de una tranſtuliſſe. Sic ſoluitur, quia cōſcius ſibi eſt primam ſcenam de Perinthia eſſe translatam, ubi ſenex ita cum uxore loquitur, ut apud Terentium cum liberto, at in Andria Menandri ſolus ſenex eſt. Id iſti uituperant factum. iſti ad reprehenſionem ſumitur perſonæ, interdum rei reprehenſionem ſignificat, ut Vir. Quid petis? iſti uituperant, uitiū rei parant. Diſputant, immorantur, calumniantur, argumētantur. Contaminari, proprie cōtaminari eſt manibus luto plenis aliquid attingere, & contaminare attingere eſt & polluere. Virg. Relinqui pollutum hoſpitium, contaminatum. Contaminari, tangi & relinqui polluta manu, ac per hoc uoluit fœdari, aut maculari, ut ipſe ait. Ne hoc gaudium contaminet uitam ægritudine aliqua. Contaminari. n. de. i. ex multis unam non decere facere. Faciunt næ intelligendo. næ quidam corripiunt, & cū interrogatione pronunciant, quidam producunt. quorū alij næ pro non accipiunt, næ. i. non. alij næ pro ualde ut næ ego homo ſum infœlix, & Cice. Næ illi & hoc melius, nam ſtatim infert. Qui quum hunc accuſant, Næuium, Plautum, Ennium accuſant, in ſingulis magna emphaſis eſt auctoritatis, ſed ordo non eſt ſeruatus. Ennius nanq; ante Plautum fuit, ſed quod eſt ſummæ auctoritatis Ennium ultimum dixit Quorum magis exoptat æmulari neglegentiā potius quàm iſtorum obſcuram diligentiam. ne minus multum plurimū. Qui quum hunc accuſant. Terentium inquit ſpecialiter accuſantes neſciunt ſe bonis hominibus maledicere, quos ille imitatur, & argumentum eſt ab exemplo & auctoritate. Dehinc ut quieſcant porrò moneo, recte eſt. Nam quieſcere ille dicitur, qui eſt inſolens & inquietus. Porrò, porrò in futurum dixit. Moneo, terribiliter dixit. Cicero, moneo, prædico, admoneo liberatus culpa, etiā terret criminaturus aduerſarios. Fauete

adeſte

adeſte, iam ad auditores conuertitur, à quibus fauorem cœpit.q.d.hoc aduerſarij faciunt, uos aũt quod in uobis eſt fauete. Vos uero fauorem facite, ac adeſte, non ut abſentibus dicit, quippe qui corporibus præſtò erant, ſed intẽti eſtote, fauete, ſilete. ſic & pontifices dicunt, fauete linguis, fauete uerbis. unde Virg. Ore fauete omnes. Adeſte animis. ſ. auxilium præbete, ut aduocatus reo dicitur adeſſe. Aequo animo, ab honeſto. Et rem cognoſcite, à iuſto. Malefacta ne noſcant ſua, melius quàm ſi dixiſſet audiant. Cognoſcite, pernoſcite. Sic dixit, cognoſcite. Vt pernoſcatis queadmodum in Hecyra. Orator ad uos uenio ornatu ꝓlogi, ſinite exorator ſiem. Vt pernoſcatis, ab utili. Quid ſpei ſit reliquum, pro reliquorum accipiunt, ut ſit ſenſus, de hac fabula ſumite ſpecimen, ut ſciatis an cæteræ uobis ſpectandæ ſint. Nam poſtmodum dictum alio prologo, alias cognoſcetis eius, quæſo hanc cognoſcite. Reliquum, quaſi diceret poſtremũ, ergo quæſo aduerbium eſt, uel id eſt τὸ λοιπόν. Reliquum, ſiue hoc reliquum dicit, ſiue reliquum pro reliquorum geminatu. u. ſcribitur. Poſthac faciet, ſcribet. De integro, utrum denuo an ex integris grecis. Spectãdæ an exigẽdæ ſint uobis prius. Syllepſis ut ſupra, ad uerbum em̃, faciet, declinauit nõ ad ſpectandæ ſint. Spectandæ, proprie, ut fabulæ propalandæ, exigendæ, excludendæ.

ACTVS PRIMI

SCENA PRIMA.

Trimetri omnes.

SIMO SENEX. SOSIA SERVVS.

VOs iſtæc intrò auferte, abite. Soſia

Adesdum, paucis te uolo. So. dictum puta.

Nempè ut curentur rectè hæc. Si. imò aliud. So. quid eſt,

Quod tibi mea ars efficere hoc poſſit amplius?

Soſia προσατικὸν πρόσωπον.

Si. Nihil iſtac opus eſt arte ad hanc rem quam paro,
Sed his, quas ſemper in te intellixi ſitas,
Fide, & taciturnitate. So. expecto quid uelis.

Exor. beneuolẽtia à meritis captatur.

Si. Ego poſtquàm te emi à paruulo, ut ſemper tibi
Apud me iuſta, & clemens fuerit ſeruitus,
Scis: feci, è ſeruo ut eſſes libertus mihi,
Propterea quod ſeruiebas liberaliter.
Quod habui ſummum pretium perſolui tibi.
So. In memoria habeo. Si. haud muto factum.
So. gaudeo.
Si tibi quid feci, aut facio, quod placet Simo, &
Id gratum fuiſſe aduerſum te, habeo gratiam.
Sed mihi hoc moleſtum'ſt: nam iſtæc commemoratio
Quaſi exprobratio'ſt immemoris beneficij.
Quin tu uno uerbo dic, quid eſt, quod me uelis?
Si. Ita faciam. hoc primum in hac re prædico tibi,

Propoſitio cõſilij.

Quas credis eſſe has, non ſunt ueræ nuptiæ.
So. Cur ſimulas igitur? Si. rem omnẽ à principio audies:

Narratio quæ exponit amores gnati & conſilium ſuum de nuptijs Eſt autem amplifica

Eo pacto & gnati uitam, & conſilium meum
Cognoſces, & quid facere in hac re te uelim.
Nam is poſtquàm exceſſit ex ephebis Soſia,
Liberius uiuendi fuit poteſtas: nam antea
Qui ſcire poſſes, aut ingenium noſcere,

Dum

Dum ætas, metus, magiſter prohibebant? So. ita eſt.
Si. Quod plerique omnes faciunt adoleſcentuli,
Vt animum ad aliquod ſtudium adiungant, aut equos
Alere, aut canes ad uenandum, aut ad philoſophos:
Horum ille nihil egregie præter cætera
Studebat, & tamen omnia hæc mediocriter.
Gaudebam. So. non iniuria, nam id arbitror
Adprime in uita eſſe utile, ut NE QVID NIMIS.
Si. Sic uita erat. facile omneis perferre, ac pati,
Cum quibus erat, cumque unà his ſeſe dedere.
Eorum obſequi ſtudijs, aduerſus nemini,
Nunquam præponens ſe illis: ita ut facillime
Sine inuidia laudem inuenias, & amicos pares.
So. Sapienter uitam inſtituit, nanque hoc tempore,
OBSEQVIVM AMICOS, Veritas odium parit.
Si. Interea mulier quædam ab hinc triennium
Ex Andro commigrauit huic uiciniæ,
Inopia, & cognatorum neglegentia
Coacta: egregia forma atque ætate integra.
So. Hei uereor, nequid Andria adportet mali.
Si. Primum hæc, pudice uitam, parce ac duriter
Agebat, lana, ac tela uictum quæritans.
Sed poſtquàm amans adceſſit, pretium pollicens,

ta narratio occaſionib. omnib.

Vnus

Vnus,& item alter: ita ut ingenium eſt omnium
Hominum à labore procliue ad lubidinem,
Accepit conditionem, dein quæſtum occipit.
Qui tum illam amabant forte, ità ut fit, filium,
Perduxere illuc ſecum, ut unà eſſet, meum.
Egomet continuo mecum: certe captus eſt,
Habet. obſeruabam mane illorum ſeruulos
Venienteis, aut abeunteis: rogitabam, heus puer,
Dic ſodes, quis heri Chryſidem habuit? nam Andriæ
Illi, id erat nomen. So. Teneo. Si. Phædrum, aut Cliniam,
Dicebant, aut Neiceratum. (nam hi tres tum ſimul
Amabant) eho quid Pamphilus? Quid? ſymbolum
Dedit, cænauit. gaudebam. item alio die
Quærebam, comperiebam nihil ad Pamphilum
ἐπιφώνη- Quicquam adtinere. eninuero ſpectatum ſatis
μα. Putabam, & magnum exemplum continentiæ.
Nam qui cum ingenijs conflictatur eiuſmodi,
Neq; commouetur animus in ea re tamen,
Scias poſſe habere iam ipſum ſuæ uitæ modum.
Cum id mihi placebat, tum uno ore omnes omnia
Bona dicere, & laudare fortunas meas,
Qui gnatum haberem tali ingenio præditum.
Quid uerbis opus eſt? hac fama impulſus Chremes,

Vltrò

Vltrò ad me uenit, unicam gnatam ſuam,
Cum dote ſumma, filio uxorem ut daret.
Placuit, deſpondi, hic nuptijs dictu'ſt dies.
So. Quid obſtat, cur non ueræ fiãt? Si. audies.
Ferè in diebus paucis, quibus hæc acta ſunt
Chryſis uicina hæc moritur. So. ò factum bene,
Beaſti, metui à Chryſide. Si. ibi tum filius,
Cum illis qui amabant Chryſidem, unà aderat frequens
Curabat unà funus, triſtis interim,
Nonnunquam conlachrumabat, placuit tum id mihi,
Sic cogitabam: hic paruæ conſuetudinis
Cauſſa, mortem huius tam fert familiariter.
Quid ſi ipſe amaſſet, quid mihi hic faciet patri?
Hæc ego putabam eſſe omnia humani ingenij,
Manſuetiq; animi officia, quid multis moror?
Egomet quoq; eius cauſa in funus prodeo,
Nihil ſuſpicans etiam mali. So. hem quid eſt? Si. ſcies.
Effertur, imus. Intera inter mulieres
Quæ ibi aderant, forte unam aſpicio adoleſcentulam,
Forma. So. bona fortaſſe. Si. & uultu Soſia,
Adeò modeſto, adeò uenuſto, ut nihil ſupra.
Quia tum mihi lamentari præter cæteras
Viſa'ſt, & quia erat forma, præter cæteras

Honeſta, & liberali, adcedo ad pediſſequas,
Quæ ſit, rogo, ſororem eſſe aiunt Chryſidis:
δεικτικά Perculſit ilico animum, at at, hoc illud eſt,
Hinc illæ lachrumæ, hæc illa'ſt miſericordia.
So. Quàm timeo, quorſum euadas. Si. funus interim
Procedit, ſequimur, ad ſepulchrum uenimus,
In ignem poſita'ſt, fletur. interea hæc ſoror,
Quam dixi, ad flammam adceſſit imprudentius
Satis cum periclo, ibi tum exanimatus Pamphilus
Bene diſſimulatum amorem, & cælatum indicat,
Adcurrit, mediam mulierem complectitur:
Mea Glycerium, inquit, quid agis? cur te is perditum?
Tum illa, ut conſuetum facile amorem cerneres,
Reiecit ſe in eum, flens, quàm familiariter.
So. Quid ais? Si. redeo inde iratus atque ægreferens.
Nec ſatis ad obiurgandum cauſſæ, diceret,
Quid feci? quid commerui, aut peccaui pater?
Quæ ſeſe uoluit in ignem inijcere, prohibui,
Seruaui. honeſta oratio'ſt. So. recte putas,
Nam ſi illum obiurges, uitæ qui auxilium tulit,
Quid facias illi, qui dederit damnum, aut malum?
Si. Venit Chremes poſtridie ad me, clamitans,
Indignum facinus comperiſſe, Pamphilum,

Pro

Pro uxore habere hanc peregrinam: ego illud ſedulo
Negare factum, ille inſtat factum, denique
Ita tum diſcedo ab illo, ut qui ſe filiam
Neget daturum. So. non tu ibi gnatum? Si. ne hæc quidem
Satis uehemens cauſſa ad obiurgandum. So. qui cedò.
Si. Tute ipſe his rebus finem præſcripſti pater:
Propé adeſt, cum alieno more uiuendum'ſt mihi,
Sine nunc meo me uiuere interea modo.
So. Quis igitur relictus eſt obiurgandi locus?
Si. Si propter amorem uxorem nolit ducere, Conſiliũ ſenis.
Ea primum ab illo animaduertenda iniuria'ſt.
Et nunc id operam do, ut per falſas nuptias
Vera obiurgandi cauſſa ſit, ſi deneget:
Simul ſceleratus Dauus, ſi quid conſilij
Habet, ut conſumat, cum nihil obſint doli,
Quem ego credo, manibus pedibusque obnixe omnia
Facturum, magis id adeo, mihi ut incommodet,
Quàm ut obſequatur gnato. So. Quapropter? Si. Rogas?
Mala mens, malus animus, quem quidem ego ſi ſenſero.
Sed quid opus'ſt uerbis? ſine, ut eueniat quod uolo,
In Pamphilo ut nihil ſit moræ: reſtat Chremes,
Qui mihi exorandus eſt. & ſpero confore.
Nunc tuum eſt officium, has bene ut adſimules nuptias.

Perterrefacias Dauum, obſerues filium,
Quid agat, quid cum illo conſili captet. So. Sat eſt.
Curabo, eamus iam nunc intrò. Si. I præ, ſequar.

VOs iſtæc intrò auferte &c. In hac ſcena hæc uirtus eſt, ut argumenti narratione actio ſcenica uideatur, ut ſine faſtidio longus ſermo ſit, ac ſenilis oratio. Vos iſtæc intrò &c. Hæc ſcena pro argumenti narratione proponitur, in qua fundamenta fabulæ iaciuntur, ut uirtute poetæ ſine officio prologi, uel * &c peritiam comœdiæ populus teneat, ut res agi magis quàm narrari uideatur. Vos iſtæc &c. molliter retenturus & experturus Soſiam imperat, ut remaneat, addit etiã cauſſam aliis abeundi, dicendo iſtæc intrò auferte, ne ſuſpitionem iniiciat, Soſiam communicandi ſecreti cauſſa remanſiſſe, & bene auferte. Auferimus enim ea quæ cum faſtidio cernimus. Ferimus ea quæ cũ honore tractamus. Deinde quaſi reſpicientes increpat dicendo, abite. Abite concitatius legendum eſt, quia reſpicientes properat, & diſcernit à Soſia, Soſiæ perſona proſtatica eſt, nõ enim uſq; ad finem perſeuerat, ut eſt Daui in Phormione, in Hecyra Philotidis, & Syrœ. Ades dũ, ades imperatiuũ eſt, dum parelcon, eſt autẽ adiectio ſyllabica. Paucis te uolo, deeſt colloqui, aut uerbis. & eſt figura ſyllepſis. Ades dum, parelcon, ut ehodũ ad me. Dictum puta, ad hoc reſpondet, ut agi res uideatur, quẽadmodum ſupra diximus. Vt curentur recte hæc, diligenter coquãtur. Curatio proprie medicorum eſt, cura reliquorum, ſed coquina medicinæ famulatrix eſt Hæc dicticos eſt. Nempè ut curentur, deeſt uis, ut ſit nempè uis. Imo aliud, bene autẽ * Imò, & deeſt uolo. Quid eſt quod mea ars efficere hoc amplius poſſit? ἀπὸ τῆς ἀρετῆς dicta eſt per ſyncopã ἀρετή autem uirtus eſt. Virtutis uero quatuor generales ſunt partes prudentia, iuſtitia, fortitudo & temperantia, ſed prudentia in multis rebus deſcendit. Efficere, facere eſt, in opere eſſe, ſed efficere perfectionem deſiderat. Nihil iſtac opus eſt, mire ait arte, nunc opus eſt artibus. Sed his quas ſemper intel'exi ſitas, ipſe hic ſignatiſſime oſtendit multas uariasq; artes eſſe. Quas in. t. ſ. in. quæ uirtutes in te intelliguntur. Sed his, zeugma à ſuperiore, quod ſubauditur. ſ. artibus. Sitas, cõſtitutas, poſitas. Fide & taciturnitate, fides eſt cõmendatorum fida executio, uel obſeruantia. Taciturnitas uero obſeruantiæ genus in ſilentio conſtituta, & in celando ſecreta. Quærit autem taciturnitatem ne prodat Pamphilo ſecretum, quod ei cõmendaturus eſt, fidem ad complendam taciturnitatem

nitatem

nitatem,ad celanda mãdata. Expecto quid uelis, expecto deſidero, ut Virg. Expectate uenis. Quid uelis, deeſt ſcire, nam ſi explicaſſet quid uelis, nihil deſideraſſet. Ego poſtquàm te emi à par. Commendatio perſonæ potius quàm ſerui, ne contra filium leui ſeruo aliquid cõmitti indecore uideatur. Ego poſtquàm te &c. tale eſt. Paruulum ego te, Iugurtha apud Saluſtiũ. Non emi à paruo, ſed à paruulo. Vt clemens tibi fuerit ſeruitus mea, ſcis, hoc eſt à paruulo ſcis. Vt ſemper tibi, cõtinuationem ſignificat ſemper. Iuſta & clemens fuerit ſeruitus, ita dixit iuſta, ut alibi. Non neceſſe habeo omnia pro meo iure agere, quid enim nõ iuſtum domino in ſeruum. Iuſta & clemens, iuſta in qua nihil iniquũ iubetur, clemens in qua etiã de iuſto multum remittitur. Apud me iuſta & clemens id eſt, moderata æqualitas, cui contrarium ait Virg. Et iniquo pondere raſtri, & iniquo ſub faſce. u. c. Nam qui iuſtam debitam nunc dici putãt nihil afferunt ad iudicandam ſententiam. Iuſta & clemens fuerit ſeruitus, libertatem imputaturus clementem intulit ſeruitutem. Seruitus, mire ſeruitutẽ pro dominatu poſuit. Sic Saluſtius. Dein ſeruili imperio patres c. Scis, feci ex ſeruo ut eſſes libertus mihi, dulcem libertatẽ fecit operatione & tractatione uerborum dicendo ex ſeruo libertum, non enim tantam haberet gratiam ſi dixiſſet, feci libertus ut eſſes, quàm ſi dicat feci ex ſeruo ut eſſes libertus, at ſi quis dicat, feci ut eſſes ſanus, non tantã haberet gratiam quàm ſi dicat, feci ut ex ægro ſanus eſſes, & mihi emphaſim habet, quod mihi libertus factus ſis non filio, aut ideo mihi additum eſt, quia libertus ad aliquem dicitur, & bene mihi, ne pertimeſceret filiũ, cui nec liberti munus debeat. Ex ſeruo, mirè addit ex ſeruo, ut uim beneficij oſtẽderet. Scis, feci ex ſeruo, ut eſſes libertus mihi, hinc Virg. Nijm. d. f. g. n. ſ. u. t. c. u. q. l. bene, quia omne bonũ libero aptum malũ ſeruo. Idem alibi. Factũ eſt à nobis duriter immiſericorditerq́;, & ſi eſt pater magis dicendũ aperte liberaliter, & bene admonuit cur dederit beneficium, eadem & nunc officia quæſiturus, non enim dixit artificioſe, qa ſupra ait,. Nihil iſtac opus eſt arte. Quod ſeruiebas, bene imperfecto tempore, nõ perfecto uſus eſt, ut oſtendat eum potuiſſe ſibi etiam atq; etiam ſeruire, quale eſt illud. Virg. atq; omnis p. q. m. c. q. f. i. ut oſtendat eum quàmuis inualidus eſſet, adhuc potuiſſe laborem, exercitiumq́; ferre. Summum precium, libertatẽ dicit. Perſolui tibi, quia precium dixerat, perſolui dixit, ꝓprie perſolui tibi, modeſte precium redditum dixit, non beneficijs prærogatum. In memoria habeo, hoc eſt nõ ſum ingratus. Haud muto factum, ueruſte non me pœnitet, nam ſi quid pœniteret infectum uelle dicebant, legitur muto, an ſecũdum ius, quod aduerſus libertos ingratos eſt, ut in ſeruitutem reuocẽtur, ſed hoc non cõuenit ſenem dicere. In memoria habeo, plus dixit in memoria habeo quã ſi dixiſſet ſcio. Nam quæ ſcimus poſſumus obliuiſci, quæ uero memoriæ commendamus nunquam amittimus. Haud muto factum, legitur & mulcto, hoc eſt damno, reprehẽdo, quod ſi eſt, intelligeretur nolem

lem factum. Nemo enim poteſt factum infectum reddere,ſed admira-
biliter dixit, ut dicimus factum nollem hunc exitum , ergo haud muto
factum ,non pœnitet me facti. Si tibi quid feci,aut facio quod placet Si-
mo, & feciſſe ſe, & adhuc facere oſtendit quãuis eũ manumiſiſſet. Gau
deo ſi tibi quid feci, aut facio Simo quod.p.fœlicitatis eſt, ut ea, quæ fa
cienda ſunt grata ſint. Si tibi quid, pro aliquid. Et id gratum fuiſſe apud
te,&penes te, aduerſum te. Aduerſum ſine dubio prępoſitio eſt. Aduer
ſus participiũ poteſt eſſe ab eo,quod eſt aduerſor, ſed alibi, ergo aduer-
ſum te dixit pro apud te. Exprobratio eſt commemoratio beneficij cum
enumeratione factorum ,quaſi exprobratio eſt immemoris beneficij.
Recte oſtendit ſe in memoria habere. Sunt qui ad beneficium referunt
immemor , ut memorem Iu. ob iram, ut ſit ſenſus. Iſtæc cõmemoratio
quaſi eſt ex. ideſt, cuius nemo meminerit. Quin tu uno uerbo, uno uer-
bo ἀξιώματι una ſententia, nam ἀξίωμα ſententia eſt, uel enunciatio
uno uerbo nexam continens & perfectam intelligentiam, ἀξίωμα enĩ
conſtat ex nomine & uerbo. Sed dic quid eſt, ἀξίωμα hoc eſt. Has bene
ut aſſimules nuptias, ergo om̃is uirtus aſſimulatio eſt. Quin tu uno uer
bo dic, una ſententia, ut in Adelphis. Non enim illud uerbum uerum fa
cio, quod Mitio bene ac ſapienter dixit dudum, uitium commune om̃i-
um , quod nimiũ ad rem.i.ſ.a.ſ. Nam male intelligit, qui putat aſſimu-
les uerbum ſignificare. Ita faciam, hoc eſt, uno uerbo dicam, quod uer-
bum promittit quum dicit, Nunc tuum officium eſt, has bene ut aſſimu
les nuptias. Quas credis has non ſunt ueræ nuptiæ, ſyllepſis. Cur ſi. igi-
tur? Virg. Et quæ tanta fuit.r.t.c.u. Eo:p. pacto, modo, quoniam ante-
cedit pactum, modus ſequitur, ergo ab eo quod ſequitur id, quod prę-
cedit dicit. Et gnati.u.&.c.m.c. nã iſtæ diuiſiones ſunt gnati uitam, quo
niam dicturus eſt. Nam is poſtquàm ex.ex ephe. Soſia. Conſilium m.c.
quia dicturus eſt, & nunc id operando. Et quid.f.i.h.r.t.u. quia dicturus
eſt. Nunc tuũ eſt officium.h.b.u.a. Et gna.u.&.c.m. c. tripertita diſtin-
ctio & gnati uitam, uitam filij in duas partes diuidit, in narrationẽ ante
factam bonam, & præſentem malam, & incipit malam, ab interea mu
lier quædam, & bene actæ uitæ narratio ad eam rem ualet, ut oſtendat
quàm iuſtus dolor patri ſit ſpe decepto. Nam is poſtquàm ex. neceſſario
is poſitum p̃nomen, anaphora ad illud, gnati uitam, nam ſi non poſu-
iſſet hoc pronomen, Soſia erat intelligendus. Nam is poſtquàm exceſſit
ex ephœbis. argumenta per coniecturas. Nam is. Pamphilus. Poſtquã
ex. ex ephe. gnati uitam. Ex ephebis , ephebia. prima ætas adoleſcen-
tiæ eſt , adoleſcentia extrema pueritia. Exceſſit ex ephbis , quum ſuffi-
ceret unum. Et liberius, liberius non eſt cõparatiuus gradus, non enim
potuit libere uiuere, dum ætas, metus magiſterq; prohibebãt, ergo de-
eſt aliquanto, ut ſit aliquanto liberius. Liberius uiuendi, deeſt ei. Qui ſci
re.p.a.in.ſcimus quod certum eſt, noſcimus quæ adhuc incerta deſide-
ramus,

detamus, idem alibi. Forma in tenebris.ſ.n.q.c. Dum ætas.m.m.pro.
magiſter pędagogus. Ita eſt, intercedit poeta, ne ſolus Simo loqueretur
cæterum non erat reſpondendi locus. Quod plæriq;.o.f.a. hæc adiectio
dicitur in primo poſita loco, adiectiões uero aut in prima parte oratio-
nis, aut in ultima adijciuntur, hic ergo plæriq; ex abundantia poſitum
eſt, omnes uero neceſſario additum eſt. Et alibi. Caleſces plus ſatis in ul
timo, ſicut interea loci interibi. Attendenda eſt ſanè locutio, quod plæ-
riq; omnes faciunt adoleſcentuli. Aut enim qđ in quæ uertendum eſt, ut
ſit quæ plæriq;.o.f.a. aut quod ad ſingulare eorum ſtudiorum adiũgen-
dum erit. Equos alere, canes ad uenandum, aut certe erit figurata locu-
tio, ut eſt illud. Si quiſquam eſt, qui ſtudeat placere bonis quàmpluri-
mis, & minime multos lædere, in his.p.h.n.p.ſ.& alibi aperte.a.o.Plæ
riq; omnes faciũt ἀρχαϊσμὸς eſt, nam errant qui plæriq; apologũ in-
telligunt, aut qui ſubdiſtinguunt plæriq;, & ſic inferunt omẽs, hoc enim
pro una parte orationis dixere ueteres, eodẽ modo & greci * *
& latini plus ſatis. Næuius in bello punico. Plæriq; omnes fugiunt ſub
ſuum iudicium, figurate Terentius. * Quod plæriq; *
omnes, quod faciunt, pro quæ faciunt plæriq; adoleſcentuli. Horũ ille
n.e.p̃.c.ſt. eſt ergo figuratiuũ quod rectum eſſet, quæ plæriq; omnes fa
ciunt adoleſcẽtuli, bene diminutiue, ut propter ætatem facile ignoſcat
Adiungant, *alligent*, aptent aut cõmodent, aut equos alere, aut canes
ad uenandum. Si & equos ad uenandum alit, quomodo & canes? quod
multi docti improbant. & dicunt ſeparata eſſe, & ad uenandum extra
rationem pro ad uenatum. Vt uenatũ Aeneas, unaq;.m.D. Aut philo-
ſophos, Eclypſis pulchra & familiaris Terentio, nam poſſumus ſubau
dire audiẽdos, ſiue ſectãdos. Ad phi. uitium eſt, quia dixit ad aliquod
ſtudium. Aut ſi ad philoſophos, ſeparanda locutio eſt, ſic animũ adiun
gant ad philoſophos. Egregie, egregium dicitur, quod ex grege eligi-
tur, ſed hic egregie ualde nimis, nõ eſt ergo ad laudem poſitum. hæc in-
quit ut cætera ſimiliter ſtudebat. Præter cætera, mediocriter ergo non
extenuauit rem, ſed ad laudẽ retulit. Gaudebam, nõ dixit laudabam,
ſed gaudebam, Laudat enim etiã alienus, gaudet qui pater eſt. Non in-
iuria, intempeſtiue Soſia reſpondet, ſed prudentia tãtæ ſententiæ com-
penſauit importunitatem. Apprime adiectio eſt cõfirmationis, & ad-
mirabiliter dicimus. Ne quid nimis, ſentẽtia non incõgrua ſeruo, quia
peruulgata, & non refertur ad perſonã domini dicentis, ſed de quo di-
citur, an magis quia Soſię cõuenit, cui huiuſmodi caracter in uerbis eſt
Nequid nimis, deeſt agas, ut ſit nequid nimis agas. Facile omnes perfer
re ac pati, latens argumentatio eſt, quia filium ad meretricem cõmeaſ-
ſe narrat pater, non ad corruptelam filij, ſed obſequium amicorum.
Perferre ac pati. ferre eſt cum certo tempore, perferre finem expectat ef
fectus. Feruntur onera. & ſuſtinentur ſupplicia, perferre mediocriter
ſtultos odioſoſq;. Cum quibus erat, cunq; unà his. Figura Temeſis.

Vna

Vna cum his dedere, plus eſt dedere quàm conſentire, quemadmodum in hoſtium poteſtatem hoſtes ſe dedunt, dedere ergo pertinacibus. Eorum obſequi, id eſt, commodior ſcilicet eorum obſequi ſtudijs. Talem eſſe Pamphilum, adiuuat argumentum fabulæ, ſimul & Carinum. His ſeſe dedere, ſed & obſequi ſuperioribus, dedere nõ aduerſari paribus, non ſe præponere inferioribus, nemini contradicere pertinacium, nunquã præponens conſentientibus. Ita deeſt faciens, uolens, agens. Vt facillime ſine inuidia laudem inuenias, & amicos pares. Saluſtius. Et cum omnis gloria anteiret, omnibus tamen carus eſſe. Inuenias, ſecũda perſona pro tertia, ut migrantis cernas. Sapienter uitam inſti. nam hoc tempore obſequium amicos, ueritas odium parit. improbatur à ſapientibus hæc ſententia, nam obſequiũ aſſentator debet, ueritatẽ amicus, ſed in theatro dicitur nõ in ſchola, Obſequiũ amicos, ueritas odiũ parit, hic uerſus per improperiũ eſt. Veritas odium parit, falſum eſt autem quod Cicero dixit obſequiũ primo dixiſſe Terentium, quũ & Plautus & Neuius ante dixerunt, & eſt ſentẽtia παράδοξος & magis theatro apta quã officio, de qua Tullius multa dixit. Obſequiũ amicos, ueritas odium parit, ſentẽtia magis probabilis quã neceſſaria, & honeſta. Interea mulier, interea eſt cum habet inſtantiam ſuperiorum actorum. Mulier quædam, ſic dixit, quaſi ignoraret nomẽ eius. paulopoſt Chryſidem nominaturus, ſed ideo ut gratam expectationem faciat. ſimul lectorem auidum nominis reddat, ut Virg. paulopoſt nominaturus ait. Ecce manus iuuenem interea poſt terga reuinctũ. P. Interea mulier, hic digreſſio eſt, nam propoſuit gnati uitã dicere. Ab hinc trienniũ, artificioſe dixit triennium, quum poſſet plus minuſue tẽporis ponere, ut ſit uериſimile unum annũ fuiſſe pudicæ parcæq́ uitæ, ſequentem conditionis acceptæ, tertium mortis, primo ergo anno ignorata eſt Chryſidis Pamphilo domus, ſecundo Glycerio cognitus, tertio nupſit Glycerium Pamphilo, & pariter inuenit parentes. Huic uiciniæ, uiciniæ huic loco uel huic locorũ. Inopia & cognatorũ, laudatis moribus, qui mox ducet uxorem, ſupereſt ut futuræ quoq; matronæ. id eſt Glycerio probitatem debitam pro perſona reddat. quæ quia honeſta nunquã eſſe poterit, ſi ſic eam conſtet ante nuptias impudicã ductam eſſe, partim defendenda, partim laudanda eſt Chryſis, cũ qua cõmorata eſt, quã quoniã neceſſe eſt meretricem fateri in cõditione turpiſſimi nominis, multũ ſumit excuſatio uolũtatis. Huic uiciniæ, legitur & uicinia. Et cogna. neg. hic nos iam parat ad Critonis aduentum. Egregia for. i. eminenti, præſtantiq́. Atq; æta. inte. integra eſt ætas quę in flore cõſiſtit, cui neq; addendum iam ſit, neq; quicquã adhuc ſit imminutũ, ut Virg. Integer æui Aſcanius, & cõtulit duo ad quæſtum meretriciũ. So. hei. ue. ne. quid an. ap. ma Andria mire, audiuit enim exceſſiſſe ex ephebis Pamphilũ, illatamq́; mentionem mulieris peregrinæ, adoleſcẽtulæ pulchræ. Nequid an. eleganter ex Andro Andriæ nomẽ oſtendit, & mulieris, & fabulæ.

Et bene

Et bene apportet, quia portare ignotis eſt. Primũ.h.p.u. defendit, ut diximus uitam Chryſidis, ut potuerit apud eam recte moratam eſſe Glycerium, quæ ex argumẽto matrona erit. Primũ.h.pu.ui. bene hæc quidem.i. illa quæ coacta eſt. Duriter, cõtra rationem regulæ, debuit enim dicere dure, ab eo quod eſt durus. & tamen eſt differentia. eſt enim duriter ſine ſenſu laboris, dure autem crudeliter, illud ad laborem, hoc ad ſęuitiam relatum eſt, ſed dure in alterũ, duriter in nos aliquid facimus. Lana & te.u.q. ſubdiſtingue. tela finis eſt laboris uictum quæritans, ut Virg. Cum fœmina primũ. Cui tolerare colo uitam, tenuiq; Minerua Impoſitum cinerem & ſopitos ſuſcitat ignes. Deinde finem laboris intulit non cibum, ſed uictum dixit. Cibus eſt enim qui etiã delicatis prębetur. Victus in paruis aridisq; alimonijs eſt conſtitutus, unde Virgil. Victum infœlicem bacchas, lapidoſaq; corna dant rami, & poſt tantum laborem uictum non cibum dixit, ut Virg. At patiens operũ paruoq; aſſueta iuuentus, & non quærens, ſed quæritans dixit. Quærit ẽm qui ad plenum & perpetuum reponit, quæritat qui uix quottidie inquirendo uictum inuenit. Lana &.t.u. quærit artificioſe, ut uideatur pudice apud eam futura materfamilias educi poſſe, quam meretricẽ neceſſitas fecit. Sed poſtquàm amator, amator fingi poteſt, amans uere amat. Vnus & itẽ alter, poſt unũ duo, ex quibus alter, ut ſint tres, inquit poſt Nam hi tres tum ſimul amabant, ut alter ab undecimo, ergo alter nõ eſt ſecundus, ſed tertius. Procliue ad li. procliue eſt porrò inclinatũ uel pronum inclinatumq;. Accepit conditionem, cum uno. Quæſtum cum altero, cũ altero non eſt cũ multis ſic. Vt inge eſt.o.ho. alia defenſio Chryſidis, ut quæ ante fecerat ipſius ſint, quæ poſtea peccauerit naturæ hominum aſcribantur. Conditionem, conditio eſt cum uno certamẽ certam legem in ſe cõtinens. Poſtquàm ac.unu- & alter.i. plures, quæſtus iam meretricius factus eſt. Perduxere il.ſe. inuitũ iſſe Pamphilum his uerbis ſignificat, perducuntur enim neceſſitate coacti, hoc etiam uerbum iudices pronũciare ſolent, & hoc eſt quod ſupra ait. His ſeſe dederee, orum obſequi ſtudijs. Vt unà eſſet.m. & producte legitur eſſet, ut cibum capiat & correpte, ut alibi. Vnà ſimul eſſemus, & unà cibum capimus. Perduxerunt il.ſe. ſecum duxere, ut ſecum eſſet. Egomet conti.m. bene mecum, ut appareat nihil temere conſtitutum, uel prolatum foras, hoc ipſum ſatis quæſitum eſt, quod ſtatuit de falſis nuptijs, & inoffenſus eſſet filio. Egomet conti.me. deeſt uoluebam, cogitabã, uerſabar. Captus eſt, tenetur & irretitur, ex translatione ferarum atq; uenatus. Habet i. uulneratus eſt, habet enim qui percuſſus eſt, & proprie de gladiatoribus dicitur, quia prius alij uident, quàm ipſi ſentiant ſe percuſſos. Captus eſt. Salu. Sin captus prauis cupidinibus. Certe, ſine dubio pro certo captus eſt. Habet. ſic dicitur de eo qui lętaliter uulneratus eſt. Virg. Hoc habet, hæc melior.m.d.u.d. ergo quid ſequitur captum niſi occidi habet. Obſeruabã.m. mane aduerbialiter. Obſeruabam, deeſt tamẽ, hoc

eſt quànuis captus erat, & etiam habet, tamen obſeruabam. Rogitabã he. pu. nõ rogabam ſed rogitabam, quia ſedulo faciebat. Dic ſodes, dic imperatiuum eſt, ideo temperauit iniuriam blãdimento. Sodes, eſt aũt * ſi audes, & ſi ſcias. Nam delirat qui * interpretatur ſodes Dic ſodes, exhortãtis eſt uox, ut amâbo. Rogo quis heri Chryſidem habuit, opportune nomẽ intulit Chryſidis, & bene illi. qui. d. quam tu Andriam nominaſti. Quis he. ha. Chry. nam Andriæ illi id erat nomẽ, Attico more peregrinæ mulieri à patria nomẽ impoſuit, & ſimul celebrat nomen comœdiæ dicendo, Ex Andro commigrauit, nam Andriæ illi id erat nomẽ. Quid? ſymbolum dedit, ſed ſubdiſtingue, quid, ut ſit uox quærentis, quid dicat de Pamphilo, & quid Pamphilus primo ſic egit, ut à Pamphilo quærere uideretur. Ad ultimum adducit nomen, ne quid reliqui faceret. Cœnauit, cætera in geſtu ſunt quærentis, quid dicat de Pamphilo, nec inuenietis. Symbolum de. c. mire nulla pro Pamphilo negatio facti eſt poſita, ſed per puerilem ſimplicitatem omnia geſta narrata ſunt, quidem tacitum eſt non celatum, ſed ut non factum eſt ita uideatur. Item alio die, item ſimiliter, & uide diligentiæ tẽpus adiectum quaſi nõ ſufficere unus dies. Comperiebam nihil ad. P. Vide, ſi nõ uerba patris ſunt, & de rebus uenereis circa filij mẽtionem agẽtis. Nihil ad Pam. quicquàm περίλκον, nam abundat quicquàm, nam nemo quiſquàm non dicitur. Spectatum, ad Pamphilum, non ad exemplum refertur, & ſpectatum probatum. Et magnum exemplum cõtinentiæ ὑπερβολή laudis, Pamphilus exemplum cõtinentiæ. Nam qui cum ingenijs c. huiuſmodi. qui animus. ſ. aut certe homo ſubaudiendum. Et neq; cõ. animus, deeſt eius. Nam qui cum ingeni. ingenium pro hominibus poſuit. Conflictatur. i. atteritur. Conflictatio eſt tactus corporũ inuicem colliſio. Neq; commouetur, utrum animus an homo, ut ſubadiamus eius. Neq; ani. cõ. utrum, deeſt eius, & an ordo eſt, qui animus cũ ingenijs conflictatur eiuſmodi, neq; cõmouetur. in ea re, tamẽ ἀνακόλουθον eo quod non præmiſſo licet, uel quanquã ſubiecit, tamen Salu. atq; edita undiq; tribus tamen cũ muris & magnis turribus. Suæ uitæ modum moderationem, regimẽ. Tum id mihi pla. tum præterquàm. Tum uno omnes ore. omes, ne pater amore falli uideretur, & ideo mox ait bene diſſimulatum amorẽ, & cælatũ indicat. Tum id mihi pla. tum uno ore omnes. o. b. d. & l. f. m. q. g. h. in. p. fortunas, pro me fortunatũ & demore. Vt qui te tanti talem genuere parentes, & uade. ait, ò fœlix nati pietate, & Plau. Fortunatum qui illum addixit ſibi. Hac fa. im. an uere laudatus ſit, & ſingula hæc pro argumentis ſunt, & excuſatio eſt non ſtulticia falſus, ſed impulſus. Impulſus, bene, impulſus, ultro enim uenire impulſus eſt, qui daret cõtra officium ſoceri. Vnicam gnatã ſuam, abundat quidem ſuam, ſed tamen aſſeuerantium eſt. Vnicam gnatã, quod ſi tędio multorum filiorum ait unicam cũ dote ſumma, quid ſi pauperẽ

ait cum

ait tum dote ſumma. Placuit deſpondi, cũ pronunciatione placuit. Hic nu. di. eſt. di. utrum conſtitutus, an dicatus, ut Iunoni infernæ dictus ſacer. Deſpondi, ex ueteri more, quo ſpõdebat etiam petitoris pater, unde deſponſus & ſponſa dicitur. Placuit, adeo bona conditio fuit, ut quanuis ultro obijceretur, tamẽ ſtatim placeret. Deſpondi, proprie, nam deſponſa dicitur, quia ſpondet puellæ pater, deſpõdet adoleſcentis. Chryſis uicina hæc mo. commemorat nunc quæ eſſet Chryſis uicina hæc. ſupra enim ex Andro commigrauit huic uiciniæ uicina hæc. O factum bene. animaduerte ubiq; à poeta ſic induci comicas mortes, ut cum ad neceſſitatem argumenti referantur, non ſint tamẽ tragicæ. Nam aut meretrix ſumitur, aut ſenex, aut de duabus ſimul uxoribus una uxor. Itaq; huiuſmodi obitus, aut mediocri triſtitia excipiatur, aut etiã gaudio. O factum bene, quaſi qui dixerit. Vereor ne. an. ap. mali. Beaſti me, artificioſe quidẽ gaudium ſubiecit, ne mors in comœdia, luctus in tragœdia perſonaret. Metu à Chry. metuo illum dico, qui mihi ipſi aliquid facturus eſt. Timeo ab illo, cuius cauſſa poſſum aliquid mali pati, etiã ſi ipſe nihil in me mali cõſulat. Metui à Chry. a. p. x. a. i. u. e. Vnà aderat, frequẽs ut ſupra. Cum quibus erat, cunq; unà his ſeſe dedere. Aderat frequens poſſumus enĩ adeſſe, & frequẽtes non eſſe, ſi præſentes nõ adhæremus his quibus adſumus. & frequens, ut miles apud ſigna. Curabat unà funus. Funus eſt pompa exequiarũ, dictũ à funalibus, etenim noctu efferebãtur propter ſacrorum celebrationẽ diurnam. Curabat unà funus, utrum non potuerit in exequijs uidere patrem. Interim. diſcretio huius rei quæ ad narrationẽ pertinet ſuperiorem. Nonnunquã collachrymabat. illis enim magis cauſa flendi fuerat, qui quã amabant amiſerant. hic amore propter ſuam Glycerium collachrymabat, qui alienis lachrymis ſuas commẽdabat. Sic cogitabam, ac ſi diceret hoc cogitabam, & ſenſum tantũ cogitatiõis debuit dicere. ſed quia ſic cogitabã dixit, ipm geſtum cogitantis exponit cũ dicitur. * Hem hic paruæ cõ. * hoc eſt cõmuni tantum, & quia dixerat puer, hoc ſolum egiſſe Pamphilum nihil aliud, ſymbolũ dedit. cœnauit. Huius, mortẽ f. t. f. i. grauiter, nam quæ nobis ſunt familiaria, grauia ſunt animo noſtro, uel familiariter, quaſi familiaris, an potius familiariter. Quid hic mihi faci. p. mihi circa me. & poſtquã mihi dixit, pondus intulit nominis dicendo patri, Quid hic mihi. f. p. uide quã uenuſte repetierit hic. Hæc ego putabã, putare eſt eius qui ſimplicitate pectoris oberrauit. Cicero. Nõ putauit, lapſus eſt. Hæc ego p. e. cum adhuc nihil peccationis oſtenderet, tamen dolor in futura prorupit, ut & gener auxiliũ Priamo. p. h. q. f. Humani ingenij manſuetiq;, humani ingenij circa Chryſidem, manſueti circa amicos. Egomet quoq;, ut & ipſe Pamphilus, an etiam ut ego quẽ quaſi minus crederes. Eius cauſa, eiuſdem mãſuetudinis & humanitatis, & eius Pamphili. In funus prodeo, in funus, in ipſum officium, aut in pompam exequiarum, quod à funalibus dictum eſt, & uncis & cuneis candela-

brorum, quibus delibuti funes cærei fomites infiguntur. Nihil ſuſpicās mali etiam, bene ſuſpendit auditorem. etiam alia eſt ſuſpenſio audientis & excuſatio, alia etiam adhuc. Effertur ἐκφέρεται græcū eſt, quod uitans Virg. ne diceret effertur, Exportans, tectis inquit, & corpora luce carentum. Efferri proprie dicuntur cadauera mortuorum, & ire proprie ad exequias. Virg. Ite ait egregias animas. q. ſ. n. h. p. p. ſ. Vnā aſpicio. a. extra conſuetudinem dicit unam, nam ut diximus unus eſt adoleſcens, tolle unā, & ita fiet ut ſenſui nihil deſit, ſed conſuetudo mirantis non erit expreſſa. Vnam ergo ✱ dixit. uel unam pro quādam. Forte. u. a. a. & hic duo ſunt, & ætas & forma, quibus additur pudor, quia meretrix non eſt. Forma & u. ſ. forma immobilis & eſt naturalis, uultus mouetur & fingitur. Et uultu Soſia adeò, quia formæ laudatio cum meretrice commiſſa eſt. Progreditur artifex poeta ad laudanda ea quæ honeſtiora ſunt arte quā forma. Et uultu Soſia adeo, quid hic deeſt, ut eam mirū dignetur Simonis ſola cognitio, & formam probat in puella Pamphili pater, & matronalem modeſtiam miratur in uultu, & uenuſtatem ſtupet. Nōne ergo iam cernimus præſcripſiſſe Terentium, ut cum Chremetis filiam eſſe eam recognouerit, Simo hanc potius eligat, quā Philomenā nurum, quanquā ex ſororia pulchritudine, & amore Carini, & Daui laudatione ipſorum quæq; ꝑpe monſtrauerit nobis. Vultu. ſ. hæc laus adiuuat poſt cognitionem futuram nurum. Adeo. m. a. u. modeſtus ad probitatem uultus, & morum pertinet. Venuſtus ad naturam corporis, atq; adeo ſibi uultum fingere multi poſſunt, formā nemo. Vt enim. ſ. eclypſis Terētiana, nam nō neceſſe eſt ſubiungere duos uerſus. Quæ t. m. excuſatio neceſſaria. Præter. c. i. plus quā cæteras. Honeſta ac liberali, honeſta ad formā, liberali ad uultum retulit. Percuſſit illico animū, hoc eſt ſuſpicio uel aliquid tale. At at, interiectio admirantis uocem. Illud. h. eſt δεικτικὸν eius rei eſt quā in animo cōceperamus. Virg. Hoc illud ger. f. Hinc illę lachrumę, hinc ex hac cauſa. Quā timeo, non uidetur adhuc Soſiæ plenum argumētum, adeo pēdet ad ea quæ dicturus eſt Simo. Quorſum euadas. i. exeas, uel peruenias. Funus interim procedit. Funus à funalibus dictum eſt, ut ſupra notauimus, & eſt funus pompa exequiarum, & bene funus procedit, nos ſequimur dixit, quaſi poſt ipſam morituri, unde exequiæ dicūtur. Funus interim ꝓcedit ✱ Ad ſepulchrum ue. Sepulchrum κατ᾽ ἀντίφρασιν ut dicimus, quod ſine re pulchra ſit, an quod ibi ſine pulſu ſint. i. mortui, an quod illic animæ à uiuis ſepeliantur. i. ſeparentur, & ſepulchrum dixit futurum, non quod iam eſſet. Sepulchrum enim à ſepeliendo dictū. Virg. proprie. At pius Aeneas ingenti mole ſepulchrū. In ignem poſita eſt, eclypſis, non enim eſt quæ, & mire cum funus ſupra dixerit. Fletur, hic bene imperſonaliter fletur ab omnibus, extrema enim quæq; mortuorum omnes commouent ad lachrymas. Interea hæc ſoror. i. quam

dixi

dixi eſſe ſororem Chryſidis. Ad flammam ac. im. inuenit affectum ſoro
ris unde omnes uicerit, cæteri enim flent, hæc flammæ ſe ingerit. Virg.
Extinctum nymphæ crudeli funere Daphnim. Atq; deos, atq; aſtra uo-
cat crudelia mater. Ibi tum exanimatus Pamphilus, à uoluntate, à facul
tate, à ſummo ad imū ubi ſunt dicta & facta, ibi eſt πάθοσ, & mire ibi,
bene diſſimulatum, bene multum, an quaſi dolens quod etiam negatu-
rus ſit Chremeti dixit bene. Et cælatum indicat, oīa ſignificantur, non
oſtendit inquit, ſed indicat, non accedit ſed accurrit, non ueſtem aut ma
nus, ſed mediam mulierem, non tenet, ſed complectitur, & quia tribus
rebus inducitur in alicuius rei geſtionem, perſona, affectu, facto, dicto.
Affectus eſt quod ait, ibi tum exanimatus Pamphilus, factum quod ait
accurrit, mediam mulierem complectitur, dictum quod ait mea Glyce
rium inquit, Quid agis? cur te is perditū. Indicat, inditium proprie eſt
oris, & linguæ, factis ergo indicat, non enim dixit animo indicat. Ac-
currit. Virgi. Interiora domus. i. l. m. & a. c. f. r. Mea Glycerium inquit,
mea quaſi amator hoc, Glyceriū quaſi familiaris dixit. Quid agis? qua-
ſi ꝑturbatus. Cur te is perditum? quaſi conſolaturus. Vt conſuetum fa-
cile. a. c. mire nō ſuſpicaretur dixit, ſed cerneres, & eſt ordo, facile cerne
res, ſed cerneres ſicut ſupra laudem inuenias & amicos pares, Relecit ſe
in eum, f. q. f. obijciunt ei quod à Glycero factū eſt, ut Quis unquā tam
palam de honore tam u. d. ſ. ſ. e. q. i. a. u. a. ut hoc m. d. Quid ais, non in-
terrogantis, ſed mirantis eſt. Redeo inde iratus atq; ægre ferens, iratus
culpa ægre ferens quia præter ſpem. Nec ſatis ad ob. mire expreſſit in-
dulgentiā patris erga filium, erat inquit cauſa, ſed pro amaritudine ob-
iurgationis non erat ſatis, hoc eſt nō idonea uidebatur. Nec ſatis ad ob.
c. deeſt habui, uel erat Virg. Nec ſat rationis in armis. & hic erat, uel ha
bui deeſt ad ſententiam. Diceret deeſt enim. Quid. f. mire fiduciam pro-
tulit argumēto, quod eſt à minoribus ad maiora, etiā feci quaſi facinus
dixit. facere enim quis & homicidiū dicitur. Commerui, minoris culpę
eſt, peccaui multo minoris uel leuioris. Quæ ſeſe in ignem inijcere. u. il-
lic mea Glycerium, hic pronomē dixit, mira diſſimulatio, tanquā illam
præter periculum neſciat. Nam ſi illum obiurges. u. q. a. t. argumentum
per rationem à contrario, ut ſi dicas uiro forti præmiū debetur, ſi deſer-
tori pœna conſtituta eſt. Tulit ꝓ attulit, ſed multa ſignant, & alias per-
tulit. Virg. Non tulit hanc ſpeciem furiata mēte Chorœbus, aliàs ſuſtu
lit, ut omnia fert ætas, pro aufert. Quid facias illi, pro illo. Qui dederit
d. a. m. Damnum rei eſt, malum ipſius hominis. Venit Chremes. p. a. m.
c. argumētum ex coniectura in teſtibus, & mire ſupra ultro uenit ad me
ergo hic cauſa iuſti doloris inuenitur, quia dolet etiam Chremes, nam
potuit non daturus filiam non uenire. Poſtridie. a. m. c. u. ſine dilatione
ſciri poſſit, & clamitans indignantis eſt, ut clamant omnes. Indignum
f. e. ſ. diſtinguendum ut per ſe intelligatur, indignum facinus, hoc eſt &
ipſe et dolet Pamphilum corrumpi, comperiſſe ergo ab alijs ut appareat

 uerum

uerum quod ait, Tum uno ore omnes, & hac fama impulſus Chremes. Indignum facinus cõperiſſe. deeſt ſe, incertaq́; diſtinctio. Pamphilum cum emphaſi dixit. i. prudentem & bene moratum, & nec amicam, ſed pro uxore habeat. & ſimul excuſat filiam denegaturi ſoceri. Pro uxore hanc peregrinam, hanc cum contemptu dictum eſt, & peregrinam, ut alibi, adeo ne es demens ex peregrina. nam hoc nomine etiam meretrices nominabantur. Ego illud. ſ. quanto affectu pater factũ quod uiderat negabat. Sedulo, quomodo ſedulo ſi negabat, an ſedulo ut Soſiæ. i. ſimpliciter. Negare factum. i. quia non ſemel negauit, uel ille inſtitit. Negare factum, officium patris, & ſimul per hoc expreſſio probatiõis. Ille inſtat. ſ. Plautus inſtare factũ, ſimile eſt, ἀρχαϊσμόσ eſt inſtare factum uetuſte. i. inſtat factum dicere eſſe. Deniq́;, quod deniq́; ad ſummã properat & ad finem dictorum. Deniq́;. i. poſtremo. Iam tum diſcedo, proprie non eñ ab eo unde diſceſſio. Vt qui ſe neget filiam daturũ, probauit quod non uolebat ſenex Soſiæ, adhuc ſupereſt, ut oſtendat quod nõ ſit iraſcẽdum quin iuſte iraſcatur. Non tu ibi gnatum? Apoſiopeſis uel eclypſis, deeſt inuaſiſti, obiurgaſti, adortus es. Ad obiurgandum, incuſandum, inclamãdum. Tu te his rebus finem, modo non addit diceret. Prope adeſt cum alieno more, prope adſunt nuptiæ, in ꝓximo ſunt meætæ libertatis, & ideo auidius uoluptaria ſub finem capienda ſunt. Quũ alieno more, quũ pro quo, hoc eñ ſignificat quum. Sine nunc. m. me. u. in. modo. meo modo, mea uoluptate, meo arbitrio. Quis igitur. r. eſt. o. ſ. mire obiurgandi tanquã incenſus pater in filiũ uideretur. nam ſupra cõmotus plus per apoſiopeſim ſignificauerat. Si propter amo. u. n. hoc erat ſecundum in diuiſione, & conſiliũ meum cognoſces. Si propter. a. u. n. Initium cõſilij ſui demõſtrãdi. Nolit, legitur & nolet. Ea primũ ab illo. a. i. eſt caſtiganda uindicanda eſt ab illo iniuria, quã facit, non quã patitur, ea primũ animaduertenda iniuria, ut iam ſit peccatũ, quod recuſat nuptias, nõ quod peccat adoleſcens, ideo ergo primũ dixit animaduerrtẽda iniuria eſt, uincanda, exequẽda eſt, & bene ea ab illo dixit iniuria, certiſſimã enim notat perſonam quæ debeat ꝓ iniurijs pœnas ſoluere, quod ſi dixiſſet iniuria eius amphibologiã feciſſet, utrum quã paſſus eſt ab illo, an quam ipſe alijs intulit. Et nunc id operam do. u. p. ſ. n. hic reddit quod dixerat conſiliũ meum cognoſces. Id. ſ. ꝓpter id. Vera obiurgandi, anthiteton, quia falſas dixit intulit uera. Manibus pedibusq́;, prouerbiale. i. omnibus membris. Obnixe omnia. cum conatu inſtanter contra conantem. Magis id adeo, id propter id. Mihi ut incõ. noceat, incõmodum afferat. Magis id adeo mihi ut incõ. non inquit ꝓdeſt filio amare meretricem. Quapropter? mire. Soſia interrogat quaſi nulla cauſa ſit fallendi dominũ. Mala mens. m. a. argumentũ à natura. & an aliquis ſine cauſa malus, an ab impulſione. Mala. m. m. quia dixit magis ut lædat quàm ut proſit. Sed quid opus eſt uer. ἀποσιώπησισ eſt, grauiſſimã pœnam oſtendentis. Qui mihi exo. legitur & expugnandus.

dus,ſi expurgandus,lege cui non,qui,quia cui pro qui ueteres ſcripſere. Et ſpero confore, confieri, perfici, unde confectum negotium dicitur, uel confecta res quæ ad plenum perficittur. Virg. Nunc qua ratione qđ inſtat cōfieri. p. p.a.d. Nūc.t.eſt.of.hoc ad illud tertium reſpicit, quod dixit, & qđ facere in hac re te uelim. Has bene ut.a.n.perterre.da.hoc erat tertium de his quę dicturum ſe promiſerat. Aſſimules hoc eſt uerū uerbum aſſimules quod dixit, quin tu uno uerbo dic quid eſt quod me uelis. Perterrefacias Dauum, uenuſte & poetice. Obſerues filium. obſeruatio in duabus rebus eſt, in obſequio & ſpeculando. Curabo, ut coquus & ſupra ſic, nempe ut curentur recte hæc. I præ figura ἀναςροφή quod nos præi dicimus.

ACTVS PRIMI

SCENA SECVNDA.

Partim ſenarij, partim quadrati, dimeter unus.

SIMO SENEX. DAVVS SERVVS.

NOn dubium eſt, quin uxorē nolit filius.
Ita Dauū modo timere ſenſi, ubi nuptias
Futuras eſſe audiuit. ſed ipſe exit foras.
Da. Mirabar hoc ſi ſic abiret, & heri ſemper lenitas.

Spargitur res in perſonas, & inſtitutū conſilium exequitur

Verebar quorſum euaderet.
Qui poſtquam audierat non datum iri filio uxorem ſuo,
Nunquam cuiquā noſtrum uerbū fecit, neq; id ægere tulit.
S. At nunc faciet, neq;, ut opinor ſine tuo magno malo.
D. Id uoluit, nos ſic nec opinanteis duci falſo gaudio.
Speranteis iam amoto metu, interea oſcitantes opprimi,

Ne eſſet

Ne eſſet ſpacium cogitandi, ad diſturbandas nuptias.

Aſtute. S. Carnifex quæ loquitur? D. herus eſt, neq; prævideram.

S. Daue. D. hem, quid eſt? S. eho dũ ad me. D. q̃d hic uolt? S. quid ais? D. qua de re? S. rogas?

Meum gnatũ rumor eſt amare. D. Id populus curat ſcilicet

S. Hoccine agis, an non? D. Ego uero iſtuc. S. ſed nunc ea me exquirere

Iniqui patris eſt: nã quod ante hac fecit, nihil ad me adtinet,

Dum tempus ad eam rem tulit, ſiui animũ ut expleret ſuũ,

Nunc hæc dies aliam uitam adfert, alios mores poſtulat

Dehinc poſtulo, & ſi æquum eſt, te oro Daue, ut redeat iam in uiam.

D. Hoc quid ſit. S. Omnes qui amãt, grauiter ſibi dari uxorem ferunt.

D. Ita aiunt. S. Tum ſi quis magiſtrũ cepit ad eam rem improbum.

Ipſum animum ægrotum ad deteriorem partem plerumq; applicat.

D. Non hercle intelligo. S. non? hem. D. non, Dauus ſum, non Oedipus

S. Nempe ergo aperte uis, quæ reſtant me loqui. D. ſanè quidem.

Si. Si

Si. Si ſenſero hodie quicquam in his te nuptijs
Fallaciæ conari, quo fiant minus.
Aut uelle in ea re oſtendere quàm ſis callidus,
Verberibus cæſum te in piſtrinũ Daue dedam uſq; ad necẽ
Ea lege atq; omine, ut ſi te inde exemerim ego pro te molã
Quid hoc intellextin? an nondum etiam ne hoc quidem?
D. Immo callide,
Ita aperte ipſam rem modo locutus, nihil circuitiõe uſus es.
S. Vbi uis facilius paſſum ſim, quàm in hac re me deludier
D. Bona uerba quæſo. S. Irrides? nihil me fallis, ſed dico tibi,
Ne temere facias, neq; tu hoc dicas tibi nõ prędictum caue.

NOn dubium quin uxorem nolit filius. Narratiõe iam habita, perſona Soſię nõ erat neceſſaria, ergo ſubſiſtit ſenex per quem agẽda ſunt reliqua. Non dubiũ quin filius, ad hoc certus inducitur Simo ut magis perturbetur inopinata cõſenſione Pamphili, ad ducẽdam uxorem, & pręterea nihil agat cum Chremete de tradenda filia, cõfirmandiſq; nuptijs. Ita modo Dauũ timere ſenſi, non receſſit de loco Senex, ſenſi ergo antequam cum Soſia loqui cœpiſſet. Ita modo Dauum timere ſenſi, argumentum quod ſupra ab eo quod noſtri faciunt. Modo, antequã cum Soſia loqui cœpiſſet Simo & Dauus, num recte ſcribitur, Dauos ſcribendum, quod nulla literæ uocalis geminata unam ſyllabam facit, ſed quia ambiguitas uitanda eſt nominatiui ſingularis & accuſatiui pluralis neceſſarie, ꝑ hac regula digamon utimur, & ſcribimus Dauus, ſeruus, coruus. Mirabar, h. ſi ſic abi. & heri ſemꝑ lenitas, uerebar. hic locus eſt, in quo Dauus inſinuatur ſpectaturus, & multa geſturus. Si ſic abiret. ſic, ꝑ leniter & negligenter, qđ greci * dicunt ſignificat. * *
.i. ſi ſic, & eſt de his quæ adiuuanda geſtu ſunt, ut tantillũ puerum, *
& huius non faciam. Lenitas, clementia, facilitas, cui contraria aſperi-

* tas & difficultas .Et heri.ſ.uerebar.an ſemper lenitas ut ſit. * Lucretius ſemper florentis Homeri. Semper lenitas,ac in hoc ſimulata uſq; nunc lenitas,nam nemo in diuerſis actibus ſemper lenis eſt,niſi forte fictus aſſimulator, & callidus. Semp lenitas, ſine differentia, eſt importuna lenitas. Quorſum euaderet,ad quã partem erũperet,& euadere eſt per quãcunq; difficultatẽ ad aliquid peruenire. Verbum fecit,non dixit litigium,aut rixam,ſed uerbum,iſtæ exiguitates aſſeuerati õ es dicuntur, & cum pronunciatione, ut intelligatur nec uerbum quidem. Neq; id ægre tulit,hoc eſt ſemper lenitas. At nunc faciet,ſubaudiendum uerbum,& eſt faciet perſona tertia pro prima. At nunc fa.iraſcetur,denũciabit,loquetur. Neq; ut.o.ſ.t.m.m.i.cõminabitur tibi, & minas cõtemnes ut ad pœnas peruenias .Id uoluit, aut abſolute accipiendum id, aut id fit quomodo ſic demonſtratio eſt,ut magis geſtu quã ſenſu intelligatur,ut ſupra diximus. Nec opinantes duci, ducere eſt expectatione longi temporis malũ prolatari,uel induci ut feras in retia. Falſo gau.uelut ex ira & ſenis iracundia. Sperantes iam.a.m.iſta ſingula ſunt,& amoto metu,ſic dixit quaſi metus corpus brutũ ſit, quo cum molimine mouetur. Oſcitatio eſt animi ociũ & ſecuritas dicta ab ore ciendo.i.cõmouendo. Oſcitantes,ſecuri,uel nihil prouidentes. Ne.e.ſ.ad.d.n.mirãda locutio,ut ſi dicas cogitat ad dicendũ. Aſtute,hoc & geſtu & uultu ſeruili & cum agitatione capitis dixit. Carnifex, aut carnificans dominũ, aut ipſe dignus carnifice,ut caro fiat.i.lanietur. Lucil. Carcer uix car.dignus. Neq; præuideram, præuidentia duplex eſt, aut enim animo , aut oculis præuidemus. Hem.nunc quaſi cõceptio totius corporis. Ehodũ, nutus eſt intentionem animaduerſionẽq; depoſcens eius cum quo uult loqui. Ehodum, dum parelcon eſt hoc loco. Quid hic uult,more ſeruili & à uernali geſtu.ſic enim uocati à dominis ſerui uultuoſe agunt. Qua de re? negãtis uim habet hæc interrogatio,plus eſt eñ qua de re, quã nihil. Rogas,hoc cum interrogatione indignãtis. Meum gnatum rumor eſt amare,mire apud ſeruũ diſſimulat, id quod iam probauit. Meũ gnatum rumor eſt amare,grauiter cõſtanterq; ſenex nondum ſe fatetur credere,nec uerum ſcire,ne amittat uim uindicaturi ſi reſcierit. Id populus curat.ſ. quia rumigeratio populi eſt, ſic hoc auerſus ab illo contumaciter,ſic Virg. Scilicet is ſuperis labor eſt,ſcilicet ſemper cum ironia ponitur. Hoccine agis, agis.i.audis,alibi ſic hoc age amâbo. Plaut. Vos hoc agite ſpectatores, non ſumitur demõſtratiue ueluti aurem ſuam tangẽs Ego uero iſtuc. deeſt ago uel audio. Iniqui patris eſt. Iniqui eſt ſi nunc uelim quærere actus liberos adoleſcentis. Nam quod antehac fecit,ꝓ ante hæc,conſuetudine magis quã ratione dicitur. Nihil ad me attinet, id agit ut conſiliũ ſe ſeruare oſtendat. Dum tempus ad eam rem tulit,deeſt ſe. ut ſit dum tempus ſe præbuit , quia ſupra dixit , tu te his rebus finem præſcripſiſti pater. Ad eam rem tulit,abſolute, & deeſt ſe. Siui animũ ut expleret ſuum,mira ratio cur ſiuerit,ut & hoc quod permiſit ad bonam

frugem

frugem permiſerit, nō ad luxuriam. Siui autem diſtingue. eſt autem ſiui modo pmiſi, ceſſaui, ſiui antique. Aliter in Adelphis. Nō ſiuit egeſtas facere hoc nos. Nunc hic dies alios mores poſtulat, hoc eſt recte & ſeuere, & inexorabiliter denunciat. Aliam uitam. pro diuerſam & contrariā, ſic Vir. dijs aliter uiſum eſt. Dehinc poſtulo, ſiue æquū eſt, te oro Daue, grauius illud fecit nomine appellando. Vt redeat iam in uiam. Iam modo tarditatis eſt ſignū, & in uiā dixit, quaſi exinde ſus ſit erroris ad rectam uiam. Vt redeat iam in uiā, puerbiale. Hoc quid ſit, deeſt em̄ quæris. Ita aiunt, hæc & loquūtur uniuerſi, & eſt tepida conſenſio, & quaſi inuiti reſponſio, ut in Heautōtimorumenon. Ita credo monente patre filium. Tum ſiquis magiſtrum, metaphoricos, an quia ex pędagogo eſt Getha. Ad rem. i. ſuper eam rem, hoc eſt ſuper amorē. Ipſum animū ægrotum, pro ægro, nam animus æger. corpus ægrotū. Non hem, interiectio eſt iraſcentis. Dauus. ſ. n. œ. multiplex contumelia. poteſt em̄ ſenē quaſi ſphingam dixiſſe. i. deformē monſtriq; ſimilem, poteſt etiam inhumanum & ferum dicere ut ſphinx, poteſt etiā per Oedipum ſe ultorē, pmittere futurum atq; oppreſſorem ſapientię ſenis. Dauus. ſ. n. œ. facere ſe negauit Oedipum ut ſenē ſpingem eſſe cōfirmet non œdipum. Imitationum duo ſunt genera, quandā neceſſitas, quandam introducit uolūtas. Nō. œ. ſi latine pronūcies genitiuus Oedipi faciet, ſi græce Oedipodis. Sane quidem, ſane ualide, quia qui ſanus eſt ualidus eſt. Si ſenſero. h q. cōminatio, & ſic pronunciatio, ut ſingulis uerbis ardeat. mire hodie, nam ad tēpus non plenū, ſed ad comminationē refertut, ut Virg. Omes hodie moriemur inulti, & dies pro nocte accipit, ut hoc ipſum. Nunquā hodie. m. in. Quo. f. m. quominus, hoc eſt quo impeditius. Verberibus te. c. i. p. d. uult & pnomine & nomine exagitare cōminatione ſeruum. ne quid relinquat inultum iracūdiæ. Dedam. dare eſt quod repetas, dedere eſt ad perpetuū, damus & amicis, dedimus tantū hoſtibus. Ea lege a. o. lege ad homines, omine ad rem diuinā refertur. i. firmamentū per humana & diuina. Omen autem eſt quidquid ore dicitur. Ea lege. a. o. bene lege atq; omine, quia leges auſpicijs ſeruatis ferebantur, ergo ſic intellige, quaſi dixerit ea cōditione, & antiqui auſpicato oīa faciebāt quæ rata uellent. An nondum etiam, quartū parelcon, quia abūdat etiā Ipſam rem. m. ipſam rem. i. uoluntatem tuam, aut interminationem tuā hoc eſt piſtrinum & pœnas ſeruiles. Nil circuitione. nil pro non. Circuitione, periphraſi. Vſus es, legitur & uſor es. Vbi uis facilius. admonitio. Vbi. u. f, p. ſ. Cic. non hac cauſſa locus peccandi. Bona. u. q. hic. * *

q. d. meliora loquere. Rogo te ergo cum admonitione, bona uerba inquit rogo. Nil me. f. non te ignoro. non me decipis, ſic Menāder, ὀυδὲν με λανθάνεις, Nil me fallis figura. * *

Fallis lates, ut ſit ὀυδὲν με λανθάνεις. Nil me. f. nil pro etiam nūc. Neq; h. t. d. t. n. præ. duæ negatiuę faciunt unam conſentiuā, tres negatiue pro

una negatiua accipiuntur. ut hic neq; haud nõ. Salu. Haud impigre neq; inultus occiditur. Vera ergo lectio eſt, neq; haud tu dicas quod plurimi non intelligunt, hoc dicas legũt. Neq; haud tu dicas, tibi nõ prædictũ, uera lectio. Neq; haud dicas, eſt quintum παρέλκον, Plaut. in Bacchidibus. Neq; hoc ſubditiua gloria oppidum arbitror.

ACTVS PRIMI

SCENA TERTIA.

Partim octonarij, partim ſenarij.

DAVVS SERVVS.

Conſultatio Daui filiũ ne adiutet an ſeni auſcultet.

ENimuero Daue, nihil loci eſt ſegnitię neque ſocordiæ
Quantum intellexi modo ſenis ſententiam de nuptijs.
Quæ ſi non aſtu prouidentur, me aut herum peſſundabunt.
Nec quid agam, certum eſt. Pamphilum ne adiutem, an auſcultem ſeni.
Si illum relinquo, eius uitæ timeo, ſin opitulor, huius minas,
Cui uerba dare difficile eſt: primũ iam de amore hoc cõperit
Me infenſus ſeruat, ne quam faciam in nuptijs fallaciam,
Si ſenſerit, perij, aut ſi libitum fuerit, cauſſam ceperit,
Quo iure, quaq; iniuria pręcipitem me in piſtrinum dabit.
Ad hæc mala hoc mihi adcedit etiam, hæc Andria.

Siue

Siue iſta uxor, ſiue amica'ſt, grauida è Pamphilo'ſt,
Audireq́ꝫ eorum eſt operæ pretium audaciam:
Nam inceptio'ſt amentium, haud amantium,
Quicquid peperiſſet, decreuerunt tollere.
Et fingunt quandam inter ſe nunc fallaciam,
Ciuem Atticam eſſe hanc: fuit olim quidam ſenex
Mercator, nauem is fregit apud Andrum inſulam,
Is obijt mortem, ibi tum hanc eiectam Chryſidis
Patrem recepiſſe orbam, paruam, fabulæ,
Mihi quidem hercle non fit ueriſimile,
Atqꝫ ipſis commentum placet.
Sed Myſis ab ea egreditur, at ego hinc me ad forum, ut
Conueniam Pamphilum, ne de hac re pater imprudentem
opprimat.

ENimuero Daue. Hic breuis & comica delibera-tio eſt, magna expectatiõe plurimarũ rerum imi-nentium cõmotiua, excitantis Daui conſideratio-nem propoſitam. Enimuero Daue, oĩs pſona aut ab altero cõmendaẽ, aut ſeipſam populo cõ-mẽdat, ut hic Daui, & p Simonẽ ſupra deſcripta eſt, ubi dicit, Mala mens, malus animus, & hic p ſe, dum hoc geſtu ac ſermone agit, ac diſputat ſe-cum. Enimuero Daue, ſignificationẽ habet nimi-am permoti atqꝫ irati animi. Cic. Hic cum alijs ex alia parte enimuero fe-rendum eſt. u. m. Segnitiæ, ad agendum. Socordiæ, ad conſiderãdum. Quantum modo. quãtum, pro inquantũ. Quæ ſi nõ aſtu. p. prouiſio re-rum duas ſignificationes habet. Prouidemus eñ nobis tam bonũ, quã malum. Malum, ſicut quis eminus ueniens telum ꝓuidit atqꝫ cauerit. ergo hic prouidentur, cauentur, uitantur, & nuptias uelut undam naui-gio iminentem fecit, quod ſi quis nõ undam, ſed ex aduerſo uenientem

proram exceperit, demerſus undis peſſundabit, eſt ergo metaphora. Me aut herum. herum hic herilem filium. Pamphilum ne adiutem, an auſcultem ſeni, ſemper deliberatiua uerba habent quẽdam ſonum, per quem exitus rei demonſtratur, ut hic oſtendit ſe Pamphilũ magis adiuturum, quã uerbis ſenis obtemperaturũ. Si illum relinquo, eius uitæ timeo, partium tractatus quæ ſupra ſunt. Pamphilum ne adiutem an auſcultẽ ſeni, Vitæ eius timeo, ut alibi. Syre tibi timui male. Sin opitulor, opem ferre dicitur in malis rebus, & hijs qui de ſalute dubij ſunt, ut fer opem, ſerua me obſecro. Opitulor & opitulatio dicta ab opem tollendo, hoc eſt ferendo. Huius minas ſubauditur timeo. Cui u.d.f. uerba dare fallacia eſt, ad illud ſpectat. Nihil me fallis. Difficile eſt. non dicit impoſſibile eſt, ergo oſtendit patrem eſſe qui quęrit pro Pamphilo. Primũ iam de amore hoc comperit, primo inquit iam infenſus eſt ſenex, deinde à Pamphilo grauidam eſſe Glyceriũ. Primũ iam, eſt. n. ἀναστροφὴ pro iam primũ. De amore hoc cõ. hoc amore, ſic quaſi cum tædio & reprehenſione eius amoris loquatur. Me infenſus ob.ſ. de amore filij ſenex me ſeruat, & reuera timẽdus eſt. Ne quã faciã in nup. fal. hoc ad illđ ſpectat. tum ſiquis magiſtrũ ad eam rem improbũ ipſum animũ ægrotum. Quo iure. q. prouerbiale hoc eſt, quæ ſunt fas & nefas. nolis uelis Ad hoc, ipſa re maior eſt difficultas, quia grauidam Glycerium ſeruat. Siue iſta.u.ſ.a. eſt, & hoc cum quodam tædio & indignatione ſtomachi interrumpit. Audireq́ eſt. o.p.a. operæpretium, dicitur de mirificis & laudabilibus. nam & ea quæ magna ſunt, etiã ſi mala, tamen miramur quia libenter audiamus, & hoc precium eſt operæ, i. audiendi. Et audaciam proprie dixit, ut in Eunucho. Audaciã meretricũ ſpecta. Nam inceptio eſt. a.h. amabant ueteres de proximo ſimilia dicere. Cic. Minus charũ putauit fore, de armario, quã quod de ſacrario fuiſſet ablatum. Quædam in uerbis ſunt, quæ pomœa dicuntur in nominibus. Quicqđ peperiſſet. maiorem repræhenſionem ſonat quicquid peperiſſet, parit eñ aut maſculum, aut fœminã, & ſolet iuſtior eſſe cauſſa tollendi, ſi marem uxor peperit, ſed nimij amoris eſt non expectare quid tollas. Decreuerunt tollere, decernere eſſe de magnis rebus certã ꝓferre ſententiam, unde etiam ſenatus decretum. Et fingunt etiã quandam. argumenti partem narrat, & non credit eſſe quæ dicit, ut ſuperſit locus errori, & fallaciam quandam, ne ueriſimilis ſit ipſa fallacia totius contentionis & uilitatis. Fuit olim quidam ſenex. ab exegematico ad mimeticũ tranſit. Is obijt mortem. plene dixit, quod nos obijt tantũ. Virg. Morte obita. Chryſidis patrem. fama eſt recepiſſe orbam paruã prædixit. ut ſit uerũ non poſſe eam facile ſuos agnoſcere. Fabulæ, redit ad narrationẽ. Atq; ipſis commentũ placet. atq; pro tamen, ut ſit, tamen commentũ placet, quod cõminiſcuntur probant. Sed.m.a.&c. paraſceue alterius ſcenæ. Myſis, ſemper nomina comicorũ ſeruorum aut à nationibus ſunt indi-

ta,

ta, ut Myſis, Syrus, aut ex accidētibus, ut Lesbia, uelut ebrioſa à Lesbo inſula, quæ ferax eſt ſuauiſſimi cādidiſſimiq́ꝫ uini, aut à moribus & uernilitate, ut Pſeudulus, aut ex negotio, ut Chryſalus, aut ex qualitate corporis ut Chilachus, aut ex ſpe formę ut Pinaciū. Ego hinc me ad forum. nihil adhuc Dauus inuenit cōſilij, niſi ut quærat Pamphilum moneatq́ꝫ Ego hinc me ad forum, uultuoſe hoc pronunciatur, ut deſit pergam, aut ducam me.

ACTVS PRIMI
SCENA QVARTA.

Octonarij omnes,

MYSIS ANCILLA.

AVdiui Archillis, iamdudum Lesbiam adduci iubes.
Sanè pol illa temulenta'ſt mulier, & temeraria.
Nec ſatis digna, cui committas primo partu mulierem:
Tamen eam adducam. Importunitatem ſpectate aniculæ,
Quia compotrix eius eſt. Dij date facultatem obſecro
Huic pariundi, atq́ꝫ illi in alijs potius peccandi locum.
Sed quidnam Pamphilum exanimatum uideo? uereor quid ſiet.
Opperiar, ut ſciam nunc, quid nam hæc turba triſtitiæ adferat.

Audiui

AVdiui Archillis iam. Hæ ſunt inuentiones poeticæ, ut facetiæ aliquid addant. Nam œconomia, ut accerſatur obſtetrix, & conueniatur Pamphilus, facetia ſcribentis in his uerbis eſt, quod Archillis cõpotricẽ potiſſimũ adduci iubet, & fingitur. Audiui Archillis iam. frequẽter hoc modo Teren. compendiũ facit, ut egrediens loquatur perſona de eo quod eſt geſtura, & ſimul doceat quid ab altera geſtum ſit. Audiui Archillis iamdudum, utrum iamdiu audiui, an iamdiu iubes, incerta diſtinctio. & ſunt qui iamdudum, iamprimũ intelligant, ut iam dudum ſumite pœnas. Sane pol. ſane multũ, aliàs ualide. nanq; ualidus eſt qui multum rerum neceſſariarũ habet ad ſalutem. Temulenta, producit primã ſyllabam te. Temulẽta, uinolenta, hoc eſt ebrioſa, quia temetum uinum dicitur. unde abſtemius, ſobrius, dictum autem temetũ ab eo, quia tenet mentem. Temulenta uino. Temeraria natura. Nec ſa. d.c.&c. bene in concluſione illa ſpecialiter ꝓbauit dicendo non idoneã cui cõmittatur primus partus mulieris, ſed mire, ſignateq; dixit cõmittas. Etenim cõmittimus magna, & quæ ſalutẽ in dubio habent. Nec ſatis digna cui cõmittas primo. duas res, nec parientẽ, nec primo partu. figura eclypſis ut Virg. Non me tibi. Troia externũ tulit & domus Aeneæ. c. in. ſ. Tamẽ adducam. redit ad illud, quia ui coacta eſt. Importunitatem. ſ. Importunitas neq; loci neq; tẽporis habet cõmoditatem. Aniculæ Archillis. ſ. Quia cõpotrix, in uultu remãſit oratio. deeſt enim per figurã ἀποσιώπησιν, ideo illam uult accerſiri. In alijs po. pec. lo. utrũ in alijs mulieribus, an in alijs rebus. Sed quidnã Pã. ex. ui. exanimatus, eſt perturbatus. Virg. Exanimata ſequens impingeret agmina muris. Exanimus mortuus. Idem, Exanimũq; auro corpus uendebat Achilles. Vereor quid ſit. quid ob id, ꝓpter quid ſit exanimatus. aut aliter, quid ſit. i. quid ſit negocij. Sed quidnã Pamphilũ, quid, pro quare. ut quid ueniat, nam deeſſe poteſt, ut ſit quidnam, hoc comicũ eſt & Terentianum cum exceptis num & nam ſufficere ad interrogationẽ potuiſſet quid.

ACTVS PRIMI

SCENA QVINTA.

Quadrati partim, Trimetri nonnulli, monometer unus, & dimeter alter.

PAMPHI-

PAMPHILVS ADOLESCENS.
MYSIS ANCILLA.

HOccine eſt humanum factum, aut inceptum? hoccine officium patris?

Querela Pamphili. A patris perſona.

M. Quid illud eſt? P. Proh deûm atq; hominum fidem, quid eſt, ſi non hæc cõtumelia eſt?
Vxorem decrerat ſeſe dare mihi hodie, nonne oportuit
Præſciſſe me ante? nonne prius communicatum oportuit?
M. Miſeram me, quod uerbum audio? P. Quid Chremes?
Qui denegarat ſe commiſſurum mihi
Gnatam ſuam uxorem, id mutauit, quoniam me immutatum uidet.
Ita ne obſtinate operam dat, ut me à Glycerio miſerum abſtrahat?

A Chremetis perſona.

Quodſi fit, pereo funditus

Exaggeratur indignitas.

Adeon' hominem eſſe inuenuſtum, aut infelicem quenquam, ut ego ſum?
Proh Deûm atq; hominum fidem, nullon' ego
Chremetis pacto adfinitatem effugere potero? quot modis
Contemptus, ſpretus, facta, tranſacta omnia? hem
Repudiatus repetor, quamobrem? niſi ſi id eſt, quod ſuſpicor.

Aliquid monſtri alunt: ea quoniam nemini obtrudi poteſt,
Itur ad me. M. Oratio hæc me miſeram exanimauit metu.
P. Nam quid ego nunc dicam de patre? ah
Tantamne rem tam negligenter agere? præteriens modo
Mihi apud forum, uxor tibi ducenda'ſt Pamphile hodie, inquit, para.
Abi domũ, id mihi uiſus'ſt dicere, abi cito, & ſuſpende te.
Obſtupui, cenſen' ullum me uerbum potuiſſe proloqui?
Aut ullam cauſſam, ineptam ſaltem, falſam, iniquam? obmutui.
Quod ſi ego reſciſſem id prius, quid facerem, ſi quis nunc me roget?
Aliquid facerem, ut hoc ne facerem. ſed nunc quid primum exequar?

Conſultatio ſequitur querelam. Fingit em̃ cordatũ adoleſcentem.

Tot me impediunt curæ, quæ meũ animũ diuerſe trahunt:
Amor, miſericordia huius, nuptiarum ſolicitatio,
Tum patris pudor, qui me tam leni paſſus eſt animo uſque adhuc
Quæ meo cunq; animo libitum'ſt facere. Ei ne ego ut aduerſer? hei mihi
Incertum'ſt, quid agam? M. Miſera timeo, hoc incertum quorſum adcidat.
Sed nunc peropu'ſt, aut hunc cum ipſa, aut me aliquid de

illa aduerſum hunc loqui.
Dum in dubio'ſt animus, paulo momento huc, illuc impellitur.
P. Quis hic loquitur? My. Salue. M. ò ſalue Pamphile. P. Quid agitur? M. Rogas?
Laborat è dolore, atque ex hoc miſera ſolicita'ſt, diem
Quia olim in hunc ſunt conſtitutæ nuptiæ, tum autem hoc timet,
Ne deſeras ſe. P. hem, ego ne iſtuc conari queam?
Ego propter me illam decipi miſeram ſinam,
Quæ mihi ſuum animum, atque omnem uitam credidit,
Quam ego animo egregie charam pro uxore habuerim?
Bene, & pudice eius doctum, atque eductum ſinam
Coactum egeſtate ingenium immutarier?
Non faciam. M. Haud uereor, ſi in te ſolo ſit ſitum:
Sed uim ut queas ferre. P. Adeon' me ignauum putas?
Adeon' porrò ingratum, aut inhumanum, aut ferum,
Vt neque me conſuetudo, neque amor, neque pudor
Commoueat, neque commoneat, ut ſeruem fidem?
M. Vnum hoc ſcio, hanc meritã eſſe, ut memor eſſes ſui.
P. Memor eſſem? ò Myſis Myſis, etiam nunc mihi
Scripta illa dicta ſunt in animo Chryſidis
De Glycerio: iam fermè moriens me uocat,

Cõfirmatio ab honeſto, & totus locus mire eſt παθητικός.

Adceſſi,uos ſemotæ,nos ſoli,incipit:
Mi Pamphile,huius formam atq; ætatem uides,
Nec clam te'ſt,quàm illi utræq; res inutiles,
Et ad pudicitiam,& ad tutandam rem,ſient.
Quod ego per hanc te dextram oro,& genium tuum,
Per tuam fidem,perq; huius ſolitudinem
Te obteſtur,ne abs te hanc ſegreges,neu deſeras,
Si te in germani fratris dilexi loco,
Siue hæc te ſolum ſemper fecit maximi,
Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus:
Te iſti uirum do,amicum,tutorem,patrem:
Bona noſtra hæc tibi committo,& tuæ mando fidei.
Hanc in manum dat,mors continuo ipſam occupat.
Accepi,acceptam ſeruabo.M.ita ſpero quidem.
P.Sed cur tu abis ab illa'?M.obſtetricē adcerſo.P.propere,
Atq; audin'?uerbum unum caue de nuptijs.
Ne ad morbum hoc etiam.M.teneo.

HOccine eſt humanū factum,aut incœptum.Hic inducitur adoleſcentis animus circa nuptias, ut ex magnitudine eius ingens gaudiū comparetur,in fine fabulæ cognita Gly. & ſimul id agitur ut magis magiſq; per Myſidem Pam,excitetur ad reſpondendum patri nuptias inducēcenti. Hoccine eſt.h.f.a.i.ab iracundia & dolore cœpit.Iracundia deſcēdit ex iniuria,dolor ex miſeria. Hoccine ne eſt.h.f.&c. quaſi deliberatio eſt,in qua duæ partes ſunt una patris,& altera amicæ pſuaſoriæ Myſis,principium ab inuentione,in qua primo ut hominē accuſet,deinde
ut

utpatrem. Hoccine eſt.h.f.hoc eſt dilatare oratione͂, ne diceret quid fe- cit, & eſt peruerſa αὔξησις à maioribus deſcendens ad minora per amplificationem accuſationis. Factum aut incœ.in aliis factũ incœptu fuit. Hoccine eſt officiũ ab efficiendo, ab eo quod quæritur, qd efficere in counũquemq; conueniat pro conditione perſonæ. Quid eſt ſi.h.cõ.nõ eſt.hæc ſi dicimus de his qui neceſſario ſunt hoc eſt qd dicimus. Si hæc cõ.non eſt hoc cum ſtomacho dictum, quaſi aliquo contradicente non eſſe contumeliam Ci.Quid eſt quæſo Metelle his, ſi hoc non eſt. Vxore͂ d.ſ.ſ.decernere eſt de magnis certam proferre ſententiã. Vxore͂ decre- uit propoſitio iniuriæ.Nõne.o.oportuiſſe ad patrem refert, nam nec ſic conſentiret ad nuptias, ſed fac me uelle. Nõne o.p.me ante, dolet aut ſe ſpacium non habuiſſe conſilio. Nõne.o.o. quã de ſtomacho repetitum eſt oportuit, & de more præſciſſe me ante.præſciſſe proprie ad eum re- fertur, hoc eſt ad Pam. Cõmunicatum, quod neq; huius proprium eſt, neq; illius, & ante abundat, aut certe præ cum ſufficiat ſciſſe. Cõmuni- catum, quia nuptiarũ non omis poteſtas in patre eſt. Quod uerbum au dio.uerbum more ſuo poſuit.i.uxore͂ dare, quod ait. Quid Chremes? tranſit à patre, nunc ad ſocerũ redit, id quod non ad Chre. ſed ad illum tranſeuntis dicitur, & non conſiderãtis quid dicat. Quid Chr.iraſcitur patri quod cogat Chre. quod non neget uxore͂.Nonne.d.nõ odio habe- ri, non repudiari.Quid Chr.quod non latuerat Pam. repudiaſſe Chre. unde & Dauus ait, qui poſtea quã auditum fuerat non datũ iri filio uxo rem.Id mutauit, nonnè dixit, id e͂m obdenegarat. Commiſſurum mihi gnatã uxorem.parauerat nuptias. & Chremete͂ mutare ſententiã.Id mu tauit qm̄. nam quotiens uerba ſunt, dicit quotie͂s noĩa. Itane obſtinate, obſtinate facere eſt aliquid in alterius malũ cum conatu perſeuerãter, & in alterius perniciem nimis niti. Vt me à Glycerio miſerũ abſtrahat magna ui uerbi & proprietate uſus eſt, unde illud eſt. Iphitus & Pelias mecum diuellimur inde. Abſtrahat, magna indignatione uſus eſt, tanq̃ Chremes non tã filiæ conſultũ uelit, quã leſum Pam.Proh.d.at.h.f.quã ferueat indignatione hinc aſpice, quod frequenter exclamat, Proh Deũ atq; hominũ fidem, alia exclamatio eſt aduerſum ſocerũ. Adeón ho.eſſe nemine͂ putat eſſe in genere humano ita infœlicem, ut ſe, quod eſt cõmu ne omniũ qui in aliquo mœrore conſiſtunt, itaq; non ſe, ſed conditione͂ humanam dolet, & iraſcitur natum eſſe quenquã qui poſſit eſſe tam miſer, ut ipſe eſt, ac per hoc adeo ſe homine͂ eſſe fœlicem, amatoris amore nominato exiliuit in gemitus. Sic Vir. Aut ſi lux alma receſſit, Hector ubi eſt. Inuenuſtum, aut infœlicem quenq̃, inuenuſtus eſt ſine uenere.i.ſine gratia, quem omnes reſpuant repudientq; pulchræ, & que͂ deformes appetant. Inuenuſtum aut infœlicem, inuenuſtus cui diſplicens obiicit, infœlix cui placens negatur. Aut infœlicem quenquã ut ego ſum, adeo ſe miſerum dicit, quia ſibi repudiare nõ licet, ut propter ſe doleat huma

num genus in quo ſit aliquis tam miſer, ut heu cadit in quenquā tantum ſcelus. Vt ego ſum ἀνακόλουθον eſt ut, quàm enim inferre debuit, nō ut. Effugere in totū fugere. Quot, modis.f.c.ſi Chr. ſpretus intelligeremus Pam. dicere. quia operam dederit ut ſe repudiaret Chre. ut ſupra dixit, mutauit, quia me immutatū uidet. Quod modis ſpretus contemptus. Chre. an Pam. Facta tranſacta omīa, ꝓuerbiale eſt in id negocij, de quo nihil ſupſit ad agendum. Facta autem à Pamphilo, Tranſacta etiam à Chre. Repetor repudiatus, quaſi hæc iniuria ſit repudiare & repetere, & tale eſt in Eunucho. Excluſit reuocat. Niſi id quod ſuſpicor coniectu rale argumentū. Aliquid monſtri alunt. Duplex contumelia, & mōſtri & aliquid, minus enim eſſet aliquid monſtrū. ſic alibi. Quid hominis uxorem habes? & mutauit genus dicendo ea. qm̄ fœmina eſt. ſic in Eunucho, Taces monſtrum hominis? non ducturus es? Aliquid m.a.ea, dum monſtrum dixit, ea ſubiunxit. tanquā non uerbis, ſed ſentētiæ ſer uiens. Ea qm̄ nemini obtrudi, mire obtrudi quaſi inuito, & totum cum iracundia. Obtrudi, infringi, impingi. Itur ad me, dotem amator nō co gitat, & ad utilitatē trahit quod ultro uenit, & qđ ſe repetit Chremes. Itur ad me, quaſi ad hoſtē. Plau. in Pſeudulo. Itur ad me. & Virg. Simul enſe relicto Ibat in Euryalum prope. Oratio me miſerā exa. etiam pau ca uerba ueteres orationē dicebant, Nam quid ego dicam. d.p. redit ad patrem, in quo noue hoc accuſat negligenter eum agere quod uoluit fie ri. Tantam ne rem tam negligenter ſummā nati ac nuptias. Præteriens modo. hic oſtendit ſpecialiter quid peccauerit pater. Præteriens modo apud forum, undiq; conflatur accuſatio ex facto quod præteriens, ex tē pore quod modo, ex loco, quia in foro. ex. uerbis. Vxor tibi ducēda eſt mire ducenda, ſemper hoc genus declinationis neceſſitatem oſtendit, ut Virg. Vt pacem. t.a.r.p. Salu. Agendum atq; obuiā eundum eſt. Id mihi uiſus eſt dicere, abi cito & ſuſpēde te, ad hodie cito rettulit, ad uxor tibi ducenda eſt, ſuſpende te. Aut ullam cauſſam ineptam ſal. duo tempora in defenſione, aut uera, aut ad tempus accōmodata. Ineptum eſt quod à quouis reprehendi poteſt. Falſum quod etiā prudentem poſſit fallere. Quod ſi ego reſciſem id. p. ſi mecum cōmunicaſſet prius. Quid facerem ſi.m.ro. ipſe ſe reprehendit, qui ſi reſcierit. Aliud facerem, ut hoc ne face rem, & nota facerem pro tacerem. Sed nunc quid primū ex. deliberatio & partes eius. Amor, miſericordia, hæc oratoria ſunt, cum unum nego cium in multas detrahimus partes. Diuerſe trahunt, pro in diuerſa tra hunt, amor à neceſſario, miſericordia. *

* miſericordia, amphibologia. Nuptiarum ſollicitudo, à perturbatione quibus colligit conſulere ſe non poſſe. Sollicitudo eſt quæ inhæret men tibus, ſollicitatio quæ ab alio fit. Tū patris pu. amphibologia. Qui me tam le.p. explanatio in qua pudendum ſit apud patrē, & illud ſpectat. Tu te his rebus finem præſcripſiſti pater. Et ne ego ut aduerſer, prono men

men hoc uim qualitatis habet,'& eſt an tali bono. qui me tam leni paſ. an.quia accuſabat eum ſi amator eſt. Ego ne ut aduerſer, uidetur inclinaſſe ut ſecundū patris animū conſiſteret, & amore ad incerta iterū reuolueretur, Quorſum accidat, ad quā rem, quò uerſus. Sed nunc opus eſt, aut hunc cum ipſa, aut aliquid de illa, calliditati fœmineæ & aſtutię ſententia hæc congruit. Cum ipſa, nunc domina mea. Aduerſum hunc, apud hunc ut alibi. Et id gratum fuiſſe aduerſum te.h.g. Dum in dubio eſt animus, p.m.h. translatio hæc eſt à mole alicuius ponderis, quæ antequā in loco ſederit, & cum interea pendet facile cōmouetur. Quis nā hic lo? Myſis ſalue hoc ſecū, deinde conuerſus ut uidit, ſalue. difficile eſt aliud inuenire uerbum quod ſic declinetur ſalue, & pluraliter ſaluete, quippe huius uerbi per modos rata eſt declinatio. Quis hic loquit? principium Terentianū in iungendis perſonis. O ſalue Pamphile, o interiectio optantis aduentum, aut repente pcuſſi, Quid agitur, amatorie & familiariter, non eñ dixit quæ Virg. Quæ mihi reddat eum, uel eò me ſolUat amantem: Rogas? lenta quædam & triſtis eſt reſponſio & dolore plena. Laborat ex dolore duplicem laborē Glycerij eſſe dicit, unū partus & ægritudinis, alterum curæ & ſollicitudinis nuptiarum Pamphili. Laborat è dolore, atq; ex hoc miſera ſollicita eſt die, callide aggreditur iuuenem: nam utrūq; propter illum perpetitur & dolorem & ſollicitudinem. Atq; ex hoc miſera ſollicita. Myſis quæ contra patrem ſuaſura eſt, incertum inueniēs Pamphilum facile ad ſe c[illegible]erti [illegible]ropter mentionem dominæ ſuæ, & maxime qd' addit. At illā ægram eſſe dicat, quare ſtatim perfectum eſt quod uolebat, ut dicat Pamph[illegible] Ego ne iſtuc conari queam. Quia olim in hunc ſunt cōſt[illegible]utæ nuptiæ, hæc addidit à patre ſed inuidioſe quaſi à Pamphilo ſint conſtitutæ. an timet in negocio. In hunc diem, idem enim dies eſt quo placuerant deſtinatæ nuptiæ, quāuis Chremes renunciauerit, & ſupra. Hic nuptijs dictus eſt dies. Tum autem hoc timet. Tum præterea tertiā ſollicitudinem habere Glyceriū oſtendit. ne deſeratur à Pamphilo. Sollicita eſt die, tum autē hoc timet, ſollicitudo rerum incœptarū magna eſt quod in hunc diem ſunt cōſtitutæ nuptiæ, hic certior metus eſt & grauior. Ego ne iſtuc conari queā? Ideo ſic Pamphilus, quia illa inuidioſe non deſerere cogaris dixit, ſed deſeras. Ego ne iſtuc conari queam? non perficere dixit, ſed conari. uelle aliquid ad ſcelus effectio eſt iam ſi non poteſt fieri. hic enim uoluntas non factum dānatur, ut Virg. Auſi omes immane nefas. a. q.p. Ego conar, leuius eſt quā facta facere. Ego ne propter me illam, magna uis eſt in pronominibus, & diuerſa ſunt & ſingula, & non pcipitantur, nec dicuntur uno ſpiritu, ſicut in Eunucho. Ego ne illam quæ me, quæ illū.i. amat. quæ me.i. non amat. Ego ne, ſuadenter ſubauditur ut fieri ſinam, Quæ.ſ. nihil ſumat ab eius beneficijs. Suum animum, quantum ad amorem pertinet. Atq; omnem uitam, hoc eſt ut maritum ſperaret. Quæ mihi ſuum animū atq; oēm uita m cre. argumentū à conſequenti

ſi eam

ſi eam deſerit hæc ſubijciuntur.Quā ego carā animo,pro uxore ha. ni-
hil præter cetera,ſi eſt animus.Bene & pudice eius ductū, hic illud ſolui
tur lana & tela uictum quæritans, ut hoc p̄ſeruat bene & pudice Glyce-
rium eſſe ductam,lana & tela uictum quæritans, non pertinet ad argu-
mentum,niſi poſt uitam Glycerij intelligas.Bene & pudice.ab honeſto
bene & pudice. Eius ductum,hanc ſententiā quaſi de exemplo probat.
nam bene educata eſt à Chryſide, quæ primo pudice uitam parce & du-
riter agebat. Coactam egeſtate,propter id Chryſidis inopia & cogna-
torum negligentia.i.coactam egeſtate,non paupertate,ſed paupertate,
cui contrarium inopia & cognatorū negligentia.Haud uereor ſi in te ſo
lo,ſit ſitum, arguit animū adoleſcētis contra patrem,cuius etiam nomē
graue eſt.Sed uim.p.ut nequeas ferre,hic uereor ſubauditur. Vt ne, pro
ne non poſſis,ut ſit ,ſed uereor ne non queas uim patris ferre , & ut non
poſſis.non damnatio eſt,uerum adoleſcentis prouocatio in contemptū
patris.Adeon me ignauū,an ueriſimile ignauū quod aduerſum neceſſi-
tatem proferendum fuit,id primū dixit adeſſe ſibi uirtutē,quæ ſequunt̄
ad finem pertinentia,ita pro tempore contemptū patris, pro fortitudi-
ne habet ingenium.Ignauus eſt qui uim non poteſt ferre,qui nō eſt per-
ſeuerans.Adeon porro ingratum, porro coniunctio eſt expletiua, aliâs
* aduerbium temporis.Ignauum & ingratum. * eſt.
Inhumanū aut ferum, Poſt ſubiecta dixit adeo porro ingratū,aut inhu
manum mira hominis conuerſio,non em̄ dixit adeon me obſequentem
patri exiſtimas, adeo gratum,adeo pium. adeo manſuetum. at amato-
ris per omnia ſeruat cōditiones,ut oratorie hoc cogatur ſcelus eſſe ſi pa
reret nunc patri.Vt neq; me cō. neq; amor,nunc ordinem reddit. ferum
enim reddidit ad māſuetum,qu [illegible]am feræ manſueſcunt. neq; amor
ad illud inhumanū. Amor nanq; [illegible]emētior eſt in homines.Virg.Quid
iuuenis magnū cui.u.m. &c.pudorem ad ingratum retulit. Vt neq; me
cō.neq; amor.Cōſuetudo aduerſus feritatem.Amor aduerſus inhuma-
nitatem.Pudor aduerſus ingratum animū.Commoueat neq; cōmone-
at.* ad maiora ut neq; conſuetudo neq; amor.
* ad ſuperiora.Vt ſeruem fidem,exquiſite,non em̄ dixit ut contemnē pa-
trem. Vnum hoc ſcio hanc meritam,in eodem hæret,ut excitet iuuenē,
neq; audire ſe fingit quod dicit. Vnū hoc ſcio, uide quā callida ſint quæ
à Myſide ſubijciuntur ad irritandam promiſſionē Pamphili. Vnū hoc
ſcio.q.d.quid tu facturus ſis equidem neſcio,ſed unū ſcio.Vt memor eſ-
ſes ſui.inuidioſe, quaſi abdite adeo cōmouetur hoc dicto Pamphilus.
Vt memor eſſes , bene præterito uſus eſt , quoniā quæ præterita ſunt in
recordatione magis lachrymabilia ſunt,ut Vir.o.p.i.cui patem.e.c.&c.
idem alibi.Per caput hoc iuro,per qđ pater ante ſolebat.O Myſis.My.
primū uocandi,alterum increpandi eſt. Etiam nunc ſcripta, id argumē
tum eſt quod uiuæ memor ſit,qui etiā mortuæ uerborū meminit Chry-
ſidis de Glycerio.Iam ferme moriens,ferme aduerbium eſt feſtinantis,

ideo moriens me uocat, ex tempore probauit locutam uera eſſe non fi-
cta & ſimulata, nam qui ſani ſunt ſpe longioris uitæ adulantur. Virgil.
Et dulcis.m.r.a. Iam ferme moriens: affectus à tempore quod poſtrema
uox erat. Acceſſi uos ſcilicet, nos ſoli, figuræ proprie Terentianæ. Vos ſe
motæ. deeſt iuiſtis. Nos ſoli deeſt remanſimus, ut eſt illud, Ego ne illam
quæ illum, quæ.m. Vos ſemotæ, nos ſoli, ibi fidē quod ſoli fuimus, qđ
nemo teſtis, an timuit ne hoc pater ante firmatū amorem cognoſceret.
Incipit, deeſt dicere præparatio quaſi ueſtibulū orationis eſt. Incœptio
dicit orationis quæ longa taciturnitate mediante grauiterq; profert. ut
Virg. Tum pater omnipotens rerum cui ſum.po. Infit. Mi Pamphile,
& proſopopeia, & principium à blandimēto. Mi Pa. imitatus eſt etiam
blandimentum Chryſidis. Huius formā atq; ætatem amat, compendiū
laſſitudo. formam em̄ dicendo pulchritudinē ſignificat. ætatem qđ par
uam. Huius formā atq; ætatem, duplex cauſſa cōmendationis formæ
& ætatis ut ſupra. Forte unam aſpicio adoleſcentulā. Mi Pam. uide red
ditam uocem morientis denſis interuallis interruptam orationē, ut pu-
to laſſo anhelitu interuenientem. Vtræq; inutiles, legitur & utiles ſient.
Et ad pudicitiam, propter formā dixit, & ad rem tutandam, quia ætatē
Quod te per hanc.d.o. quod poſt quod. Virg. Quod te per ſuperos, &
ordo, poſt quod oro per hanc dextrā, tenet eum ut apparet. Per hāc dex
tram, fidei & fœderis membrū ad manum fit conuentionis, & ingeniū
legitur & geniū. Per hu. ſoli. legitur & ſollicitudinē. Obteſtor. obteſta-
tio dicit quando eum adiuramus quē rogamus. Rogamus per eas poſt
quas rogamus Virg. Per cum ſe.g.f.t. Ne abs te.h.ſe.nu.ede. ad fidē ne
ſegreges rettulit, ad ſolicitudinē ne deſeras, hoc eſt ne aliam ducas, aut
amare deſinas, etiam ſi non ducas aliā. Ne abs te.h.ſe. quaſi ipſam amā-
tem, hanc poſt formā & ætatem amantem. Segreges, hoc uerbum ſim-
plex fieri nō poteſt. Neu.de. Poſtremo te obteſtor, ſextū parelcon. dixit
em̄ iam quod ego te per hanc dextram oro. Si te inger.fr. ſi tunc dicimus
quando præſtitimus aliquid, & tamen uolumus aliquid exprobare, ut
Virg. Si.q.u.&c. & alibi. Si bene quid de te merui. Inger. fra. nō fratris
ſolum ſed etiam germani. Siue hæc te ſo. ſi autē te mihi quoq; ꝑtulit aut
nullum aliū nouerit amātem in domo meretricis. Seu tibi morig.f. hoc
quaſi amanti utile fuit Virg. Aut tibi quicquā dulce meum. Te iſti uirū
do, hæc ut diximus & ſingula ſunt, & non ꝑcipitantur nec dicuntur uno
ſpiritu. Amicum tutorē, patrem, poteſt em̄ & maritus eſſe, ſed non ami
cus, ſed affectu mariti rettulit amicū. Tutorem quaſi orbæ patrē quaſi
paruæ. Virum ne ſegreges, amicū ne deſeras, & illud quod ait ad pudi-
citiam. Patrem, concluſio per mandatū & obteſtationem efficax ſatis.
Te iſti uirum do.a.t.p. apparet quod iunctis dextris. hæc dicebat, ideo
& per hanc dextram te orem. Hæc bona noſtra ti. hæc uerba quaſi ſup-
pellectilem ſuam oſtendentis ſunt. Bona noſtra, hoc eſt ad rem tutandā
Hanc mi.in.m.d. Confirmate legitimæ nuptiæ per manuū coniunctio-

nem,& mire hanc, non huius manum. Mors cõ.ip.occ. quo magis memorem eſſe oportet eorum poſt quæ illa locuta non eſt. Hanc accepi, ꝓprie quaſi uxorem accepi. Acceptam ſer. concluſit partem deliberationis ſuæ per electionem. Sed cur tu.a.a. corripit quod abeat ab illa. Cur, non interrogantis, ſed corripientis eſt & increpãtis quod Glyceriũ deſerat. Obſtetricẽ ac. quę opem rettulerit parienti obſtetrix dicitur, unde & parturientes fer opem clamãt. Propterea.a.a. & interrogat quo eat, & reuocatio ad argumẽtum magni amoris accedit. Verbum.u.c.& c. deeſt dicas. figura. unum.u.ca. dicas de nup. non quo hodie futuras neſcierit Glycerium, ſed quod illas hodie indixerat pater filio, cum ſupra & Pamphilo & Glycerio diſtributæ uiderentur, quia ſunt cõſtitutæ in hunc diem. Caue, annotant quidam caue hic corripiendum eſſe. Ne. ad m.h. etiam iterum. deeſt enim accedat.

ACTVS SECVNDI SCENA PRIMA.

Verſus partim octonarij, partim ſenarij, & nonnulli pentametri.

CARINVS. BIRRIA. PAMPHILVS.

Hic uelut omiſſo argumento principali admiſcet Carinum ut plus in fabula ſit turbæ.

QVid ais Birria? daturne illa hodie Pamphilo
Nuptum? B. ſic eſt. C. qui ſcis? B. apud forum modo
De Dauo audiui. C. uæ miſero mihi, ut animus in
Spe, atq; in timore uſq; ante hac adtentus fuit:
Ita poſtquã adempta ſpes eſt, laſſus, cura confectus ſtupet.
B. Quæſo ædepol Carine, quoniam id fieri quod uis non poteſt, uelis id

Quod

ıod poſſit. C. nihil aliud, niſi Philumenam uolo.
3. Ah, quanto ſatius eſt, te id dare operam,
ıi iſtum amorem ex animo amoueas tuo, quã id loqui,
ıo magis libido fruſtra incendatur tua?
C. Facile omnes, cum ualemus, recta conſilia ægrotis
lamus:
ı ſi hic ſis, aliter ſentias. B. age age, ut lubet.
C. ſed Pamphilum.
ideo. omnia experiri certum'ſt prius quàm pereo. B.
Quid hic agit?
C. Ipſum hunc orabo, huic ſupplicabo, amorem huic
narrabo meum:
edo impetrabo, ut aliquot ſaltem nuptijs protrahat dies,
erea fiet aliquid ſpero. B. id aliquid nihil eſt. C. Birria,
ıid tibi uidetur? adeon'ad eum? B. quid ni? ſi nihil
mpetres
te arbitretur ſibi paratum mœchum, ſi illam duxerit.
C. Abi hinc in malam crucem cũ ſuſpicione iſtac, ſcelus
P. Carinum uideo, ſalue. C. ò ſalue Pamphile.
l te uenio, ſpem, ſalutẽ, auxilium, conſilium expetens.
P. Neq; pol conſilijs locum habeo, neq; auxilij copiam.
l iſtuc quid nam'ſt? C. hodie uxorem ducis? P. aiunt.
C. Pamphile,

Sic diſtin xit Dona. quidni, ſci licet, adeas.

F ij Si id

Si id facis, hodie poſtremum me uides. Pam. quid ita?
C. hei mihi,
Vereor dicere, huic dic quæſo Birria. B. Ego dicam. P.
quid eſt?.
B. Sponſam hic tuam amat. P. næ iſte haud me cum ſen-
tit. ehodum dic mihi,
Nunquid nam amplius tibi cum illa fuit Carine? C. ah
Pamphile

Vide miram breuitatē narrationis.

Nihil. P. quàm uellem. C. nunc te per amicitiam & per
amorem obſecro,
Principio ut ne ducas. P. dabo equidem operam. C. ſed ſi
id non potes, (es
Aut tibi nuptiæ hæ ſunt cordi. P. Cordi? C. ſal tē aliquot di-
Profer, dum proficiſcor aliquò, ne uideā. P. audi nunc iam
Ego Carine, neutiquam officium eſſe liberi puto,
Cum is nihil promereat, poſtulare id gratiæ adponi ſibi.
Nuptias effugere ego iſtas malo, quàm tu adipiſcier.
C. Reddidiſti animum. P. nunc ſiquid potes aut tu, aut
hic Birria,
Facite, fingite, inuenite, efficite, qui detur tibi.
Ego id agam, mihi qui ne detur. C. ſat habeo. P. Dauum
optime
Video, cuius conſilio fretus ſum. C. at tu hercle haud quic-
quam

quam mihi,

Niſi ea quæ nihil opus ſunt ſcire, fugin' hinc? B. ego uero ac lubens.

QVid ais Birria.d.ne.i.ho.p.nu. In hoc colloqo altera pars oſtẽditur fabulæ. Siquidem Andria ex duorum adoleſcentiũ periculis gaudijsq́ꝫ componitur cum ferè ſolam Hecyrã Teren. ex unius comœdia adoleſcẽtis effecerit. Quid ais.B.d.n.&c. has perſonas Teren. addit fabulæ, nam non ſunt apud Menandrum.* fieret Philomenam ſpretã relinquere, aut ſine ſpõſo Pamphilo aliam ducentem. quid ais Bir. Ex uerbis Carini apparet Birriam nunciaſſe futuras nuptias factas cum Pam. nec adducitur tum ut ſtatim credat, & accõmodet animũ. Sępius ergo repetit interrogando. & bene illa dixit, uelut amatorie de certa loqueretur perſona, ſic Virg. Solam nam per il. t.c.a. & ergo non Aeneas ſed ille. & item hic non Philomena, ſed illa dixit. Quid ais Birria? miratur magis quã interrogat, uel potius indignatur. Sic eſt, hoc cum indignatione ſtomachi dixit. Qui ſcis? nõ uult eṁ uerum eſſe. Qui quatenus, hoc unde ſcis. Apud.f.m.&c. de loco, apud forum, de tẽpore modo, de perſona è Dauo. Veh mihi.m. tandem aliquando productus eſt ut crederet. Veh, interiectio in his rebus quas execramur. Apđ fo. modo.e.D.a, plurima dixit ad confirmandum Bir. quando interrogatus eſt à loco, à tempore, à perſona. Vſqꝫ ante hac.i. antequã tua uerba audirẽ, & duas p̃poſitiones præpoſuit ut dicitur, ſed una eſt uelut aduerbiũ non iam p̃poſitio. Attentus fuit, & attentus auditus dicitur. Vſqꝫ ante hac attentus, nulla prepoſitio prepoſitioni adiungi ſeparatim poteſt. ſed uſqꝫ eiuſmodi eſt, ut ſine aliqua p̃poſitione raro inueniatur. Laſſus cu.c.ſtu. laſſus cura ex præterita ſpe nunc confectus eſt ſicut uulneratus eſt percuſſus ut ſanari non poſſit. Laſſus cu.c.ſt. adempta attentione. Cura cõ. confirmato timore. Stupet, abiecta ſpe. Quæſo ædepol. obiurgãtis eſt. Quæſo, uelut rogantis eſt. Quando non poteſt fi. quod.u.id.u.q.p. cõſolatio ad id qđ fieri non poteſt, ſuadens id ut uelis quod poſſis. prouerbiale. Nihil uolo aliud niſi Phi. hoc magis gemitu amatorio quã ut reſponderet Birriæ dicit, quaſi magis Philomenam uelit quã uitam & lucem. Idem alibi in eo me oblecto.i.e.&c. dixit nullam uolo aliam quã Philomenã, ſed nihil uolo aliud, quod infinitũ eſt. Quanto ſatius eſt.t.d, operam.q.is qui prout. Qui iſtum amorem ab.a.a.t. legitur ex corde eijcias. Tu ſi hic ſis aliter ſentias. Hoc geſtu ſcænico melius cõmendatur, nam hæc magis ſpectatoribus quã lectoribus ſcripta ſunt, hic ergo ſeipſum oſtẽdens dicit,

cit,& eſt hic pronomē.Sed Pamphilum, ſed inceptiuū pro atq;,eccum Pam.ut Salu.Sed Metellus in uulnere.hoc non diſcretiuū. ut ſi dicas ſapiens ſed miſer, hic eſt diſcretiuum erit. Age age ut lubet,aduerſus hūc non habuit quod loqueretur, & ꝑmiſſio reprobantis ea quæ ſentit Pā. t.c.&c.cō.finguntur. Omnia experiri, hoc idem alibi, omnia prius experiri quā armis ſapientem decet. Virg.hanc quoq; poſuit ſententiam. Ne quid inexpertum fruſtra moritura relinquat. Ipſum hunc,bene ipm, quaſi auctorem & principem, refertur etiam ad dignitatem. Ipſum hūc orabo.h.ſ. Oramus quæ bona ſunt, ſupplicamus in aduerſis malis, uel cum lachrymis. Amorem huic .n.m.non ſtudium aut uoluptatem, ſed amorem,nec petam, ſed narrabo dixit totum magnifice. Hunc orabo, huic ſupplicabo.procemia ſunt petitionis, quibus oſtendit poeta narrationem quā nouam & irreprobans,tamen petitur. Vt aliquot ſaltem nuptijs protrahat dies.Saltem deſperatis rebus ſolam petentes ſalutem hoc utimur.Prodat uero,proferat,prolatet,differat,Lucil.in.y.An porro prodenda dies ſit.Interea fiet.a.ſ.Tale eſt hoc quale illud.Interea aliquid accidet boni,ſed nihil illum dixiſſe poeta per ſeruū oſtendit dicendo,id aliquid nihil eſt. Fiet aliqd,ut ſupra impetrabo. Adeón ad eum? conſuetudine magis quā ratione dicitur. unum.n.abundat. Quid ſi nihil impe.aut quid ni.& ſic nihil impetres, in utroq; idem ſenſus eſt, ſed ſuperior per ironiam, inferior per ſimplicem explanationem ſoluitur. Et quid ni,legitur ſubaudiendum adeas,ut ſit quid ni adeas, ut te arbitretur ſibi.p.m.ſi.d.Quid ni ſi nihil impe. nihil per ironiam dictum uidetur,ſiquidem ſi nihil petas,quoniam petitionem ſæpe impetratio ſequitur. Carinum uideo. ſed non imperite Pamphilum priorem loqui fecit,ſed ut fiduciā det Carino loquendi,qu d & Virg.eleganter.Heus inquit iuuenes monſtrate mearum, Vidiſtis ſi quā hic errantem forte ſororum.Carinū uideo.ad hoc prior,incipit Pam.ut ad confeſſionē Carini minus clauſa præ pudore ſit uia. Ad te uenio ſpem, ſalutem,auxiliū, conſilium,expetens,eleganter qm̄ demens & improbum eſt, quod petit,nouiſſimū poſuit conſilium,ut ſi non poſſit cōcedi,uel conſilium expetat ad ſanādam dementiam.Ci. Tu da ſalutē qui ſpem dediſti. Spem ſalutem,conſilium,auxilium expetēs ut in petitionibus fieri ſolet beneficium petens,utitur partibus deliberatiuis.Neq; pol conſilij locum.h. neq; co.auxilij,apud amantem neq; cōſilij facultas,apud inopem,neq; pol auxilij in his duobus, oſtendit etiam ſeſe amatorem. Sed quid nam iſtuc eſt,hoc ſi non adderet, locus confitendi amoris Carini nullus fuiſſet.Neq; pol conſilij quia amo.Neq; auxilij,quia ſum miſer.Hodie uxorem ducis, uide miram interrogationē ante confeſſionem. Aiunt, de re dicimus quā uolumus eſſe falſam. Si id facis hodie poſtremū me uides, nihil prius,quā ſe moriturꝫ dixit,pudēda dicturus, unde datū eſt ut ille inſtantius quæreret cauſſam,plus dixit poſtremū me uides quā ſi dixiſſet morior.Ho.po.m.u. * à neceſſario

quia,

quia uiuere non poteſt, & poſtremũ modo aduerbium eſt. Sponſam.h.
t.a. nulla cunctatione Birria ſed facete ſeruuli ſermone paratiſſime nar
rauit. Næ iſte.h. næ ualde, ut & Cice. Næ iſti ualde.t. Senſus hic eſt, non
id amat quod amo, nec id odio habet quod odi. hoc eſt ualde iſte inquit
non mecum ſentit, id amat quod ego odi. Sponſam hic tuam, callide &
ſponſam & amat, hoc eſt neq; adhuc uxor tua eſt, neq; aliquid admiſit,
quia amat tantum. Næ iſte haud mecũ ſentit, næ ualde, aut ut quidã uo-
lunt o quã, Lucil. in.x. Næ quẽ in arce bouem deſcripſi magnifice inqt.
Pamphile, artificioſe perſonam expreſſit Teren. nuptias recuſantem, &
ſimul τὸ πρέπον uirgini ſeruauit. Quã uellẽ utiq; uitiata ut eſſet cauſſa
recuſandæ. Nunc te per amicitiam, ſuam & Pamphili, & per amorem
obſecro, per amorem ſuum tantũ circa uirginẽ. Principio ut ne ducas,
ſufficeret dixiſſe non ducas. Dabo equidem.o. plus iſte promiſit quã il-
le popoſcit. Sed ſi id non.p. deeſt fieri. Sed ſi, n.p. hoc ad patrem rettulit.
Aut hæ nu.ſ.t.c. hoc ad Pamphilũ pertinet, non eñ unum & idem eſt. nã
ſi id eſſet, Nuptiæ hæ.ſ.t.c. ſuperuacue eſſet additũ cordi. animo acuto,
dabo equidem operam, cum pronunciatione legendum eſt, plus eñ di-
xit dabo operam, quã ſi diceret non ducam. Saltem ali.di.profer. dum
proficiſcar aliquo ne uideam, primo quæ maiora ſunt petit, poſtremo
quæ ex his uidentur minima, & hoc arte, ut Virg. Incute uim uẽtis ſub-
merſasq; obrue puppes. & ad poſtremũ, Aut age diuerſas & diſijce cor
pora põto. Profer, prolata, produc. differ, Dum pro ali. ne ui. aliquo di-
xit, ut exilium eſſet incertum. Audi nunc iam, correctio impatientis qui
non ſinat audire de exilio. Ego Carine, ſentẽtiæ quæ ex pronominibus
incipiunt ſeria ſemper, ſed uera promittunt. Virg. Me natam.g.n.ſ, &c.
Ego Cari.n.of. ſenſus hic eſt, non puto inquit hominẽ liberum, qui cum
nihil preſter, deberi gratiã ſibi poſcat, ergo cum tibi nihil preſtem, nolo
mihi gratias agas. non eñ tui cauſſa fugio quã priuſquã me peteres ma
gis nolebam ducere quã tu cupis. Cum nihil mereatur, mereri eſt aliqd
mercedis ꝓ labore ſumere, cum dicimus nihil meretur, hoc intelligit,
nihil eſt mercedis dignus accipere. Neutiquã, una pars eſt orationis ꝓ
nequaquã, ut alio modo dicitur cũ his mereat.i. præſtet, ut Quiq; ſui me
mores alios fecere merendo. & nunquã regina negabo ꝓmeritã, & con
trario lædit. Quid cõmerui, aut peccaui pater. Cum his ni.me. laboret
& mereatur, uel mercedem petere debeat, ut qd meret in Hecyra. Plau.
in pſeudulo. * Poſtulare id gratiæ poni ſibi, aut id poſtula- *
re quo nihil mereat. id gratię poni ſibi addi in gratiã ſuam.i. ſibi gratiã
mereri. Nuptias effu.e.i.m. quã tu.a. interpoſita diſtinctione uultuoſe
hoc dicit, hoc eſt cum geſtu. Reddidiſti animũ. plus dici non potuit. Aut
hic bi. hic dicticos quaſi efficatiorem oſtendit, ergo ad comparationẽ al
terius refertur. Facite, fingite, inuenite, efficite, fit qđ uerũ eſt, fingitur qđ
falſum eſt, inuenitur ne temere fiat. Inuenite ergo agite dicit. poſt cogi-
tationẽ

tationem efficite.i.in effectum perducite.Saluſt.nam & priuſquā incipias conſulto,& ubi conſulueris mature opus eſt facto.Facite,fingite,inuenite, mire expreſſit Pamphili animũ nuptias recuſantis, cui quicqd dixerit parum eſt. Qui detur ti. qui pro quēadmodum. Ne mihi detur ueteres frequenter ne pro non dicebant. Ego id.a.m.&c. non dixit ego non inſtabo ut ducā, ſed quod eſt amplius, & recte utriusq; opera uſus eſt,non em̃ continuo ducet Carinus ſi non duxerit Pamphilus. Sed habeo. Sat,antiqui pro ſufficit, ſatis habeo dicebant. An uel abundat. An tu hercle haud quicq̃, deeſt,effers,dicis,nũcias. Niſi ea quæ nihil opus ſunt,hoc eſt datur,ne illa.h.&c.Sit eſt.apud forum modo è Dauo audiui,quod memor eſt Carinus ſe non libenter audiſſe. Fugin hinc? cõminātis & arguentis à ſe.Ego uero ac lubens nemo libenter fugit niſi coactus neceſſitate,hic etiam lubens dixit,quod eſt libenter.

ACTVS SECVNDI SCENA SECVNDA.

Trimetri trochaici,& ſenarij quidam.

DAVVS. CARINVS. PAMPHILVS.

Seruiliter exultat Dauus, id q; uice exordij eſt.

DI boni,boni quid porto? ſed ubi inueniam Pamphilum?
Vt metum, in quo nunc eſt, adimam, atq; expleam animum gaudio.
C. Lætus eſt, neſcio quid. P. Nihil eſt,nondum hæc reſciuit mala.
D. Quem ego nunc credo, ſi iam audierit ſibi paratas nuptias.
C. Audin' tu illum? D. toto me oppido exanimatũ quærere
Sed ubi quæram? aut quò nunc primum intendam? C. ceſſas alloqui.

D.

D. Abeo. P. Daue ades. reſiſte. D. quis homo'ſt, qui me? ò Pamphile,
Te ipſum quæro, eugeò Carine, ambo oportune, uos uolo
P. Daue, perij. D. quin tu hoc audi. P. interij.
D. quid timeas ſcio.
C. Mea quidem hercle in dubio uita'ſt. D. & tu quid timeas ſcio.
P. Nuptiæ mihi. D. & id ſcio. P. hodie. D. obtundis tametſi intelligo
Id paues, ne ducas tu illam, tu autē, ut ducas. C. rem tenes.
P. Iſtuc ipſum. D. atq; iſtuc ipſum nihil pericli'ſt me uide. Propoſitio.
P. Obſecro te quàm primum hoc me libera miſerum metu. D. hem.
Libero, uxorē tibi iam non dat Chremes. P. qui ſcis D. ſcio
Tuus pater modo me adprehendit, ait tibi uxorem dare ſe
Hodie, item alia multa, quæ nunc non eſt narrandi locus. Egregia narratio
Continuo ad te properās percurro ad forū, ut dicā tibi hæc: ſerui.
Vbi te non inuenio, ibi aſcendo in quendam excelſum locū
Circumſpicio, nuſquam. forte ibi huius uideo Birriam,
Rogo, negat uidiſſe, mihi moleſtum, quid agam cogito:
Redeunti interea ex ipſa re mihi incidit ſuſpicio, hem,
Paululum obſoni, ipſus triſtis, de improuiſo nuptiæ συναθροισμός
Non cohærent. P. quorſum nam iſtuc? D. egomet conti- ſuſpicionum.

G nuo

nuo ad Chremem,
Cum illò aduenio, ſolitudo ante oſtium, iam id gaudeo.
C. Recte dicis. P. perge. D. maneo, interea introire nemine᷉
Video, exire neminem, matronam nullam in ædibus
Nihil ornati, nihil tumulti, acceſſi intrò, aſpexi. P. ſcio
Magnum ſignum. C. num uidentur cõuenire hæc nuptijs?
P. Non opinor Daue. D. opinor narras? non recte adcipis,
Certa res eſt: etiam puerum inde abiens conueni Chremis
Olera, & piſciculos minutos ferre obolo, in cœnam ſeni.
C. Liberatus ſum Daue hodie tua opera. D. ac nullus quide᷉
C. Quid ita? nempè huic prorſus illam non dat. D. ridiculum caput,
Quaſi neceſſe ſit, ſi huic non dat, te illam uxorem ducere,
Niſi uides, niſi ſenis amicos oras, ambis. C. Bene mones,
Ibo, & ſi hercle ſæpe iam me ſpes hæc fruſtrata'ſt. uale.
¶ P. Quid igit̃ ſibi uolt pater? cur ſimulat? C. ego dicã tibi:
Si id ſubcenſeat nunc, quia non det tibi uxorem Chremes,
Ipſus ſibi eſſe iniurius uideatur, neq; id iniuria,
Cõſilium ſerui, quo Pamphilus inſciẽs in periculum conijcitur.
Prius quàm tuum, ut ſeſe habeat, animum ad nuptias perſpexerit:
Sed ſi tu negaris ducere, ibi culpam in te transferet,
Tum illæ turbæ fient. P. quid uis patiar? D. pater eſt Pamphile,

Diffi-

Difficil'ſt. tum hæc ſola'ſt mulier, dictũ ac factũ inuenerit Dictum ac factum id eſt, celeriter. ἅμα ἔπος ἅμα ἔργον.
Aliquam cauſſam, quamobrem eijciat oppido. P. eijci-
at? D. cito.
P. Cedò igitur, quid faciam Daue? D. dic te ducturum.
P. Hem. D. quid eſt?
P. Ego ne dicam? D. cur non? P. nunquã faciam. D. ne nega
P. Suadere noli. D. ex ea re quid fiat uide.
P. Vt ab illa excludar, hac concludar. D. non ita'ſt
Nempè hoc ſic eſſe opinor, dicturum patrem:
Ducas uolo hodie uxorem, tu ducam inquies.
Cedò, quid iurgabit tecum? hic reddes omnia,
Quæ nunc ſunt certa ei conſilia, incerta ut ſient,
Sine oĩ periculo: nam hocce haud dubiũ'ſt, quin Chremes
Tibi non det gnatam: nec tu ea cauſſa u..
Hæc quæ facis, ne is mutet ſuam ſententiam,
Patri dic uelle, ut cum uelit tibi iure iraſci non queat.
Nam quod tu ſperas, propulſabo facile, uxorẽ his moribus
Dabit nemo. inueniet inopem potius, quàm te corrum-
pi ſinat.
Sed ſi te æquo animo ferre adcipiet negligentem feceris
Alia ocioſus quæret, interea aliquid adciderit boni.
P. Itan'credis? D. haud dubium id quidem'ſt. P. uide quò
inducas. D. quin taces.

P. Dicam. puerū aūt ne reſciſcat mihi eſſe ab illa cautio^ſt.
Nam pollicitus ſum ſuſcepturum. D. ò facinus audax. P. hanc fidem.
Sibi me obſecrauit, qui ſe ſciret non deſerturum, ut darem.
D. Curabitur. ſed pater adeſt, caue te eſſe triſtem ſentiat.

DI boni, boni quid porto? Hæc ſcena conſiliū continet perſonarum ad quas maxime pertinet argumentū, & hic eſt locus in quo, ut fieri ſolet, fortuna mixta rebus diſpoſitis magnas turbas dat. Di boni, boni quid porto? non mirum quod inſolentius Dauus exultat, qui ut Simo dicebat, timēdus fuit, & ipſe Dauus etiā deſperauit ex nuptiarum terrore, quas nūc falſas cōperit. Di boni, boni quid porto? ex ꝓximo repetiuit bis. ſed tamen alterū nominatiuo plurali, alterū genitiuo ſingulari dictum eſt. Boni quid porto? non ſolū corpore, ſed etiā animo portamus tam bona quā mala, ſic alibi. Nequid Andria ap. mali. Vt metū in quo nunc eſt. a. ordine locutus eſt, prius metum adimere, ſic demū gaudio perfundere. hic ordo etiā in laude ſeruatur. Lætus eſt, neſcio qd deeſt poſt, ut ſit poſt neſcio quid aduerbiale. Exanimatum, perterritū, perturbatum. Sed ubi quæram, aut quo nunc, in omēs ſe partes uerſat, quærens quo dirigat curſum. Habeo, uidet quaſi extitiſſe, deinde quaſi elegiſſe quo pergat. Habeo, inueni, legitur & abeo, uti merito illi dicat reſiſte. Quis homo eſt. q. &c. ò Pamphile, ante uidet quā compleat orationem. Euge Carine, euge modo ꝓ interiectione poſitū eſt. Ambo opportune, deeſt adeſtis, nā opportune uos uolo. Daue perij, propriū eſt
* dolentis præfeſtinare adiudicanda quæ dolent. *
habet nullum affectum qd' addidit Daue. Quin tu hoc audi, modo pro immo, alias cur non. Mea quidem hercle. in. d. eſt uita, certa ſentētia eſt. Videtur Carinus plus dixiſſe perij quā Pamphilus. Mea quidem hercle in du. &c. Sed non eſt hoc, plus em̄ Pamphilus dixit, nam qui uiuit non poteſt interijſſe, is autem qui uiuit, uitā poteſt in dubio habere, ideo & iurauit hercle. & affirmans iuſiurādum certe addidit. bene certe, quaſi illud interij falſum ſit. Ita Pamphilus plus fecit periturū ſe eſſe dicendo quā Carinus interijſſe. Et quid tu ſcio. mira compendia quæ contrahit poeta longitudine fabulæ, nec tamē perdit affectus perſonaꝝ. Et tu qd, deeſt timeas. Et id ſcio, tanquā dicat nihil eſt, & id ſcio, legitur & ſcio. Hodie, tempus addidit tanquā rem ſcientis. Obtundis. i. ſæpe repetēdo dicere,

dicere, obtundere, eſt translatio à fabris, qui ſæpe repetũt tundendo ali quid malleo, & idem obtundunt & hebetant. Obtundis tametſi, ſynceriuseſt, & melius ſubdiſtiguere, id paues ne ducas, deeſt ob, ut ſit ob id, hoc autem Pamphilo dicit, Tu autẽ ut d. pro ne non ut poſuit, hoc Carino dixit. Atq; iſtuc ipſum ni. pe, ille eñ hoc idem dixerat cum exclamatione, quod quaſi uanum cõtemnit. Me, utrum lætus ſum, an me ſpecta fidei datorem, ut dici ſolet, me habes, me reſpice. Obſecro te quãprimũ libera me. mi. mœtu cum p̃cibus, & tempus admiſcuit, & bene libera. perfecta enim ſecuritas liberatio nominat̃. Hem, ecce demonſtratio eſt facti. Vxorem tibi nõ dat iam Chre. oratorie à ſumma cœpit, cuius partes multis dicent̃. Non dat iam Chre. bene iam, qđ ſi non dixiſſet intelligeret Pãphilus, poſtea Chremetẽ filiam non eſſe datur; ſed addito iam, plena ſecuritas eſt. Iam eñ renunciatio eſt ꝑpetuitatis. Scio, præparatio eſt auditoris ad eam narrationem, quæ oſtendit argumenta falſarũ nup tiarum. Tuus pater modo me prehendit, pro prendit addita aſpiratiõe geminauit ſyllabam. & prehendit dixit. quaſi uitantem ac fugientem. Ait tibi uxo. da. ait proprie, quia contẽnenda dicuntur. Ait tibi uxo. dare ſeſe. h. coniecturam facit ex malis quæ præceſſerunt. Ait tibi uxo. da. ſeſe h. dicit cur primo crediderit ueras, dicturus ſubinde cur falſas. Item alia multa quæ. n. n. &c. bene diſtulit narrationẽ ne audirent Carinus & Birria dolos ſtruere aduerſum uigilantiſſimũ ſenem. Item alia. m. q. n. non eſt. n. l. cõmoda narratio à neceſſarijs tantũ, minas autem ſenis p̃termiſit, ne corrumperet bona quæ nunciabat. Quæ nunc non eſt, argumentum eſt quærere potuiſſe eum qui ſit tertius, nam timor curã parit. Narrandi lo. modo tempus, & ſpaciũ eius. Quæ nunc non eſt. n. l. nõ uult dicere quę minaciter ſecum egerit ſenex, quanquã inſtet nuptijs, ne Carinum Birriamq; de ſpe deijciat. quos uult ſecum admitti, ne uxorẽ Pamphilus ducat. Cõtinuo. a. t. p. uide quantũ properans dixerit. & p̃curro, ut contiuuationẽ curſus oſtenderet. Vbi. t.. in. i. ubi modo nõ eſt aduerbium loci, ſed temporis pro poſtquã. Vbi. t. n. in, i. à ſummo ad imũ diuiſiones, quibus dicta & facta cõtinentur, ſub quorum genere ſunt ſpecies non dictorum, non factorũ cum conſideratione rerum perſonarumq;. Nuſquã deeſt uidi. Forte. i. u. &c. deeſt ſeruũ & recte. dixerat enim, apud forũ modo è Dauo audiui. Ro. negat uidiſſe, mira breuitas & imitanda, Paululum ob. hinc eſt quod ait nimiũ ꝑparce facere ſumptum. Ipſus. t. d. n. mire & moraliter, ex his eñ quæ facta non ſunt dicit quod feciſſe deberet, & de improuiſo nuptiæ ꝓnunciandum. Egomet continuo, & bene continuo, ut ſi ab utroq; hoc fieret, eſſet uera ſuſpitio Daui. Egomet continuo, deeſt dico, uel cõſetudine dictum eſt &c. Egomet, una pars oratiõis eſt Chremem & Chremetem dicimus. Darem & Daretem. Cum illuc aduenio, ſolitudo ante oſtiũ, ſigna ab his quæ ſunt quæ non eſſe deberent. Solitudo ante oſtium, quaſi conuentum, & non nſentientem filium excitat ad gaudium lætitia ſua. Iam id gaudeo. Sic

Virg. Cum uenit aulæis &c. Recte dicis perge, & uultu enunciandum, hoc dicit Pamphilus. Maneo, ne temporis fuerit dilatio. Interea, temporis, loci ſignificatio. Introire neminem, non facti. Exire neminem, quid ſi intus erāt? ideo ait exire neminem. Nihil ornati, archaiſmos, ſic Salu. Ergo ſenati decreto ſeruiēdum ne ſit. Magnum ſi. proprie pro argumēto. Non uidentur cō. à ſequentibus argumentū. Nō opi. Da. ille opiniōe accōmodat tantum, hic multū attribuit coniecturis. Opinor nar. qm̄ argumenta ſunt & coniecturæ opinionē dixit. nam contra opinionē certa res eſt, quæ autem opinamur putamus, quę putamus incerta ſunt. Opinor nar. bene à prima ad ſecundam perſonā. Olera & piſciculos mi. ſufficeret diminutiue piſciculos dixiſſe, quod ſic minutos dixit, & præciū obolo eſſe emptos, quæ eſt ultima nūmorum ſignificatio. Sunt em̄ genera piſcium minutorū quæ magno ueneant præcio. Hic ergo etiā de præcio uiliſſimos piſces ſignificauit. & quod ſic minutos, non omnibus ſed in cœnam ſeni dixit, ut obſonationis oſtenderet cauſſam. Olera & piſciculos, quod ſupra generaliter paululū obſonij, hic ſpecialiter dixit. Etiā puerum inde abiens conueni Chremi. ſic Chremi, ut Vlyxi, ut Achilli. Etiam puerum, etiā pro præterea. In cœnā ſeni. miſere ſeni, cuius eſt maior cura domi. Nullus ſum, ꝓ non ſum, ut alibi nullus dixeris. Quid ita? una pars orationis. Ridiculum ca. pro toto homine, nemo em̄ ore contēpto ex alijs mēbris ſe hominē uelit ſignificare. & eſt ſynecdoche tropus. Quaſi neceſ. ſit ſi huic non det te illam uxo. d. oſtendit. *

* uitioſum hoc eſſe in quo altero ſublato non neceſſario alterū relinquat. Si huic non dat illam uxo. d. hic laborat Dauus queādmodum Philomenam Carinus proprijs laboribus promereatur uxorē. Si hu. nō. d. t. &c. Artificioſe Dauus Carinū excitat, ut ſi fieri poſſit adiuuetur, negocium Pamphili, dum ille ſibi ꝓuidet. Niſi. u. prouides. Ambis, magnarū rerū deſiderium, & appetitus ambitio dicit. Vale, confirmata re à factis, & à perſonis deliberatiua naſcitur.

¶ Quid igitur ſibi uult pater? Hæc ſcena deliberationē continet Daui & Pamphili, & bene igitur, ſi em̄ falſæ ſunt nuptiæ. Quid cogitat ſtomachoſe, & hoc dixit ſibi, ut ille qui uult concurſus ad omnem. Si id. ſcilicet, id ob id, poſt id. Neq; id iniuria, neq; adeo iniuſtus ſibi uidebitur, ut ſe iniuſtitiæ ipſe condemnet. Ad nuptias per. perſpicere eſt ad plenū & perfecte uidere. Tum illæ turbæ, illæ ad terrorē rettulit. Quid uis patiar, hoc eſt patiar me uxorē ducere. Pater eſt Pamphi. hoc uultuoſe ꝓnunciandum eſt, & mire pater dixit, ut ipſo nomine uideatur habere auctoritatem, & ueluti dormitantē, & oblitum poteſtatis paternæ his rebus excitat. Pater Pam. reſiſtere difficile eſt. hæc ſola eſt mulier. Quid uis patiar, ſunt qui quid uis, pro quicquid euenerit intelligant, quia dixerat adeon me ignauū putas, alij pronūciant ut ſit ſenſus, quid me uis facere, an ut hoc patiar uxorē mihi dari. pater eſt neceſſario argumentū, difficile eſt reſiſtere. hoc eſt cōtradicere Pamphilo difficile, pernitioſum

Glycerio

Glycerio. Sola autē, ſine defenſoribus proprijs, & ſola & mulier dixit. Sola, ſine auxilio, ac per hoc deſerta. Difficile eſt. ἀποσιώπησις. deeſt reſiſtere. Dictum ac fa. prouerbiū celeritatis, uel cito dictum ac factum inueniret pro inueniet, cōiunctiuo modo pro indicatiuo uſus eſt, & hęc honeſta locutio. Quamobrem. e. o. callide ad eum periculum ſe conuertit, cui plus amator timet quā ſibi. ideo uincitur ſtatim, apparet autem Dauum mala ſuadere, quia tum caueat Pamphilo, tum cū maxime formidet ſenem. Oppido ex ciuitate. Eijciat, miratur & ſtupet Pamphilus. Cito, illo admiranti, hoc etiam confirmat addidit & tempus celeritatis. Cedo, ſingularis numeri eſt, cætera tempora pluralis tantum, ut ſalue, ſaluete. Dic te ducturum, pronūcia, dic quaſi rem facilem, & nullius præiudicij. Dic te ducturum, hoc eſt quod ab initio nitebatur. Egó ne dicam τό. ego emphaſim habet, hoc eſt, uel quem nō oporteat dicere, uel quem non cōueniat fallere atq; mentiri. Cur non, non interrogat, ſed facilitatem rei oſtendit. Nunquā, plus habet negationis quā non. Ex ea re quid fiat uide, ut ab illa excludar, hac concludar. mire hanc cum pronomine ſignificat dicens ab illa. Illic nec ſexum ſeruauit, ne uxor eſſe uideatur, & ex ferarum translatione cōcludar dixit, ut alibi. Concluſam hic habeo uxorem ſcæuam. Vt ab illa excludar. * nam aliud * infert quod intelligit Dauū dicere. Nempe ſic eſſe hoc dicturum patrē opinor, coniectura atq; diuinatio, an hoc, an illud uenturū ſit. Nempe ſic eſſe opinor à limitatiōe μίμησις. dicit. n. hoc nēpe à poſſibili. Cedò quid obiurgabit, cedò ſingulariter tantū, cætera pluraliter. Hic reddes omnia, hic aduerbium loci non eſt, ſed aduerbiū te[illegible]a, ut Virg. Hic animus gra. atq;. a. m. a. Reddes facies, reſtitues. Cedò qd obiurgabit, ab utili. Incerta ut ſient. hic eſt euentus ſine omī periculo. hoc eſt ſine ducenda Philomena. Nam hoc haud dubium ne conſentiat Chremes filiā dare. Nec. t. ea. cau. m. hæc quæ. f. ne is mutet ſententiā ſuā, nec tu ea cauſſa minueris, hoc eſt quod ſupra id mutauit qm̄ me immutatū uidet. Nec tu ea cauſſa minueris, quia promiſiſti te eſſe ducturū. Ne is mutet ſentētiam Chremes. ſ. ne is mutet, ad conſilium redit. & coniungit euentum. Patri dic uelle te. ut cū ue. ne. bi. in. em̄. ſed ne ſecurus, quod nō ſit Chremes daturus filiam ſuam, parui faciat iram patris, & neget ducere. utpote fretus neminē alium ſibi cōmiſſurum cōiugem. Nam quod tu ſperas, ſunt qui ſperas pro timeas habeant. Nam quod tu ſperas, illam daturum. Propulſabo, hoc eſt eam inanem eſſe mōſtrabo. i. oſtendam nihilominus te eſſe ducturum aliam uxorem, etiam ſi hanc non duxeris. Propulſabo, eleganter pro id quod eſt repellam. Vxorem his moribus. deeſt aliquid, ut ſit his moribus agenti aut his moribus ꝑdito. Vxorem his moribus dabit nemo, ne alteram quærat. Inueniet inopem. inueniet inopem, ſed ne inopem quærat, inueniet inopem, ſunt qui dici putant, inueniet inopem potius quā te corrumpi ſinat. Sed ſi te æquo animo ferre acci-

re accipiet negligentem feceris, hoc eſt etiã in paratis nuptijs. Alia ocio= ſus, ex ocio, hoc eſt ſecurus. Interea aliquid, mortem patris adoleſcentis in delicto pro bono ſeruo oſtendit. Acciderit, & ad cauſſam refertur, & certe quia mortem patris bonũ denunciat. Nota acciderit etiã pro bo= no, & adhuc, & apud ueteres frequentatũ. Haud dubiũ id quidem eſt, plus intulit quã interrogatus ſit. Vide quo me inducas. in eadem trans= latione permanſit, quia ſurſum dixit. Hac concludar. bona œconomia ut mox iſte ſuccenſeat Pamphilus Dauo. Quin taces, cur non ſecurus ſi= gnificat, nam nõ tacere ſecurũ eſſe dicitur, ut in Adelphis, Tace egomet cõueniam. & ideo ille ut conſentire dicenti tacens uideretur, ait dicam. ut ſcias illum non ſilentium ſed ſecuritatem imperaſſe. Quin taces, cor= reptio eſt ſilentiũ præcipientis de eo duntaxat Carino ne timeat de nup tijs. i. eſto ſecurus. nam non tacere ſecuri eſt. Puerum autem ne reſciſcat, uidetur hoc illi contrariũ eſſe quod dixit, quicquid pepiſſet. d. t. ſic er= go ſoluitur quod ibi ſeruus cum ſtomacho dixit, hic tantũ Pamphilum uerecunde locutum accepimus. Puerum autem ne reſciſcat, aut diuinat, aut puerum pro quolibet etiã ſexu ſobolem, hoc eſt fœtũ, ut quicquid peperit decreuerunt. i. ut græci puerum παίδα. Home πριαμοιότε παίδεσ. & Hora. Dicã & Alcidẽ, puerosq; Lædę. Cautio eſt, cautione eſt opus, hoc eſt cauendum eſt. Nam. p. ſ. ſu. promiſſio, & cautio, & pol licitatio eandem uim habẽt, ſed pollicitatio maioris aſſeuerationis eſt. Hanc. ſ. ordo eſt, ut cum hanc fidem ſibi darem me obſecrauit, qui ſciret non deſerturũ ſe. Curabitur, non curabo, ſed imperſonaliter cum diffi= cultate, quod quaſi arduum & graue oſtendit.

ACTVS SECVNDI SCENA TERTIA.

Trimetri iambici.

SIMO. DAVVS. PAMPHILVS.

REuiſo quid agãt, aut quid captent cõſili.
D. Hic nunc non dubitat, quin te ductu-
rum neges,
Venit meditatus alicundè ex ſolo loco,
Orationem ſperat inueniſſe ſe,

Qua

Qua differat te, proin tu face apud te ut ſies.
P. Modo ut poſſim. D. crede mihi hoc, inquã, Pamphile,
Nunquam hodie tecum commutaturum patrem
Vnum eſſe uerbum, ſi te dices ducere.

REuiſo quid agant, aut quid captent conſilij. hæc ſcena nondum iniecit erroris fabulæ, & periculum comicum, facit etiam executionem cõſiliorum. Reuiſo. quid. a. aut quid. c. cõ. Quid agant, auribus opus eſt. Quid captent prudentia & ſagacitate, & quod ſupra dicit nõ pœnituit idem repetere, obſerues filiũ quid agat cum illo. quid conſilij captet, quod em̃ prudenter dictum fuerit, nõ piget repetere. Actio tm̃ ex his tribus cõſiſtit, cogitando, dicendo, gerẽdo. Reuiſo, redeo ut uideam. Quid agãt, quid reſpondeant, quid dicant. Hic nunc non du. non dixit ſenex, aut pater, ſed hic cum odio, qm̃ animo aduerſo loquitur. Ex ſo. lo. ſolo, deſerto. ubi meditari facilius poſſit. Et orationẽ dixit, quod quaſi ad plenum cogitari potuiſſet, quippe meditatus alicunde. Ex ſolo. lo. Menãder potens uenit meditatus alicunde, terror obiurgaturi patris, hortatio eſt ad promittendum Pamphilo quod iubetur. Qua dif. diſturbet, & in diuerſum ferat. Virg. Atq; arida. c. d. n. & in Adelphis. Me miſerã differor doloribus, hoc eſt in diuerſum rapit, diſſipat. Proin tu fac apud te ſies, ne nõ timeat cauet Dauus, ſed ne amore à conſilio ſuo alienet Pam. Apud te ſies, præparatus, cui contrariũ eſt non ſum apud me. Modo ut. p. da. ut pro ne non. Modo ut. p. à poſſibili. Poſſim apud me eſſe. Nunquã. h. ab utili conatu. Nunquã plus aſſeuerationis habet quàm non, ut Virg. Nunquã omnes homo. inulti. Cõmutaturꝝ. p. iurgium habiturũ, hoc eſt enim uerba mutare. Commutaturꝝ, altercaturum. Sic in Phor. Tua non mutabis uerba inter nos hodie, hoc dabis atq; accipies. i. iurgabis. Ego puto cõmutare uerba hoc eſſe, pro bonis dictis mala ingerere, hoc eſt iracundia in maledicta compelli.

ACTVS SECVNDI SCENA QVARTA.

Senarij ut ſuperiores.

H BIRRIA

BIRRIA. SIMO. DAVVS.
PAMPHILVS.

HErus me relictis rebus omnibus, iuſſit
Pamphilum
Hodie obſeruare, ut quid ageret de
nuptijs
Scirē, id ꝓpterea nunc huc uenientē ſe-
Ipſum adeò præſto uideo cũ Dauo, hoc agam. (quor.
S. Vtrumq; adeſſe uideo. D. Hem ſerua.
S. Pamphile.
D. Quaſi de improuiſo reſpice ad eum. P. hem pater.
D. Probe. S. hodie uxorem ducas, ut dixi, uolo.
B. Nunc noſtræ parti timeo, quid hic reſpondeat.
P. Neq; iſtic, neq; alibi tibi uſquam erit in me mora. B. hem
D. Obmutuit. B. quid dixit? S. facis ut te decet.
Cum iſtuc quod poſtulo, impetro cum gratia.
D. Sum uerus? B. herus quantum audio, uxore excidit.
S. I iam nunc intrò, ne in mora, cum opus ſit, ſies.
ἐπιφώνημα. P. Eo. B. nullane in re eſſe homini cuiquam fidem?
Verum illud uerbum'ſt, uulgo quod dici ſolet,
OMNES ſibi melius malle eſſe, quàm alteri.
Ego illam uidi uirginem, forma bona
Memini uidere, quo æquior ſum Pamphilo,

Si ſe

Si ſe illam in ſomnis, quàm illum amplecti maluit.

Renunciabo, ut pro hoc malo, mihi det malum.

HErus me relictis rebus omnibus.p. Vide quã mire eum omnes conſulto conſilio ſibi agere uideatur, tamen omnes rerum exitus inopinato ludificantur. Herus me.r.r.o. Ad hoc ueniet Birria, ut in mœrore conculcet Carinũ, & in hac ſcena quattuor perſonæ ſine implicatione intellectus loquuntur. Herus me.&c. imponitur manus rebus, cum perficit id quod cœpit, ut Virg. Imponit regina manũ. Relinquuntur uero res cum im pfecte dimittunt. Item Virg. Atq; opera in medio defixa.r.a. Pamphilũ hodie obſeruare. Obſeruatio duplex eſt, uel captionis, uel obſequĳ. Herus me &c. adeo p̃poſuit hoc negocĳ rebus omibus. Id propterea nunc hunc.u.ſ. neceſſe aut alterũ eſſe ſuperuacuũ aut propterea poſt accipiendum. Hoc agam, in geſtu eſt, nam eſt figura corporis obſeruantis quid agatur. Vtrunq; adeſſe uideo, & Dauum & Pamphilum. Quaſi de improuiſo reſpice ad eum, intereſt eius qui repẽte aſpexerit, nam uidebitur nihil doloſe locuturus, ut reſpexit ad urbẽ, quaſi dixit de improuiſo.r. ad eum, ſcilicet ne meditata intelligat habuiſſe conſilia. Hodie uxorẽ.d.u.d.u. nolo & uolo nimis imperioſa & ſuperba dictio eſt, ut alibi. Piſces cæteros purga. ....&c. Nunc noſtræ ti meo parti.q.r. In me mora, recuſantis eſt magis quã uolentis conſenſio ea ſegnis ac tepida, ſi penitus conſideres, Hem. [illegible]rculſus hoc dicto Birria interiectione magis quã uerbo exclamauit. Cum iſtuc quod poſtulo impetro, nimis obſequenter locutus eſt pater, & poſtulo pro iubeo, & impetro pro extorqueo, poſtulo iuſte uolo, petimus eñ quæ p̃cario, poſcimus imperioſe, poſtulamus iure. Quid dixit? nota Birriæ perſonam quartam, ſed non admixtam, impetro pro cum impetrem. Herus quantum.a.ab.u.ex. cadere ſpe dicũtur qui leuati animo à ſummo ad inferiora labuntur. Vxore hoc eſt matrimonio ac nuptĳs. Sum uerus.i. ueridicus, ut falſus pro falſidicus. Vxor excidit, quod græci dicunt. * *
Nulla in re eſſe cuiq; hominũ fidem, non in nullis terris, ſed ne in terris neq; in pſona, ut Virg. Nuſquã tuta fides, & in amore fracta eſſet ab eo quem ſubĳſſet.b.c.&c. Alibi Teren. Cuius tu fidem in pecunia perſpexeris uereris ei uerba credere? ubi quid mihi nihil eſſet hic ad rem perſpexerit. Verum illud uerbum eſt, id prouerbiũ & ſententia, & ſic ueteres uerbum pro ſententia. Omnes ſibi malle melius quã alteri, ſic alibi, Proximus ſum egomet mihi. Ego illam uidi.u.f.b. hic corrigitur à poeta qnod per iracundiã dixit pa. Aliquid monſtri alunt. Memini uidere, & memor ſum me uidiſſe, aut memini uidere, & non uidere, hoc eſt in-

 telligo,

telligo,ſcio,aut memini quod uiderim,memini uidere pro uidiſſe.Ennius.Memini me quã fieri pauidũ,alibi ſic memini uidere,noui ꝓbare. Forma bo.diſtinguit.Quo æquior,quo hoc eſt quare æquior Pamphilo,beniuolentiã non iratus uel minus iniquus.Sic ſe illam in ſomnis,per noctem ait Virg. Libra die ſomniq́; pares.u.f.h. ut Plau. Miris modis ludos faciunt hominibus,mirisq́; exemplis omnia in ſomnis. Det nunc quia uulgo dicitur cum illa manere,cum illa dormire,alij in ſomnis uigilans ſed melius per noctem.

ACTVS SECVNDI SCENA QVINTA.

Trimetri Iambici,& unus ſeptenarius.

DAVVS. SIMO.

HIc nunc me credit aliquã ſibi fallaciam
Portare,& ea me hic reſtitiſſe gratia.
S. Quid Dauus narrat? D. æque quicquam nunc quidem.
S.Nihil ne? hem.D.nihil prorſus.S.atqui expectabam quidem.
D.Præter ſpem euenit,ſentio,hoc male habet uirum.
S.Potin' es mihi uerum dicere?D.nihil facilius.
S.Num illi moleſtæ quippiam hæ ſunt nuptiæ,
Propter hoſpitæ huiuſce conſuetudinem?
D.Nihil hercle,aut ſi adeo bidui,aut tridui eſt
Hæc ſolicitudo,noſtin'?deinde deſinet.
Etenim eam ſecum rem recta reputabit uia.

S.Laudo

S.Laudo.D.dūm licitum eſt ei,dumq; ætas tulit,
Amauit:tum id clam,cauit ne unquam infamiæ
Ea res ſibi eſſet,ut uirum fortem decet.
Nunc uxore opus eſt,animum ad uxorem adpulit.
S.Subtriſtis uiſu’ſt eſſe aliquantulum mihi.
D.Nihil propter hanc rem,ſed eſt quod ſubcenſeat.
S.Quid nam’ſt?D.puerile’ſt.S.Quid eſt?D.nihil.
S.Quin dic,quid eſt?
D.Ait nimium parce facere ſumptum.S.me ne?D.te.
Vix,inquit,drachmis obſonatus eſt decem:
Num filio uidetur uxorem dare?
Quem,inquit,uocabo ad cœnam meorum æqualium
Potiſſimum nunc?& quod dicendum hic fiet?
Tu quoq; perparce nimium:non laudo.S.tace.
D.Commoui.S.Ego iſtæc recte,ut fiant.uidero.
Quid nam hoc rei’ſt?quid nam hic uolt ueterator ſibi?
Nam ſi hic mali’ſt quicquam,hem illic eſt huic rei caput.

HIc nunc me.c.a.ſ.Hæc ſcena dolos cōtinet utriuſq; perſonæ,quibus utraq; capit,& capit miro modo Hic nunc me.c.a.ſ.Dauus ita uidetur loqui, ut nullus ſpectator audiat,ſed hoc ait ut uelit audiri à ſene. Gratia, gratia ueteres pro cauſſa ponebant. Quid Dauus nar.uidetur illi blādius locutus eſſe. Aeq; quicquā nunc quidem,bene quidē, ſimiliter nunc nihil,ut paulo ante cum dixit.Id populus curat.ſ.Aeq; quicquā nūc qui,hoc eſt nihil. Nihil ne hem,hem interiectio eſt irati aduerſus eum qui negat ſe aliquid locutū eſſe ,ſimul quid ſit æq; quicquā nunc quidem ſenex

* explicandum dat:Nihil,& eſt * antiquoꝝ pro nihil.Nihil
prorſus.i.neq; prorſus.nihil prorſus dicit in quo nulla eſt ambiguitas,
& eſt confirmatio negantis. Atqui expectabã quidem, expectamus tã
bona quã mala,ſperamus bona.Præter ſpem euenit,præter pro cõtra,
ut præter ætatem tuam. Hoc male.h.ui. ironicos uirum dixit defeſſum
ſenem,modo em̄ uirum iculariter dixit. Virum,ad uituperationẽ cum
ironia,ad laudem modo ſumitur ironia. Potis ne mihi.u.d. interdũ po-
tis ne pro potis,ut Virg.Nec potis ironios.f.æ.ſ.& deeſt illi. eſt em̄ no-
men potis & facit potis potior potiſſimus. Num illæ moleſtæ.q.h.n.ſ.
quidpiam ſignificationẽ minimæ rei. Propter huiuſce hoſpitæ conſue-
tudinem,hæc omnia pro nominibus bene mollita ſunt,etenim attrocia
ſunt,ſi cum ſuis nominibus nuda ponãtur. Huiuſce hoſpitæ,non mere-
tricis, & conſuetudinem,non amorem dixit,ita omnia extenuat ut Da-
uus audeat confiteri. Aut ſi adeo bidui eſt aut tridui,bene ait ſi adeo,ne
ſi omnino negaret,cur igitur triſtis eſt ille diceret.Sollicitudo,propter
turbationem.Noſtin.d.d. in ſignificationẽ multorum quæ compendio
facimus noſtin dicimus. Eam rem re.uia retractauit,quia putare pur-
gare eſt,unde & arbores & uires putare dicimus. Via,cõſilio,ratione,
Laudo,ſenex inducitur & credit.Dum li.eſt ei per te, hoc eſt dum tu ꝑ-
miſiſti, & mire hic utitur uerbis ſenis, ipſe em̄ ſupra dixit,dum tempus
ad eam rem &c. dum ætas tulit, dum eſſet ætas immatura nuptijs.Tu-
lit,duo ſignificat,attulit & abſtulit,paſſus eſt,& pertulit.Dum licitum
eſt ei.ſic & placitum,& puditum dicebant,quę nos placuit,puduit. Tũ
id.c.c.bene clam, quia nunc liquido apparet & Pamphilũ uoluntatem
ꝓpoſitumq; mutaſſe.Tum id.c.c.ne unquã infamiæ ſibi eſſet,mire uti-
tur ſenis uerbis,ipſe em̄ ſupra dixerat,dum tẽpus ad.e.r.&c.Nunc uxo
re opus eſt.a.a.u.a.quaſi denunciatione quadam neceſſitatis ſeni impo
ſitæ,& bene appulit quaſi ab iactatione fluctuũ marini æſtus.has enim
tempeſtates habet amor,& ſic dixit ad uxorẽ animũ appulit , ut ſupra
animũ ad.ſ.a.Subtriſtis.u.e.&c.ſub temperamẽtum eſt plene & ꝓnun
ciationis,ut ſubridet,non ad plenũ triſtis aut ridet,ut confeſſionẽ elice-
ceret. Subtriſtis.u.a.m.mire ſeruatũ eſt in adoleſcente libero & in ama
tore,nam & honeſto iuueni non cõgruebat uerſipellis uultus,& in ama
tore abſurdum fuerat ingeniũ celare,triſtitiã. Itaq; nec ad plenũ triſtis
fuit,quia dixit occultanda res erat,nec gaudiũ fuerat,quia ingenium &
amatoris neceſſitas in triſtitiã retrahat:Sed eſt quod ſuccenſeat tibi,qđ
ille à ſummo ad imũ appoſuit,hic cauſſæ deriuationẽ oppoſuit. Quod
ſuccenſeat tibi,ſuccenſere potioris eſt, ſuccenſere in re graui & iuſta ira
ſci.Puerile eſt, apparet Dauũ nunc quærere quid reſpondeat, & ad quã
cauſſam deriuet auerſa ſuſpitione triſtitiã Pamphili quã animaduer-
tit ſenex.Puerile eſt.nihil eſt,utrum magis ideo ſuſpendit ut ſenex audi
ri deſideret, an quia necdum cõmentus eſt cauſſam contra rependendã
ꝓpoſitioni ſenis. Nihil eſt,uidetur inuenire nõ poſſe. Ait nimiũ ꝑparce
facere

facere ſumptum, mirum ipſum dicere ueluti fecit, & nimiũ perparce facere ſumptum, pepercit ne diceret ſordide, & ꝑturbati inditiũ eſt, quia ſeipſum pro nomine poſuit. Meorum æqualium. p. æqualium ætate, potiſſimũ dignitate, etenim potis. tior, tiſſimus facit. Nunc & quod dicendum hic ſiet, bene hic ubi non ſit adoleſcens. Tu quoq; perparce, bene quoq;. q. d. cum ille peccet quod pueriliter ſuccẽſeat. tu quoq; peccas ꝑparce nimium faciẽdo ſumptũ. Tu quoq; perpar. n. & ꝑparce & nimiũ, cum unum ſufficeret, nimiam uituperat: onẽ inducunt. perparce ẽm & nimium uituperationis eſt, ut nequid nimis. Non laudo, quia perparce, & quia nimiũ, nam parce agere ludis, nimiũ peccati. Nõ laudo, magna moderatione nõ laudo dixit potius quã reprehendo uel uitupero. Commoui, ideo cõmoui, quia argumẽta dixit ſenis quibus prodit modo eſſe ueras nuptias. Commoui. ſupra ſollicitaui dixit, modo cõmoui, & cõmoui dixit apud ſe, ut ſpectator audiat non ſenex. Quidnam hoc rei eſt? uerba ſunt ſecum cogitãtis ſenis aut de ijs quæ nũc locutus eſt Dauus, aut de aduentu mulierum quæ in ſcenã ueniant. Quidnã hoc eſt rei? pulſatus eſt ſenex argumento falſarum nuptiarũ, paululum obſonij tanq; ſe illuderet Dauus. Quidnã hic uult ueterator ſibi? Veterator eſt uetus in aſtutia, & qui una re callidus, & hi duo uerſus oſtendunt pulſatũ eſſe ſenem ex argumento falſarum nuptiarũ illo argumento, quod ait paululum obſonij, tanq; ſe illuderet Dauus. Sunt ergo uerba ut diximus ſecum cogitantis ſenis, aut de his quæ nunc Dauus locutus eſt, aut de aduentu mulierum, quę in ſcenã ueniunt modo. Nã ſi hic eſt mali quicq; ſi promiſſa non complerit Pamphilus. Illic eſt huic rei caput, caput eſt origo & ſumma uniuſcuiuſq; rei. ut Virg. O Latij caput horũ & cauſſa malorum.

ACTVS TERTII

SCENA PRIMA.

Verſus eiuſdem rationis.

MYSIS. SIMO. DAVVS. LESBIA. GLYCERIVM.

ITa pol quidem res eſt, ut dixti Lesbia,
Fidelem haud fermè mulieri inuenias uirum.
S. Ab Andria’ſt ancilla hæc, quid narras? D. ita’ſt.
M. Sed hic Pamphilus. S. q̄d dicit? M. firmauit fidē. S. hem
D. Vtinam aut hic ſurdus, aut hæc muta facta ſit.
M. Nam quod peperiſſet, iuſſit tolli. S. ò Iupiter,
Quid ego audio? actum’ſt, ſi quidem hæc uera prædicat
L. Bonum ingenium narras adoleſcentis. M. optimum.
Sed ſequere me intrò, ne in mora illi ſis. L. ſequor.
D. Quod remedium nunc huic malo inueniā? S. quid hoc?
Adeon’ſt demens ex peregrina? iam ſcio, ah
Vix tandem ſenſi ſtolidus. D. quid hic ſenſiſſe ſe ait?
S. Hæc primum adfertur iam mihi ab hoc fallacia:
Hanc ſimulant parere, quo Chremetem abſterreant.
G. Iuno Lucina fer opem, ſerua me obſecro.
Si. Hui, tam cito? ridiculum, poſtquam ante oſtium
Me audiuit ſtare, adproperat, non ſat commode
Diuiſa ſunt temporibus tibi Daue hæc? D. mihin’?
S. Num immemor es diſcipli? D. ego, quid narres, neſcio.
S. Hiccine me ſi imparatum in ueris nuptijs

Adortus

Adortus eſſet, quos mihi ludos redderet?

Nunc huius periclo fit, ego IN PORTV NAVIGO.

ITa pol quidem res eſt ut dixti Lesbia. In hac ſcena nouo modo ceſſante Dauo fallitur Simo per nimiam ſagacitatem ſuam, ſimul in hac ſcena id agit poeta, ut ad nuptias faciendas magis accēdatur Simo, & quadā induſtria quædam agit uelut caſu eueniant, ut nunc ſuſpitio ſenis. In multis œconomia comicorū poetarum ita ſe habet, ut caſu putet ſpectator ueniſſe quod cōſilio ſcriptorum factum ſit. Ita pol quidē res eſt ut dixti Lesbia. hoc ſermone quem habent ingrediētes ſcenæ apparet principium, quod em̄ auditur, nō quod incipitur initiū dicunt. Ita pol q. r. e. ut, ꝓductio eſt narratiua ad explendum modo potius iuſiurandum, & dixti & dixiſti legitur. Fidelem. a. f. fidelem maluit quā fidum dicere, Fidum em̄ honeſtius dixiſſet. Ferme pro facile poſuit, & ferme facilitatem ſignificat, quia ſunt uerba extenuationis. Inuenias uirum, ſecunda pro tertia perſona poſuit, pro inueniat, quis uel inuenire poſſit ut Virg. Migrātes cer. to. ex urbe. r. Ab Andria hęc an. eſt, ſimpliciter dixit. Ab Andria eſt pro Andriæ eſt, nam & uſu ſic dicere ſolemus, ergo ab Andria eſt, hoc eſt Andriæ fauet, Andriæ eſt ergo, ut cum dicimus ab illo eſt, hoc ſignificamus illi faueo, illi accōmodo ſuffragium. Sed hic Pam. ſemper ſed contrariæ ſententiæ ſignificatio eſt, & b . ne hic ut oſtendat de illo fuiſſe ſermonem. Hem interiectio eſt accipientis uerba & admirantis. Vtinā hic ſur. comice & facete, aut hic ſurdus ne audire poſſit. Aut hæc. m.. f. ſ. ne poſſit dicere. Aut hic. ſ. aut hæc. m. f. Syllepſis ꝓ genera. Iuſſit tol. hæc eſt fides ſuſcipi filios legitimos faciunt partus, & ſublatio matris eſt, patris tollere. Iuppiter quid. e. a. bene rurſum abducitur ad deſperationē ſenex Myſidis uerbis. Actum eſt in ſumma rerum deſperatione ponitur actum eſt. ſ. periſti, hæc res ſecundū ius ciuile dicitur, in quo cauetur ne quis re acta apud iudices repetat, ſic ipſe in Phormione. Actum em̄ aiūt ne agas, Bonū inge. n. a. ingeniū naturam. Quid hoc ſecum ſenex * deeſt em̄ rei eſt. Demens ex. p. per apoſiopeſin acta cogitanti. Reliquū ſic pronūciat quaſi repertū conſilio, & bene adeo quia demens eſt quod amat. Ex pere. i. ex meretrice. Mulieres em̄ peregrinæ inhoneſtæ ac meretrices habebant, ſic ipſe alibi, Samia mihi mater fuit. ſ. e. h. r. & ſeruus poteſt tacere, hoc quidem poteſt hanc meretricē habuiſſe matrem ueriſimile eſt. Ex pere. ἀποσιώπησις deeſt em̄ ut filium ſuſcipiat, aut aliqd tale. Vix tam. ſ. ſt. pulchro colore inducto poeta oſtendit nō minus falli ſuſpitioſum quā qui ſtultus eſt, huic em̄ ueritas fallacia uidetur, dum ni *

ACTVS TERTII

SCENA SECVNDA.

Trimetri & tetrametri Trochaici, & unus dimeter catalecticus, & pentameter alter.

LESBIA OBSTETRIX. SIMO SENEX. DAVVS SERVVS.

ADhuc Archillis, quæ adſolent, quæq; oportet
Signa ad ſalutem eſſe, omnia huic eſſe uideo. (de
Nunc primũ fac iſtæc ut lauet: poſt dein-
Quod iuſſi ei dare bibere, & quantum imperaui
Date, mox ego reuertar.
Per ecaſtor ſcitus puer natu'ſt Pamphilo:
Deos quæſo, ut ſit ſuperſtes, quandoquide ipſe'ſt ingenio bono,
Cumq; huic ueritus eſt optumæ adoleſcenti facere iniuriã.
Si. Vel hoc quis non credat, qui norit te abs te eſſe ortum? D. quid nam id eſt?
S. Non imperabat coràm, quid opus facto eſſet puerperæ:
Sed poſtquam egreſſa'ſt, illis quæ ſunt intus, clamat de uia
O Daue itan' contemnor abs te? aut itane tandem idoneus
Tibi uideor, quem tam aperte fallere incipias dolis?

Saltem accurate, ut metui uidear, certe ſi reſciuerim.

D. Certe hercle nunc hic ſe ipſus fallit, haud ego.

Si. Edixin' tibi?

Interminatus ſum ne faceres? num ueritus? quid retulit?

Credon' tibi hoc, nunc peperiſſe hanc è Pamphilo?

D. Teneo quid erret, quid ego agam habeo. Si. quid taces?

D. Quid credas? quaſi non tibi renunciata ſint hæc ſic fore

S. Mihin' quiſquã? D. Eho an tute intellexti hoc adſimulari? S. irrideor.

D. Renunciatum'ſt, nam qui iſtæc tibi incidit ſuſpectio?

S. Qui? quia te norã. D. quaſi tu dicas: factũ id cõſilio meo.

S. Certe enim ſcio. D. Non ſatis me pernoſti etiam qualis ſim Simo.

S. Egò ne te? D. ſed ſi quid narrare obcepi, continuo dari

Tibi uerba cenſes. S. falſo. D. itaq; hercle nihil iam mutire audeo.

S. Hoc ego ſcio unũ, neminẽ peperiſſe hic. D. intellextin'?

Sed nihilo ſecius mox deferent puerum huc ante oſtium.

Vbi ſentit ſeni nondum perſuaſum hanc parere, adfirmat ſeruus eã parere & ta=

Id ego iam nunc tibi renuncio here futurum, ut ſis ſciens:

Ne tu hoc poſterius dicas Daui factum conſilio aut dolis.

Prorſus à me opinionem hanc tuam ego eſſe amotam uolo

S. Vnde id ſcis? D. Audiui & credo. S. Multa concurrunt ſimul,

Qui

Qui coniecturam hanc nunc facio: iam primum hæc ſe è
Pamphilo (det
Grauidam dixit eſſe, inuentū eſt falſum: nunc poſtquā ui-
Nuptias domi apparari, miſſa'ſt ancilla ilico
Obſtetricem adcerſitum ad eam, & puerū ut adferret ſimul
D. Hoc niſi fit, puerum ut tu uideas, nihil mouentur nuptię
S. Quid ais? cum intellexeras id conſilij capere, cur nō dixti extemplo Pamphilo?
D. Quis igitur eum ab illa abſtraxit, niſi ego? nam omnes nos quidem
Scimus quàm miſere hanc amarit: nunc ſibi uxorē expetit.
Poſtremo, id mihi da negocij: tu tamen has nuptias
Perge facere, ita ut facis: & id ſpero adiuturos deos.
S. Imò abi intro, ibi me obperire, & [illegible] parato opu'ſt, para.
Non impulit me, hæc nunc omnino ut crederem,
Atq; haud ſcio, an, quæ dixit, ſint uera omnia:
Sed paruipendo. illuc mihi multo maximum'ſt,
Quod mihi pollicitu'ſt ipſus gnatus. nunc Chremem
Conueniam, orabo gnato uxorem, ſi impetro,
Quid aliâs malim, quàm hodie has fieri nuptias?
Nam gnatus quod pollicitus eſt, haud dubium'ſt id mihi,
Si nolit, quin eum merito poſſim cogere.
Atq; adeo in ipſo tempore eccum ipſum obuiam.

mē ita narrat, ut opinionē ſeni faciat, ſimulari partum.

ADhuc Archillis quæ aſſolent quæq; oportent. In
hac ſcena ſpectat quã ſcite expreſſa ſit conſuetu-
do medici, uel medicæ egredic̃tis de ægri domo.
Nam ueniens de negocijs eius loquitur, abiẽs de
* morbo, & hæc ſunt præter *
quæ dicuntur. * Adhuc Ar. quæ ſicut
ueteres ſcribebant, adhuc quando incerti futura-
rum rerum ex præſentibus rebus firma intima-
bant, quod eſt genus certiſſimæ promiſſionis &
cautæ. Adhuc Ar. &c. medicina autẽ in ratione,
aut in cõſuetudine, aut in exẽplis. Aſſolent ergo conſuetudinis eſt, opor
tent rationis. Signa eſſe ad. ſ. deeſt hærentia, aut pertinentia, ſic in Heau-
tontimorumenon. Atq; hæc ſunt ad uirtutẽ omnia, ergo abſolute dixit,
ut deſit aliquid tale. Vnde & nos dicimus. Quid ad rem, uel quid ad me
Nunc. p. ſ. &c. imperitie notantes Menandrum aut Terentiũ ipſi ultro
* imperiti inueniũtur. nam & ille * dicens à cõſuetudi-
ne non receſſit, ut cum lauiſſe ſe ait, non lauiſſe à parte totum ſignificet,
ſed Terentius propius ad ſignificationẽ acceſſit iſta dicendo, ne puden-
da nominaret, & ſunt qui adhuc Archillis correctionẽ eſſe nimiũ ſolli-
citæ nutricis putent, quod ego nõ probo. Faciſtæc ut. l. iſta quę ex puer-
perio ſordebant, quidam iſtam, ipſam puerperã dicunt, ſic eñ & Menã-
* der. * ſed imperitiæ accuſantur, qđ non con-
tinuo ſolent poſt puerperiũ lauare ſed diebus omiſſis. Quod. i. date bi-
bere, & quantũ imperaui date, conſuetudine magis quã ratione dixit,
pro date ei optionem, Lucil. in. ſ. date bibere ſummo. Date bibere, nã
duo uerba unà coniuncta nullã habent ſignificationẽ ſine nomine. aut
pronomine, ut ſi dicas, dic facere. Quod iuſſi, date ei bibere, & quantũ
imperaui, & qualitatem & modum rei dixit. Quod iuſſi date bibere, &
quantum. im. mox huc redeo, ut auctoritatẽ & iactantiam medicorum
imitetur dicendo, Quod iuſſi nõ ſufficiebat, ſed etiam imperaui dixit, ſi-
mul hæc ſolent medici ꝓmittere, ut frequenter. Mox. e. h, r. ſcitus puer,
ſatis obſtetrici eſt adhuc incertum qualẽ dicat, atq; ut ita dicam à matre
ſanguinolẽtum non pulchrũ, quod ipſum nimiũ uideretur cito dicere,
ſed ſcitum pronunciat, ideo ſubauditur ut operæpreciũ maius accipiat.
Per ecaſtor, per Caſtorem, & Pollucem ornatiua ſunt iurandi apta fœ-
minis, & natus è Pamphilo dixit, ut Virg. Quem Dardanio Anchiſę. r. ſ.
ſ. a. u. Scitus, elegans puer, pulcher, quẽ græci ὡρᾶιος dicunt, quod eñ
qui ſunt hoc ſcitum & pulchum, & eſt diereſis, nã ordo eſt perſcitus eca-
* ſtor, ut in hoc ꝑ pol, quã per paucos. * ut ſit per quã paucos.
Deos. q. ut ſit. ſ. alias ſupſtites, ſuperſtites ſunt ſenes & auus, quia ſenes
multis ſuperſtites ætate delirant, unde & ſuperſtitioſi, qui deos timẽt ni-
mis, quod ſignũ eſt delirantis, ſuperſtes nũc ſaluus. Quãdo. q. i. eſt. i. b.

quãdo

quando & cum interdum ſunt cauſales, & quando pro quoniã intelligimus. Quandoquidẽ ipſe tranſit à puero ad ipſum Pamphi. Vel hoc quis non credat. Ironia eſt, uel modo non eſt diſiunctiua coniunctio, ſed pro etiam poſita, ut apud Virg. Vel Priamo miſerãda manus. t. p. d. & bene uel hoc, ſubaudias exceptis illis quæ rẽphendit ſupra. Abs te eſſe natum, & ortum legitur, ut ſit inſtructum cõmentum & compoſitum. Non imperabat coràm, coràm ad certas perſonas refertur, ad omes palam. Quid. o. eſt. f. etiã imperatiue dicitur. Opus facto eſſet p. datiuus caſus eſt, ut ſit ipſi puerperę coràm imperaret. Quid facto opus eſt? ſic em̃ dicimus. quid uis tibi faciã. Puerperæ. omis quæ peperit puerpera dicit. * & non quod puerũ ſed quod filium, puerpera dicta apud ueteres, puer puellus, puera puella. Illis quæ ſunt intus clamat de uia, argumentũ ex eo quod non factum eſt cum fieri oportuerit, & ex eo quod eſt factũ, cum fieri non oportuerit. Clamat de uia, mire clamat q. d. maluit clamare quã ſine labore imperare. O Daue itán contemnor hoc eſt uſque adeo ne ita contemnor, ualde contemnor. Temnor autem græcum eſt. i. cædor & reiicior, nam ueteres τεμνο dicebant ſine ꝓpoſitione. Ita ne tandem, indignatio eſt ad exiſtimationẽ reuocantis eum dicta uel facta quo continẽtur quis. Idoneus, aptus & huic rei natus. * Aperte fallere. * cito fallere & aperte. Saltẽ accurate, & mire ſaltem quod ponitur in deſperatione rerum, primo em̃ fuerat hortatus Dauum ut nõ conaretur fallere, ſaltem accurate, zeuma à ſuperiore. Fallere incipias, aut certe ſyllepſis, fallere incipias. Certe ſi. r. & utrum pro cum reſciuerim, an quia ſtultum me putas. Certe her. n. hic. f. f. h. e. hoc ita dicitur ut audiat ſpectator nõ ut Simo. Edixin tibi, intermi. ſum ne id fa. hinc illud reddit. Edico tibi ne temere facias, interminatus ſum ne faceres, ꝑ minatus ſum. Plau. in Aulularia, interminet ſola ſibi. Num ueˈes? ueretur liber, metuit ſeruus, & deeſt es, apta eclypſis iraſcẽti. alibi Non ſimulantem meã reuereri. Quid retulit credon tibi hoc nunc. peperiſſe hanc è Pamphilo retulit, profuit, uel interſuit & producit re ſyllabam, & eſt ſenſus, ſic cõtempſiſti, quaſi non tibi cõminatus ſim. Teneo quid er. & quid agam habeo, hoc dixit nõ ut Simo ſed ut ſpectator audiat, hoc deniq; ſenex probat dicẽs, Daue quid taces? & quid agam habeo, & quid reſpondeam ſcio. Quid cre. quaſi no. r. h. propter quid, aut propter quã rem, aut quomodo, aut propter quid credas, repetit uerbũ eius quod ait, Credon, quare adiuuãdum ꝓnunciatione eſt. Quaſi ti. nõ re. nunciata compoſitũ pro ſimplici. Mihi quiſquã, fauet ſibi ſenex in eo quod ſe uult perſpicatiorẽ uideri. Eho an tu te, eho modo interiectio eſt admirantis. aliàs ad ſe uocantis. ut Ehodum ad me. Nam qui iſtæc. qui . i. unum, quaſi tu dicas factum id conſilio meo, dicas pro credas, nõ em̃ dicimus niſi quod creditur ab eo quod ſequitur id quod præcedit, figura Metalepſis à poſterioribus ad priora. Idẽ alibi. Audacter dicito. & alibi. Fœneratum iſtud beneficium pulchre tibi dices, i. credes, ſcies, ſentties,

ties. Non ſatis me pernoſti, etiam qualis ſim Simo, etiam pro adhuc, ut
Virg. Idemq́ etiã o. c. &c. Ego ne te? duobus iſtis pronominibus oſten-
dit ſe ſenex ſcire omnia. Sed quid tibi narrare occœpi, melius quàm ince
pi, dicitur ab occipio, eſt enĩ occœpi, quaſi caput rei inſtitui. Falſo pro-
nunciari, poteſt & falſo loqueris dici, ut Sal. Falſo queriť. d. n. ſ. h. g. &
uocalitatis cauſa ſic dixit, ut Pſeudulo, optato, certo, quaſi Pſeudule, op
tate, certe. Nihil iam mutire. Ennius. Nec dico nec facio, unde & mutos
* dicimus, quod græci * Ego unum h. ſ. n. neminẽ di-
cendo maiorẽ confirmationem fecit, non ſolũ Glycerium nõ peperiſſe,
ſed etiam neminẽ, hic dicendo oſtendit domũ, & eſt neminẽ nullum ho-
minẽ, & nota in fœminino genere etiã neminem poſitum. Defertur huc
mox puer, ante oſtium defertur. q. d. nobis. Id ego iam tibi nunc renun-
cio, fingit ſe prodere quod ipſe facturus eſt, ut nõ credat ſenex ab eo ſie
ri quod prædixit fore. Id ego ti. re. here. futurũ, re ſyllabam apud ueteres
interdum abundat, renuncio pro nuncio. & Cic. Renunciatur mihi, re-
nuncio, quaſi ſecretũ conſilium, ut ſupra renunciatũ eſt. Daui conſilio fa
ctũ, aut dolis, cõmodius & magna cũ inuidia dixit Daui, quaſi ſiue eo
ſcire dixiſſet, ut Virg. Cum Turnus incuſaret dixit. Nulla mora in Tur-
no. Prorſus à me opinionem, prorſus, quaſi porrò uerſus, quod græci
πόῤῥω dicunt, longum uel tractum, prorſus pro quare poſitum putant
ego pro eo quod eſt omnino. Sunt qui coniunctionẽ uelint eſſe. Opinio-
nem tuã hanc, hanc cũ tædio dixit, hoc eſt nimis moleſtam, nimis ſuſpi-
cacem, nimis acuſatricẽ, ſic dixit hanc tuã, ut Virg. de apibus. Vere ſuo
ſolem ſuum. ſ. ſ. n. & in Adelphis. Iam uero omitte de mea tuã iſtam ira-
cundiam. Audiui & credo, locus cõmunis, an famæ credendum ſit, be-
ne ſubiungit credo, nõ enim audiſſe ſtatim credere eſt. Multa concur. ſi-
mul qui cõ. reſtat em̃ ut multis cõcurrentibus ſignis una cõiectura con-
flatur. Iam primũ hæc ſe ex Pamphilo grauidam dixit eſſe, inuentũ eſt
falſum, ſecundũ quod credat ſenex, & à ſummo ad imũ, & ex factis eti
am & dictis, & ex rebus atq́ perſonis ſumit argumenta. Poſtquam ui-
dit nup. parari, eleganter omiſit in cuius domo. Miſſa eſt ancilla illico,
quod græci dicũt εὐθὺς nam loci ſignificatio eſt, etiã breuitatem tẽpo-
ris notans. Nihil mouentur nu. nõ perturbantur nuptiæ, mouentur, diſ-
ferantur. Quid ais? cũ intellexerat qua ſe uerteret Dauus, obuium, infe-
ſtumq́ inuenit ſenem, ira uerſute tamẽ it obuiam, ut cõprehenſus elaba-
tur. Quis. i. e. &c. nõ frigide intulit dixiſſe ſe, ſed cũ magna aſſeueratio-
ne, & abſtraxit proprie ut ſupra. Me à Gly. miſerum ab. ut Diuellimur
inde inuitus & p. Quis. i. e. hoc ſubaudiendũ eſt. q. d. dixi. Poſtremo id.
m. &c. pro dilatione pueri pro foribus. Tu tamen idem, idem abundat
apud ueteres, tamẽ idem integrum fuit, unde apud nos tandem, & tamẽ
natum eſt, ſic & idem eorumq́ dictum. Miſere, quã hanc a. miſere ualde
nimis. Nunc ſi. &c. oratione pro eo quod nõ recuſat expetit. Tu tñ idem
aut

aut pro tamẽ poſitum eſt, aut pro tandem, ut tu tamẽ idem has nuptias, ut caueatur ab oppoſitione pueri ante oſtium. Perge fa. ita ut fa. &c. diſerte ac latine dixit, quod parato opus eſt para. Non im. h. &c. non impulit, non perſuaſit, nõ perfecit, ut crederent Glyceriũ peperiſſe. Omnino oſtendit quædam ſe credidiſſe, in quibuſdam tamẽ eſſe circumuentũ. Mire autẽ capi tm̃ inducit ſenem ut crederet ꝙ Gly. non peperiſſet. Atq; h. ſ. &c. quæ poſtea Dauus, & bene omnia, ut appareat ſenem multa credere uera eſſe quæ Da. dixerit. Multo maximũ eſt, multo etiã comparatiuis antiqui adiunxerunt. Quod. m. p. e. pollicitatio multarũ rerũ promiſſio eſt. Gnatho. u. ſubauditur ut det. Quid. a. quid pro cur. Aliâs, alio tempore. Atq; a. in ipſo te. ipſa opportunitate, in ipſo articulo. Eccũ ipſum obuiam, continuo mutauit dictionẽ, ut iubeo Chremetem.

ACTVS TERTII

SCENA TERTIA.

Octonarij ac ſenarij, & dimeter unus.

SIMO. CHREMES. SENES AMBO.

IVbeo Chremetem. Ch. ô te ipſum quærebam.

S. Et ego te. Ch. optato aduenis

Aliquot me adiere, ex te auditum qui aiebant, hodie filiam

Meam nubere tuo gnato, id uiſo, tu ne an illi inſaniant.

Si. Auſculta paucis, & quid ego te uelim, & tu quod quæris, ſcies.

Ch. Auſculto, loquere quid uelis.

S. Per ego te deos oro, & noſtram amicitiam Chreme.

Quæ incepta à paruis cum ætate adcreuit ſimul,

Ex fictis nuptijs ueræ fient, idq; initiũ eſt ἐπιτάσεως periculi in fabula.

Perq; unicam gnatam tuam, & gnatum meum,
Cuius tibi poteſtas ſumma ſeruandi datur,
Vt me adiuues in hac re, atq; ita, ut nuptiæ
Fuerant futuræ, fiant. Ch. ah ne me obſecra,
Quaſi hoc te orando à me impetrare oporteat:
Alium eſſe cenſes nunc me, atq; olim cum dabam?
Si in re'ſt utriq; ut fiant, adcerſi iube:
Sed ſi ex ea re plus mali'ſt, quàm commodi
Vtriq;, id oro te in commune ut conſulas,
Quaſi illa tua ſit, Pamphiliq; ego ſim pater.
S. Imò ita uolo, itaq; poſtulo ut fiat Chreme,
Neq; poſtulem abs te, niſi ipſa res moneat. Ch. quid eſt?
S. Iræ ſunt inter Glycerium & gnatum. Ch. audio.
S. Ita magnæ, ut ſperem poſſe auelli. Ch. fabulæ.
S. Profecto ſic eſt. Ch. Sic hercle, ut dicam tibi:
AMANTIVM iræ, amoris reintegratio'ſt.
S. Hem, id te oro, ut ante eamus, dum tempus datur,
Dumq; eius libido obcluſa'ſt contumelijs:
Prius quàm harum ſcelera, & lachrimæ confictæ dolis,
Reducant animum ægrotum ad miſericordiam,
Vxorem demus: ſpero conſuetudine, &
Coniugio liberali deuictum Chreme,
Dehinc facile ex illis ſeſe emerſurũ malis.

Ch. Tibi

Ch. Tibi ita uidetur, at ego non poſſe arbitror
Neq; illum hanc perpetuo habere, neq; me perpeti.
S. Qui ſcis ergo iſtuc, niſi periculum feceris? Ch. at
Iſtuc periculum in filia fieri graue'ſt.
S. Nempe incommoditas deniq; huc omnis redit,
Si eueniat, quod dij prohibeant, diſceſſio:
At ſi corrigitur, quot commoditates, uide:
Principio, amico filium reſtitueris,
Tibi generum firmum, & filiæ inuenies uirum.
Ch. Quid iſtuc? ſi iſtuc animum induxti eſſe utile,
Nolo tibi ullum commodum in me claudier.
S. Merito te ſemper maximi feci Chreme.
Ch. Sed quid ais? S. quid? Ch. qui ſcis eos nunc diſcordare inter ſe?
S. Ipſus mihi Dauus, qui intimus eſt eorum conſilijs, dixit:
Et is mihi perſuadet, nuptias, quantum queam, ut maturē,
Num cenſes faceret, filium niſi ſciret eadem hæc uelle?
Tute adeo iam eius audies uerba, heus euocate huc Dauū.
Sed eccum, uideo ipſum foras exire.

Diluit ſūmatim omnes obiectiones.

IVbeo Chremetem. Hæc cōgreſſio duorum ſenum ad tale periculum redigit fabulā, ut id uideatur conſilio nō poſſe mutari, ſed euētu, qui euētus eſt Critonis præſentia, nam nunc ex falſis fient ueræ nuptiæ. Iubeo Chremetem, Nam firme aliquid iubere, uelle eſt. Iubeo ergo uolo, & deeſt ſalue, quod exprimitur ab alterius perſonæ interuētu, ut Virg. Redditq; uiro. p. i. & metalepticos

 quia

quia qui dicit ſalue.iubet, uolumus eṁ animo,iubemus uerbis. Teipm̄
quærebam,placabilis & lenis amicus per totã fabulam inducitur Chre
mes,ut cognitiōi ad ultimũ intereſſe poſſit. Optato aduenis,optato ad-
uerbium eſt ut Virg. Ac uelut optato uentis. Aliquot me ad,aliquot hoc
eſt nec multi nec pauci. Adierunt. non acceſſerunt , quia aditus arduus
difficiliſq́ eſt,adierunt,quaſi importune & interpellantes adierunt. ſic
alibi. Bir. quid tibi uidetur. adeón ad eum. Ex te audi,ut eſt à Dauo mo
do. Ex te au. ergo non rumor,ſed ueritas. Id uiſo,ob id uiſo,deeſt te. Vi-
ſo,ad uidēdum uenio. Tu an il.i.tu inſanis ſi dixti,illi inſaniunt ſi nõ au
dita referunt. Auſculta.i.& paucis & pauca legitur. Et quid.e.t.u.a. do-
cilitate per te.de.o.ordo eſt.per te deos oro,ut Virg. p has ego te. Et.n.
a.chr.legitur & Chreme. Quæ.in.a.p.cum.æ.mire autē incœpta à par-
uis cum ætate, ut oſtēdat non nuper cognitã amicitiam, ſed antiquã, ut
ueterē Anchiſen.a.a. Idem alibi.neq́ nouus iſte.n.a. Accreuit, ut ſupra
accurate, ad p̄poſitionē utitur familiariter adcreuit. hinc Virg. Creſcēt
illæ,creſcetis amo. Perq́.u.g.t.&.m.g. ineptũ eſt ſic adiurare aliquē per
ſalutem filij mei ut facias id quod te rogo. ſed huic etiam ſubiũgit, cuius
tibi poteſtas ſumma datur ſeruandi, in tua inquit eſt poteſtate, & tuus
eſt, hæc ergo obteſtatio dicitur cum per ea adiuramus aliquē, de qbus
agitur cauſſa. ut Iliaci cineres , &.f,c.m. idē alibi p enſem.g.f. Troię ex-
cidia obteſtor. Vt me adiuues in hac re, atq́ ipſam petitionē. Nuptiæ ut
fuerant futuræ fiant. breuiter & latine hoc genus compoſitionis ueteres
non mutabant. Ah ne me obſecra, pro ne me obſecres, Quaſi te hoc orã-
do impetrare oporteat.t. hæc plena uox eſt, & charitatis & officij, quid
eṁ amicus ab amico petit, iuſtũ eſſe debet, nec pro eo qđ eſt iuſtum ſup
plicare oportet. Alium cenſes nunc atq́ olim.c.d. nos dicimus cum da-
rem. Virg. Tum decuit cum ſceptra dabas &.u.q́.f. & nota olim p nu-
per. Alium eſſe cenſes nunc me. non perſonæ, ſed rei conditio eſt cõmu-
tata. Si in re eſt utriq́ ut fiant. * praue propoſuit ut recte
explicaret. hic ſyllogiſmus negatiuus dicit̃. nam in ſecundo. a.b.m.&c.
qđ prius dixit. Sed ſi ex ea re plus mali eſt quã cõmodi. Si in re eſt utriq́
ab utili argumentũ utriq́ de duobus cõſtat. bene utriq́ mihi & tibi. q.d
ſi. mihi utile & tibi etiam utile eſt, & alteri & nulli alteri inutile. Sed ſi ex
ea.i. nuptiarũ re, mutauit numerũ pluralē in ſingularem, fiant ex ea re.
In cõc.i.ex æquali p uide. Quaſi ſi illa ſit tua Pamphiliq́.e.ſ.p. nota ſua-
uiſſimã uarietatem. nõ eṁ dixit quaſi illa tua ſit, & ille meus. Immo ita
uolo, quia utile eſt. quia in re eſt. Itaq́ poſtulo, itaq́ modo duæ partes
orationis ſunt, ut in Hecyra. Itaq́ unam inter nos ætatem agere liceat.
Niſi ipſa res moneat non poſtulem, bene intulit moneat non poſtulem,
quia poſtulo protulit. Iræ ſunt inter Glyceriũ & Gnatum, hoc læto uul
tu pronũciat Simo, & hoc à poſſibili eſt. loquit̃ eṁ apud eum ex quo au-
diuerat Pam. pro uxore habere hanc peregrinã. Audio. ironia more fa
bulæ, & hic paulo ſapiētior inducit̃ & minus obnoxius dolis, Profecto

ſic eſt

ſic eſt. profecto confirmatio eſt. Amãtium iræ, ſententia in qua à ſpe receditur, & in omnes aliquid dicitur, καθολικα. eſt em̃ ſine auctoritate ſententia. Integratio, inſtauratio. Id te oro. deeſt ob, ut ſit ob id, ut Virg. Quod te per ſu. o. Priuſquã. h. hic inuidioſus harũ cum una ſit, ſic in Eunucho. Non perpeti mere. cõ. Reducant animũ hic, ſupra. Ipſum ani. æ. ad. d. p. a. Vxorẽ demus * demus, ut in Heau. Quin minimo periculo id demus adoleſcentulo. Neq; ill. h. p. amphibologiam de induſtria poſuit. aut utrũq; ſignificat. Niſi peti. fe. tentamentũ. Cic. autem Tu te. m. q. f. idem Terentius. Fac periculũ in literis. At iſtuc. i. f. f. g, e. mirabile dictum nimis, & id quod merito in prouerbiũ ceſſerit. Si eue. quod dĩj prohi. parentheſis per eupheniſmon. Ac ſi cor, q. cõ. in. alter eſt ſyllogiſmus per cõtraria lẽmata, & ipſe negatiuus. Principio. a. fi. principio nec intulit ſecundo reſtitueris. inuenies ergo anacoluthon duplex. Amico filium ab honeſto. Quid iſtic. cõcedentis, & ueluti uicti uerbum, tãquam ſi diceret quid, & abũdat iſtic, uel potius quid iſtic hominẽ ſignificat de loco & ſententia ſecedere, ut e contrario præſtare ac reſiſtere dicitur, qui aliquid negat. Si ita animũ induxti, legitur, & animũ induxiſti, ſed illud plenũ eſt, hoc per metaplaſmi ſyn. ›pen diminuitur. Ipſus mihi da. q. i. e. e. c. dixit cõmendatio teſtis, ut in foro modo è Dauo audiui, ergo ipſus, quaſi qui maxime ſciat. Tute adeo, iam eius audies uerba. adeo modo & abundat. ut Virg. Tuq; adeo tantũ quenq;. Atq; eccũ ui. eccum quaſi ecce eum ueteres dixerunt. Eccum ellum, quod apertius ſignificat ecce eum, ecce illum, & obſcurius ellum.

ACTVS TERTII

SCENA QVARTA.

Verſus eiuſdem rationis cum ſuperioribus.

DAVVS SERVVS. SIMO, CHREMES, SENES.

AD te ibam. S. quid nam eſt?

D. Cur uxor non adcerſitur? iam aduesperaſcit.

S. Audin' tu illum?

Ego dudum non nihil ueritus ſum Daue abs

Ad ἐπίτασιν periculi pertinet, quod eo res redit, ut Daui conſilia obſint Pãphilo.

 ue abs

ue abs te, ne faceres idem,

Quod uulgus ſeruorum ſolet, dolis ut me deluderes,

Propterea quod amat filius. D. Ego iſtuc facerē? S. credidi,

Idq́ adeò metuens uos celaui, quod nunc dicam. D. quid? S. ſcies,

Nam propemodum habeo iam tibi fidem. D. tandem cognoſti qui ſiem.

S. Non fuerāt nuptiæ futuræ. D. quid non? S. ſed ea gratia

Simulaui, uos ut pertentarem. D. quid ais? S. ſic eſt res. D. uide,

Nunquā quiui ego iſtuc intelligere. uah conſilium callidū.

S. Hoc audi: ut hinc te iuſſi introire, oportune hic fit mihi obuiam.

D. Hem num nam periȷmus? S. narro, quæ tu dudum narraſti mihi.

D. Quid nam audio? S. gnatam ut det oro, uixq́ id exoro. D. occidi.

S. Hem, quid dixti? D. optume, inquam, factum. S. nunc per hunc nulla'ſt mora.

Ch. Domū modo ibo, ut adparent dicam, atq́ huc renūtio.

S. Nunc te oro Daue, qm̄ ſolus mihi effeciſti has nuptias.

D. Ego uero ſolus. S. corrigere mihi gnatum porrò enitere

D. Faciā hercle ſedulo. S. potes nūc, dū anius irritatus eſt.

D. Qui-

D. Quieſcas. S. age igitur ubi nunc eſt ipſus? D. mirum, ni domi'ſt.

S. Ibo ad eum, atq; eadem hæc, quæ tibi dixi, dicam itidem illi. D. nullus ſum,

Ad hunc modũ ferè fingit Teren. cõſilia calliſdiſſima fallere.

Quid cauſæ'ſt, quin hinc in piſtrinũ recta proficiſcar uia?

Nihil eſt preci loci relictum, iam perturbaui omnia:

Herum fefelli, in nuptias conieci herilem filium,

Feci hodie, ut fierent, inſperante hoc atq; inuito Pamphilo.

Hem aſtutias, quod ſi quieſſem, nihil eueniſſet mali.

Sed eccum ipſum uideo, occidi.

Vtinã mihi eſſet aliquid hic, quo nunc me præcipitẽ darem

AD te ibam. Da. ut recte ſcribatur Dauos ſcribendum eſt, quia nulla litera uocalis geminata facit ſyllabam, ſed quia amb'guitas uitãda eſt nominatiui ſingularis & accuſatiui pluralis neceſſario pro hac regula digamma utimur, Dauus, ſeruus, uulgus, coruus. At. t. i. quid nam? hic eſt locus, in quo iam ad diſcrimen mali producta comœdia in meliorem partem iam incipit inclinare. Ego du. non ni. ue. ſum. ſemper grauis incœptio orationis quæ exordiũ ſumit à pronomine ego, ut ego te. q. p. f. oro. Ego poſtquã te. e. a. p. Ego dudum ueritus ſum. d. abs te. n. f. aduerbia temporis aut certa ſunt ut hodie cras, aut incerta ut dudum nup. Itaq; incertis certũ additur tempus. ut iamdudũ nunc ſemper. Non nihil ue. da. breuiter pro ueritus ſum ne quid abs te fieret, ſicut ſupra. Hei metui à Chryſide. & Cic. Quæ præcatus ſum à dijs immortalibus, pro eo quod eſt quæ ab his petij præcatus. Propterea quod amat ſi. totũ cum extenuatione protulit, tanquã qui ſatisfactum uoluerit Dauo ob comprobatã fidem eius. Nam propemodũ habeo, iam ridicula dilatio eius rei quæ iamdudũ nota eſt audituro. nam propemodum. i. admodum, quandoq; etiam ſignificat iam, hoc eſt propemodũ. cuius actus eſt admodum. Sed ea. g. ſi gratia pro cauſſa poſuit noue. ſic tes eſt qđ græci dicunt χάριν Num nã perimus, Nam * ut qſnã. *

* Quidnam au.legitur & audiam.Menander.n.ſic ait * Occi di,hem quid dixti.bene uſus eſt. * Occidi,& optime dixit,ut ſimilitudine falleret audientē. Nunc per hunc chre.ſ. ibo atq; huic renuncio,uarie ibo & renuncio. Nunc te.o.d.te per quē ſtat ſumma negocij,& modo magis uere rogat, quā tunc cum ait. Dehinc poſitiue æquum eſt te ó Daue.ibi em̄ iracundia latet,cum dicit ſiue æquū. Qm̄ ſolus.m.ef.non feciſti,eſt em̄ efficere perficere faciendo, bene & has quarum cauſſa laboro. Ego uero ſolus, & hęc ad increpationē dicit non ad confirmationem.Solus.i.cui non aſſentiebat Pamphilus. Porrò enitere porro in futurū, deinceps futuri temporis aduerbiū,uel adhortantis. ut porro.q.q.Enitere,labora quaſi difficile ſit,& conatu opus. Faciā hær. ſe.productiones ſunt comici ſtili. Hercle ſe. ad fucum orationis poſitæ. Potes,nūc dum.à poſſibili argumentū. Dum animus irritatus, quia dixerat.Iræ ſunt inter Glyceriū & Gnatum.Irritatus eſt.cōmotus ira, ꝓuocatus,ut in Phormione. dicitur autē uerbum à canibus qui reſtrictis dentibus hanc literam imitantur. Quieſcas.i.cōquieſce.imperatiui modi ne iniurioſum uideretur.Age igitur,age dic ut eſt. egitq; ore intentū, aut aduerbium eſt hortandi.Quieſcas pro quieſce,aut deeſt uolo,aut facito.Mirū ni domi eſt,exiſtimationē intulit incertum fingens,& eſt cōpoſitum quaſi miror.Mirū ni domi eſt,compoſitū eſt,quaſi hoc eſt mirum ni domi eſt,caute ſeruus callidam interrogationē ſenis paratus excipit, & memor ſimulatæ diſcordiæ cum amica fingit non ſe alibi eum eſſe ſuſpicari quā domi.Dicam idem illi, in alijs itidem ſcriptum eſt. qđ ſi eſt pro item accipiamus,an ergo idem pro item. Nullus ſum, plus eſt nullum eſſe quā perijſſe.nam qui perit corpus habet reliquum, qui uero nullus eſt,ita non eſt ac ſi natus nō ſit.Quid cauſſæ eſt,quin nūc hinc in priſtinum re.profi.u. bene recta uel corporis impulſione luſtri faciam. aut recta eam ad præcatorem,aut ad Pamphilū, bene proficiſcar.profiſciſci enim rem ægram ac difficilem dicimus,& recta uia plana dixit nō tantū.Quin hinc.i.ex hoc loco. Nihil eſt ꝑ.lo.re ſubiungit ergo cauſſas cur proficiſcatur in priſtinū. Nihil eſt.ꝑ.quod prædixit ſenex. Iam p.o. allocutio in qua qđ metuat,quid uelit manifeſtū eſt.Herum ſe.hæc cenumeratio cauſſarū eſt. qua mirifice exaggerauit errores ſuos. In nuptias

* Pāphilum cōieci,nec immiſi,ſed conieci,qđ impetū & iniuriam ſignificat.Hærilem filium. * Feci hodie ut fierent,necdum feci, uerum etiam addidit hodie tempus,ut ne diecula quædā eius ſit quod fecerat mali.Inſperante hoc.a.i.inſperante hoc & inuito, duplex offenſio. Hem aſtu.bona ironia,pluraliter dixit aſtucias.quaſi is q abundat aſtutijs,ut ei una non ſufficeret.Vtinā mi.e.ſa.&c.non dixit gladium aut laqueum,ne eſſet tragicum, ergo expreſſit bene dicens præcipitē darem.

SCENA QVINTA ACTVS TERTII.

Octonarij omnes.

PAMPHILVS ADOLESCENS.
DAVVS SERVVS.

VBi illic ſcelus eſt, qui me perdidit? D. perij. P. atq; hoc confiteor *πάθος à ſerui perſona.*
Iure obtigiſſe, quandoquidem tam iners, tam nulli conſili
Sum: ſeruon' fortunas meas me commiſiſſe futili?
Ego pretium ob ſtultitiam fero, ſed inultum id nunquam auferet.
D. Poſthac incolumẽ ſat ſcio fore me, nũc ſi deuito hoc malum.
P. Sed quid ego nunc dicã patri? negabon' uelle me modo,
Qui ſum pollicitus ducere? qua fiducia id facere audeam?
Nec quid me nunc faciam ſcio. D. nec quidem me, atq; id ago ſedulo.
Dicam aliquid iam inuenturum, ut huic malo aliquam producam moram. P. oh.
D. Viſus ſum. P. ehodum bone uir, quid ais? uiden' me tuis conſilijs

Miſerum impeditum eſſe? D. at iam expediam. P. expedi-
es? D. certe Pamphile.

P, Nempe ut modo. D, Imò melius ſpero. P. oh tibi ego ut
credam furcifer?

Tu rem impeditam, & perditam reſtitues? hem quo fre-
tus ſiem?

Qui me hodie ex tranquilliſſima re coniecisti in nuptias

An non dixi hoc eſſe futurum? D. dixti. P. quid meritus es?
D. crucem.

Donatus legit diſpiciam. Sed paululum ſine ad me ut redeã: iam aliquid deſpiciam
P. hei mihi,

Cur non habeo ſpacium, ut de te ſumã ſuplicium ut uolo?

Nanq; hocce tẽpus præcauere mihi me, haud te ulciſci ſinit

VBi illic eſt ſce. q. m. p. Hæc ſcena cuius perturba-tionis eſſe debeat, ſupra poeta perſtrinxit cũ ad conſentiendum Daui cõſilio tardum Pamphilũ faceret. Vbi illic eſt ſce. accuſatio. Vbi illic ſcelus nimirum terribile eſt ſæuire antequã uideas eũ, contra quem iraſceris. Vbi illic ſce. q. m. ad intel-lectũ non ad uerba redegit, & eſt figura ſyllepſis per genera. Virg. Pars in fruſta ſecant. ſed hic fi-gura eſt per numeros. nã quia ſcelus ſceleſtus in-telligit, modo qui ſubiungit non qd'. Tam iners ſine arte. i. ſine * Tam nul. conſilij, una pars orationis eſt nulli conſilij, nos nullius & ſo-lius. recte autem ueteres nullo nulli, ſolo ſoli declinabant. Me cõmi. ho-mo cõmendaſſe ſed cõmiſiſſe. committimus eñ quæ cum magno peri culo uolumus eſſe ſeruata. Futili, leui, nam à uaſe quod futile dicit' futi-lis. qd' nõ deponit niſi miniſter ſacrorũ, quod quidem uas eſt acuto fun do & patulo ore. Inſtabili ſignificat futili. Virg. conſilijs habitus nõ fu-tilis. Ego præcium ideſt præmiũ. præmiũ uero generaliter ꝓ bono aut malefacto redditur, ſed premiũ & præcium ita diſcernunt, nam præciũ
proſtul-

pro ſtultitia eſt pœna. Precium ob ſtul. Sic & Plautus locutus precium ob aſinos, pro aſinorũ precium. Virg. Rem. ma. preci. m. ſir. alibi. Illum Ticides. a. p. t. a. & eſt figura.* ut apđ Virg. Inuidiſſe deos. p. Poſthac inco. ſat. ſc. m. ſ. Sic dicere ſolemus in magno periculo poſiti nũquã periclitaturos, ſi illud periculum potuerimus euadere, poſthac audacter ſe incolumẽ in futurum promittit fore, cum uita hominis tam uarijs multiſq; ſit periculis conſerta, ſed hoc ſic inquit Dauus, periculum ſi hoc euaſero, ſcio me non poſtea periclitaturum. Menander ſic* & eſt ſenſus, tam difficile eſt hinc euadere, ut qui hinc euaſerit uideatur immortalis futurus. Nam quid. e. n. d. patri, bene patri nõ Simoni, ut de auctoritate huius nõis ſummus terror exurgat. Modo polli. ſum. & modo mire. etenim maiorẽ uim habent recentiora ꝓmiſſa. Modo pollicitus ſum, oratorie, melius pollicitus ſum dixit, quã ſi promiſi diceret. Qua fi. id fa. audeam, ſe percutẽdo, qua fiducia ad perſonã ſuam rettulit, quia fiducia modo imprudentiã ſignificat. Nec quid de me nunc fa. ablatiuus caſus me, ſed nos quid faciã, ueteres autẽ nec addebant, & nõ faciam ablatiuo caſu. Aliquã ꝓducam morã & ꝓductam legitur, ſignificat autẽ differã, ꝓtendam, prolatem. Ehodum bone uir quid ais? grauis interrogatio & minantis cum iracundia, & hoc ironia ꝓſequit, cũ om̃e genus contumeliæ leue in eum dicimus, in quẽ ferimur iracundia. Viden me. t. c. hoc eſt, nũquid negare potes impeditũ eſſe. Impeditus ꝓprie eſt qui ita pedes habet illigatos ut progredi nõ poſſit, ſed hic ad negocium retulit, ille eñ non deſcendit, ſed emendaturũ ſe promittit, & bene impeditũ. Expediam retulit, duo promiſit ſimul, & tẽpus cum celeritate, & effectũ. Immo melius. ſ. bene melius cõparatiuo uſus. quaſi hoc bonum ſit illud melius. Ego hoc tibi credam furcifer? furciferi dicebantur qui ob leue delictum cogebantur à domin[illegible] ignominiæ magis quàm ſupplicij cauſſa circa uicinos furcã in collo fe[illegible] ſubligatis ad eã manibus, & prædicare peccatũ ſuum, ſimulq; monere cæteros, nequid ſimile admittant. Itaq; & Cicero de ſeruo. quid inde furcifer quo ꝓgreditur. Tu rem impeditam &. p. multũ progreſſus eſt. modo impeditam dicere, modo perditã dicit. Senſus hic eſt. Rem integrã perdidiſti, & pditam reſtitues. hoc eſt qui integrã pditamq; turbaſti. Hem quo fretus ſiem. memor ante ſe dixiſſe. Dauũ uideo cuius conſilio fretus ſum. An non dixi hoc futurũ ut ab illa excludar, hac concludar. & uide quo me inducas. Quid meritus. crucem. plena ſatisfactio eſt confeſſio peccati ſine recuſatione pœnarũ. nam mitiores eos reddimus qbus uultu operæ precium pro delictis noſtris offerimus. Virg. Equidẽ merui nec deprecor. Sed ſine paululũ ad me ut redeã. ad ſe redire dicitur, qui animũ recipit & ſedem mentis, Virg. Virtus ad ſe redit, hoc de corpore dixit. ad ſe aũt redit q amens eſſe deſiſtit. Iam. a. d. diſpicere eſt diſqrere conſiliũ. deſpicere deorſum aſpicere. Nõ. h. ſ. ut. d. t. œconomia. Nãq; hoc. t. p ſic Vir. Sed motos pſtat cõponere fl. & ſyllepſis, illđ eñ cogit, hoc ſinit.

SCENA PRIMA
ACTVS QVARTI.

Senarij partim Trochaici, partim quadrati, unus pentameter.

CARINVS. PAMPHILVS ADOLESCENTES. DAVVS SERVVS.

Exordiũ orationis ad Pãphilum inſtitutæ, πάθος à perfidiæ deteſtatione. Eſtq́ locus cõmunis.

HOccine credibile'ſt, aut memorabile,
Tanta uecordia innata cuiquam ut ſiet,
Vt malis gaudeat, atq; ex incõmodis
Alterius ſua cõparet ut commoda? ah
Id ne eſt uerum? immo id genus hominum'ſt peſſimum. In
Denegando modo quis pudor eſt paululum:
Poſt ubi tempus promiſſa'ſt iam perfici,
Tum neceſſario ſe aperiunt, & timent,
Et tamen res cogit denegare. Ibi
Tum impudentiſſima eorum oratio'ſt:
Quis tu es, quis mihi es, cur meam tibi? heus
Proximus ſum egomet mihi. Attamen ubi fide'ſt?
Si roges, nihil pudet, hic, ubi opus eſt,
Non uerentur, illic, ubi nihil opus eſt, ibi uerentur.
Sed quid agam? adeamńe ad eum, & cum eo iniuriam hanc expo-

expoſtulem?

Ingeram mala multa? atq; aliquis dicat, nihil promoueris.

Multum moleſtus certe ei fuero, atq; animo morē geſſero

P. Carine, & me & te imprudens, niſi quid dij reſpiciunt, perdidi. Propoſitio.

C. Itáne imprudens? tandem inuenta'ſt cauſſa: ſoluiſti fidē

P. Quid tandem? C. etiam nunc me ſubducere iſtis dictis poſtulas. Subducere, græca figura pro decipere, illi enim, ὑπάγειν eodē modo uſurpant.

P. Quid iſtuc eſt? C. Poſtquam me amare dixi, complacita'ſt tibi.

Heu me miſerum, qui tuū animum ex animo ſpectaui meo

P. Falſus es. C. nō tibi ſatis eſſe hoc uiſum ſolidū'ſt gaudiū

Niſi me lactaſſes amantem, & falſa ſpe produceres?

Habeas. P. habeam? ah neſcis quantis in malis uerſer miſer

Quantasq; hic ſuis conſilijs mihi confecit ſollicitudines,

Meus carnifex. C. quid iſtuc tam mirum'ſt? de te exemplū capit.

P. Haud iſtuc dicas, ſi cognoris uel me, uel amorem meum

C. Scio, cū patre altercaſti dudum: & is nunc propterea tibi

Subcenſet, nec te quiuit hodie cogere, illam ut duceres.

P. Immo etiam, quo tu minus ſcis erumnas meas,

Hæ nuptiæ non apparabantur mihi,

Nec poſtulabat nunc quiſquam uxorem dare.

C.Scio,coactus tua uoluntate es.P.mane,
Nondum ſcis.C.ſcio equidem illam ducturum eſſe te.
P.Cur me enecas?hoc audi.nunquã deſtitit
Inſtare, ut dicerem eſſe ducturum patri,
Suadere,orare uſqueadeo,donec perpulit.
C.Quis homo iſtuc? P.Dauus. C.Dauus? P.interturbat omnia.
C.quamobrem? P.neſcio,
Niſi mihi deos ſatis ſcio fuiſſe iratos, qui auſcultauerim.
C.Factum'ſt hoc Daue?D.factum. C.hem qd ais ſcelus?
At tibi di dignum factis exitium duint
Eho dic mihi,ſi omnes hunc coniectum in nuptias
Inimici uellent,quod,niſi hoc,conſilium darent?
D.Deceptus ſum,at non defatigatus.C.ſcio.
D.Hac non ſucceſſit,alia adgrediemur uia.
Niſi id putas,quia primo proceſſit parum,
Non poſſe iam ad ſalutem conuerti hoc malum.
P.Immo etiam,nam ſatis credo ſi aduigilaueris,
Ex unis geminas mihi conficies nuptias.
D.Ego Pamphile,hoc tibi pro ſeruitio debeo,
Conari manibus,pedibus,noctesq; & dies
Capitis periculum adire,dum proſit tibi.
Tuum'ſt,ſi quid præter ſpem euenit,ignoſcere.

Parum

Parum ſucceſſit quod ago, at facio ſedulo.
Vel melius tu aliud reperi, me miſſum face.
P. Cupio, reſtitue, in quem me adcepiſti, locum.
D. Faciam. P. at iam hoc opus eſt.
D. Hem, ſed mane, concrepuit à Glycerio oſtium.
P. Nihil ad te. D. quæro. P. hem nuncíne demum?
D. at iam hoc tibi inuentum dabo.

HOccine eſt credibile aut. m. Elegans perturbatio in qua inter ſe Simo, Pāphilus, Dauus, Carinus, Birria, Chremes, omnes omībus redduntur offenſi. Hoccine eſt cre. & incredibile eſt inquit, & nephandū, contraria em̄ ab interrogatione quaſdam incipiunt, qui nimis iraſcuntur, ut & illud. Hoccine humanū. f. a. & totum hoc in pronūciatione eſt. hoc em̄ genus interrogatiōis uim negādi exprimit. Hoccine eſt cre. à generalitate incipit. Cic. Quā facile ſperat iniuria & peccandi locus quā. n. ſ. u. idem. Hoccine ſe nondum hoſte dare. o. g. &c. Tanta uecordia cuiquā. ſ. ut ſiet. ſingulari & plurali numero reſpondetur. Vt malis gaudeant. cum dixiſſet cuiquā, intulit numerū pluralem. ut alibi. Si quiſquā eſt qui placere ſtudeat. b. q. p. &c. Vt malis gaudeat, legitur & gaudeat, ut comparet alienis incōmodis ſua, ſic gaudeat ſubaudit ſua, ut cōparet, hoc eſt acquirat uel æſtimet. Atq; ex incōmodis alienis ſua. p. c. hoc eſt nō intelligit cōmoda ſua niſi ex alterius incōmodis ea æſtimauerit. Id ne eſt uerū? immo. i. alij ſic uerum eſt, hoc genus hominū ſe probat eſſe, cū malus ſit, & ſic contra hoc, immo non hominē. ſed peſſimū hominem ſe probauit. Verum immo. i. parum accuſauerat dicens, id eſt hominū genus, ut hoc facere, & ideo addidit. i. peſſimū hominum genus, ut hoc facere nō hominis modo ſit, ſed peſſimi hominis. Inde. m. modo pro tantūmodo. Quis. p. p. a. adeſt pudor ne denegent, & nō adeſt, ut & præſtent. Poſt. u. t. deeſt eſt, ut ſit tempus eſt. Tunc. c. n. ſ. a. mire autē neceſſario quia natura ſunt tales, neceſſitas in natura eſt cōſtituta. Aperiunt mire aperiunt, qm̄ tunc cum promittebant mali erant. ſed latebat malitia in pectoris altitudine. Et ti. & tamē. bis numero ſubaudit denegare, & melius timent, quā ſi diceret pudet eos. nam timor eſt malorum. pudor tantū bonorum. Res malitia. ſ. quia mali ſunt ad rem quā præſtare nō poſſunt. Quis mi. es? quis tu es? Quis tu es, ad dignitatē refertur.

ferť. Quis mi. es, ad neceſſitatē. i. frater aut cognatus, & hæc uerba molia ſunt dictu, ſed animo aſpera, Cur. m. t. * Heus proximus, heus ſignificatio eſt modo noīs ad intentionē conſiderationemq́ reuocandi. Proximus. ſ. e. m. i. charior mihimet ſum quā alieni. Proximus, charus, beniuolus & hoc eſt qđ ait ſupra. Aequior ſum Pā. Siſe illā in ſomnijs, quā illum amplecti maluit, inde ꝓximi & ꝓpinqui dicunť q nobis chari eſſe debēt. Nihil pudet. pudor eſt malefacti. uerecūdia recti & honeſti. ergo mire poſuit. Si roges, abundat ſi roges, ſed & negas. uel ſimulas populariter additū eſt. Hic ubi. o. eſt, hic ubi ꝓmiſerunt. Illic. u. n. & nota illic & ubi aptū eſſe. iraſcēti repetitiōis genus, hic opus eſt ſal uo pudore. Illic legiť & illi. Vbi ni. o. eſt. ubi nōdum ꝓmiſerunt. Ibi ue. qđ ait ſupra. In denegando modo qs paululū. Sed quid agā, adeān ẽad eum: hic locus deliberationis eſt, an adeat ad Pamphilū, unū abundat, & moraliter uerba Carini ſunt poſita. Vt cum eo iniuriā, ꝓ de iniuria Expoſtulem. expoſtulatio aduerſus eum quē incuſamus. nam expoſtulare eſt querelam apud eum ipſum deponere, de eo ipſo qui fecit iniuriā Poſtulare autē quærelam dicere de altero apud alterū. Ingerā mala multa, quaſi tela iſta ſe dicit ingeſturū mala. Atq; aliquis dicat nihil. ꝓ. hoc dicit, & ſi exiſtat aliquis qui mihi dicat, quid ꝓfueris reſpondebo multum. multum ſubiunxit, quomodo multū, ſed aliud faciam, tranſitū fecit dicēdo moleſtus certe ei, & multū ſubauditur promouere. Moleſtus certe, ſed hoc eſt ſi nihil aliud promouero certe uel moleſtus fuero. Atq; animo morem geſſero, erit fructus iracundiæ ex uindicta, & per iracūdiam, & per turbationē non inuenit quod ſit multū aliud. ergo inuenit moleſtus certe ei fuero. Carine & me & te, mire & artificioſe fecit Pamphilum priorem alloqui ad perfringendam iracundiam Carini. alioquin ſi prior uociferare potuiſſet, tragica exclamatione uſus fuiſſet. Imprudens. defenſio ab imprudentia, etenī niſi bonæ eſſet conſcientiæ nūquā diceret te perdidi purgaturus. Ita ne imprudens. imprudens diſtingue. & attende hoc illum repetere quod indignatur magis quaſi audierit imprudens, & non audierit reliqua. Quin tuum animū, legitur & cū. Ita tu imprudens. & quia etiā articulus omnis defenſionis per conceſſiuam qualitatē hoc dicto eſt cōſtitutus, idcirco hoc ipſum Carinus poſt confirmationē repetit, hoc cupiens eripere à Pamphilo quod ille maxime nititur. Quin tuum animū, quin legitur & cum. Falſus es, modo participium. i. falleris ſi Pamphilus dicit. ſi uero cōiungitur pro fallax accipitur. Hoc ſolidum eſt uiſum, ſolidum plenū, idoneum integrū. Niſi me lactaſſes, produxiſſes, oblectaſſes, induxiſſes, quæ ſignificatio fruſtrationem oſtendit, lactare eſt inducere in aliquā uoluntatem à lactando, unde & oblectare dicitur. Habeas. permiſſio animi irati. ut ſupra, Aut ſi tibi hæ nuptiæ ſunt cordi. Quantaſq; hic mihi ſuis conſilijs dixit ironia ut ſupra. Cuius conſilio fretus ſum, & cum uerſer protulerit cōficiat debuit inferre. eſt ergo anacoluthon ut eſt illud. Principio amico filiū.

Confecit,

Confecit.legitur & cõflauit.Solicitudines,perturbationes.Meus car.ſ. in me.Meus carnifex.qui me torſerit,ut alibi.Deo irato meo,hoc eſt in me irato deo.De te ſi ex.c.utrum ſi te imitatur.aut ſi de te exegit pœnas, ut alibi.Ipſe uterq; exẽpla in te edent, ſed melius te imitatur accipimus. Haud iſtud.d.ſi cog.noſtri em̃,ſed cognoris non ita dicas.Cũ patre alt. ab his quæ facta ſunt,ad ea quæ facta non ſunt, legitur & altercatus es, nõ em̃ alterco dicimus.Nec te quiuit.h.c.argumentũ attulit. ex his quæ non ſunt facta cum fieri debuerint.Imò etiã. propterea & amplius imò etiam deeſt audi. Quo minus.t.ſ.quo.i. quod, & deeſt audi. uel accipe, ut ſit quod uel qm̃, uel quomodo ex quo,aut quare, aut certe erit ſenſus cum huiuſmodi ſubauditione immo.etiã.q.ſ.e.m.eo magis audi,aut immo etiã.Hæ nu.nõ ap.m.quo ipſo minus tu ſcis erũnas meas.i.falſ nuptiæ erãt,quæ res te facit magis iraſci.quã me cogit merito.Hæ nuptiæ, legitur & hoc nuptiæ.ſic em̃ ueteres dixerunt. Non apparabãtur,apparari cum datiuo caſu ſemper cladem & perniciẽ ſignificat.ut Virg.mihi ſacra parari. Tua uoluntate.t.co.hæc accuſatio, ille em̃ excuſat per imprudentiam, hic arguit uoluntatẽ. hoc ergo dicit eo grauius quo nullo cogente peccaſti.Cur me enecas? crucias.Inſtare ut dicerẽ.m.c.d.p.ſ.o. quia dixit inſtare,ſuadere,orare,nõ plus dicere poſſet. quanto nihil poteſt eſſe.Dauus interturbat.o.Dauus cum admiratiõe ꝓnũciat.Dauus interturbat.o.deerat ut hinc Dauus diceret,ſed plus intulit interturbat, & *inter* modo nõis non exegit additamentum. eſt em̃ particula auctiua adeo ut non pro mediocri ſignificatione ſit, ſed quia maiorẽ habere nõ poteſt,ut interfectus,interceptus,uel inter modo propoſt,ut hunc,inter fluuio Tyberinus amœno.R.in mare prorupit.Neſcio.quia iraſcitũ Dauo dixit neſcio, alioquin ſcit. Niſi fuiſſe.m,d.ir.deeſt ut ſit niſi quia. Factum.h.eſt.d.non quod nõ credat interrogat, ſed quod increpet. At tibi dij di.fa.dent exitiũ.at principiũ increpationi aptum,ut Virg. At tibi pro ſcelere.Hor.At.o.deorũ quicquid in.c.r.&c.Dic mihi,eho interiectio eſt intentionẽ audientis expoſcens. Dic.m.ſemper dic mihi iniurioſum eſt.ut Virg. Dic.m.d.c.p.Si omnes.h.c.cũ odio hoc ꝓnunciandum eſt, ideo coniectum dixit.Deceptus ſum conceſſio. Scio id non ad deceptionẽ ſed ad defatigationẽ retulit, ergo cum ironia ſonandum. Hac em̃.ſ. deeſt quod conabamur, & proprie de bono ſic dicitur. Alia ag.u.uel adoriamur,id eſt enitamur, adoriri proprie dicitur repente ex inſidijs aliquẽ inuadere.Hoc tibi pro ſer.ſeruitiũ pro ſeruitute poſuit,ut ſeruitio enixe tulimus. Conari ma. & pe.ad id retulit quod ait ſupra. Quem ego credo obnixe omnia facturũ, & accuſatiuo caſu ſine intermiſſione ſignificat noctes & dies,manibus & pedibus. Si quid præter ſpem euenit euenit,productũ magis,quia hoc perpetuũ non uult. Pamphilo accidere.ergo euenit pene euenit, aut euenit media correpta parũ ſuccedit.Quod,ego ſed ueſtrũ eſt officium præbere.at noſtrum non eſt fortunã poſſe præſtare. & bene ſuccedit. ut quod agimus oſtendat ſuc-

M ceſſus

ceſus eſſe fortunæ. At facto ſedulo, ideſt ex animo & ſine dolo. Me miſſum face, ideſt noli uti opera mea. Parum ſuccedit quod ago. hæc eſt utilis ſententia pro ſapiente contra fortunã. Reſtitue in quem accepiſti me locum, ſenſus hic eſt, omnia mihi integra & ſalua redde qualia tibi tradidi conſulturo. uel quum nihil promiſiſſem patri. Hem ſed mane, hoc quaſi incipientis demõſtrantisq; aliquid noui ſe inueniſſe. Nunccine demum, demũ pro deniq;. Nil à te quæro hæc eñ ad cogitantem nihil ptinere potuit. At iã. h. t. i. dabo conſiliũ. ſ. quo in priſtinũ locũ reſtituearis.

SCENA SECVNDA ACTVS QVARTI.

Octonarij partim, & ſenarij Trochaici.

MYSIS ANCILLA. PAMPHILVS, CARINVS ADOLESCENTES. DAVVS SERVVS.

Cõfirmatur anim⁹ Pamphili ne deſerat Glyceriũ cũ acceſſitur.

IAm ubi ubi erit, inuentum tibi curabo, & mecum adductum

Tuum Pamphilũ: tu modo, anime mi, noli te macerare.

P. Myſis. M. quid eſt? hem Pamphile, optume mihi te obfers. P. quid eſt?

M. Orare iuſſit, ſi ſe ames, hera, iam ut ad ſeſe uenias

Videre ait te cupere. P. uah perij, hoc malum integra ſcit

Siccine me, atq; illam, opera tua nunc miſeros ſollicitarier?

Nam idcirco adcerſor, nuptias quod mihi adparari ſenſit.

C. Quibus quidem quã facile poterat quieſci, ſi hic quieſſet

D. Age ſi hic non inſanit ſatis ſua ſponte, inſtiga. M. Atq; ædepol.

Ea res

Ea res eſt,propterea qđ nunc miſera in meror' ſt. P. Myſis
Per omnes tibi adiuro deos,nunquàm eam me deſerturum
Non ſi capiundos mihi ſciam eſſe inimicos oẽs homines.
Hanc mihi expetiui,contigit,conueniunt mores: ualeant
Qui inter nos diſſidium uolunt, hanc, niſi mors mihi adimet nemo.
M. Reſipiſco. P. non Apollinis magis uerum atq; hoc reſponſum' ſt.
Si poterit fieri,ut ne pater per me ſtetiſſe credat,
Quo minus hæ fierent nuptiæ, uolo, Sed ſi id non poterit,
Id faciam in procliui quod eſt,per me ſtetiſſe ut credat. Plaut. in Cap. & Cæſar pcliue pro facili,ſimpliciter dixit.
Quis uideor? C. Miſer æque atq; ego. D. conſilium quæro. C. fortis.
P. Scio quid conere. D. hoc ego tibi profecto effectum reddam.
P. Iam hoc opu' ſt. D. quin iam habeo. C. quid eſt? D. huic non tibi habeo,ne erres.
C. Sat habeo. P. quid facies? cedo. D. dies hic mihi ut ſit ſatis uereor,
Ad agendum,ne uacuũ eſſe me nunc ad narrandum credas
Proinde hinc uos amolimini,nam mihi impedimento eſtis
P. Ego hanc uiſam. D. quid tu? quò hinc te agis? C. uerum uis dicam? D. immo etiam
Narrationis incipit mihi initium. C. quid me fiet?

D. Eho tu impudens, non ſatis habes, quod tibi dieculam addo, (ergo?
Quantũ huic promoueo nuptias? C. Daue attamẽ. D. quid
C. Vt ducam. D. ridiculum. C. huc face ad me ut uenias, ſi quid poteris.
D. Quid ueniam? nihil habeo. C. attamen ſi quid age. D. ueniam. C. ſi quid, domi ero.
D. Tu Myſis? dum exeo, parumper operire me hic.
M. Quapropter? D. ita facto opus eſt. M. Matura. D. iam inquam, hic adero.

IAm ubi ubi erit inuentũ ti. cu. In ſcena hac inſtauratio eſt adhortationis Pamphili per Myſidem. Opus eſt em̃ exhortari rurſus adoleſcentẽ ne ſub patris oppreſſione aſtringatur, aut frangarur. Iam. u. u. e. opportune rurſus æſtuante Pamphilo amicæ mentio obijcitur per Myſidem, ne ſuccũbat ad nuptias patri, quãuis promiſerit ſe ducturum cõiugem. aduerſus quã difficultatẽ quia ipſius pſona non ſufficit, id agit ut ad ipſam Glycerium modo adducat Pamphi. cuius affectũ cogitat nõ ex eo ſolum quod eum puella uocat, ſed etiã qđ deſiderat eum uidere. Vbi em̃ erit inuentũ, in prima parte uim ſuam tenet in poſteriore productionẽ, quemadmodum utut, quãcq;, unde unde, pro ubicunq; quocunq;, undecũq;. Inuentũ tibi. c. &. m. ad. t. Pã. non ſolũ ſe adducturum promiſit, ſed & tempus addidit & bene tibi quaſi amanti. Tu modo anime mi. mollis oratio & fœminea multis implicata blandimentis ait. n. Tu modo anime mi. pro meus. Hoc malũ integraſcit, integratur quod ad integrũ redditur, quod repetitur, quod inſtauratur Virg. Ramo. q. ſ. m. c. Solicitarier. perturbarier. Hoc malum, amor meus & Glycerij ſollicitudo, quam neſcire oportuit nuptias. Quod. m. a. apparari ad honorem & timorem refertur & datiuo caſui ſubiũctum cladem & pernitiem ſignificat, ut Virg. Mihi ſacra parari. Age ſi hic non inſanit ſatis. hic exitus comprimit Carinũ, ne fomenta iracundiæ Pamphilo pbe ret, aut ſi pœnitet te quantũ tua ſpõte inſanit. Si hic nõ inſanit, ironia eſt

aut

aut laus ad irritandũ Pam. Mi. aſſeueratio eſt, ſi à nomine eius incipias cũ quo loqueris. Atq; ædepol ea res .i. nuptias apparari ſenſit. Per oẽs tibi adiuro deos, ad auctiua particula. ut admirabiliter, ualde mirabiliter, & ad uerto addo, & hoc ſupereſt, ut amiſſa fide adiurãdum ſit. Non ſi capiundos .ſ.i.o.h. mira uerecundia, omẽs homines maluit dicere, ut in his quoq; parentes ſignificaret quã aperte dicere patrẽ, cuius metu promiſit nuptias, & contra illud, ſed uim. ut queas ferre. Non ſi capiundos mihi, ita dixit de uno, hoc eſt patre omẽs homines, ut idẽ. O cœlũ, ò terra, ò maria. Neptuni, nunquid & cœlum Neptuni eſt. non utiq; hic omnia hæc maria uult eſſe ut Virg. Omnia uel mediũ fiat mare. Contigit. quod uix euenit contigiſſe dicitur. Cõueniunt mores, recte id, quod etiam matrimoniũ firmat conueniunt mores. Valeant, hoc eſt abeant, recedant, quia & diſcedentibus & mortuis uale dicitur, ut Virg. Salue cõ. cum. m, m. & c. uel potius *

cum male optaturus eſſet cõſiderato patre locutus eſt, & nõ dixit quod intenderat, pereant, & attende quàm moderate pluraliter dixerit cũ ſignificaret patrem. Valeant. enunciationis & imprecationis eſt uerbũ. Hanc niſi mors, & ſi ualeant. Hanc niſi mors, hæc conceſſio eſt. hoc ẽm per conceſſionẽ dicitur. Hanc. n. m. & ſi. u. Niſi mors adimet nemo, perſeuerat ne dicat pater, pro non adimet pater. Reſipiſco. ſpiritũ reuocant ſenſus. Magis ue. aut magis uerũ. aut uerius dicimus. Vt ne pater, ut ne non: Vt per ne pater. me ſtetiſſe. ſtetiſſe hoc eſſe. ut Virg. Deſertaq; montis ſtat. d. aliter plenũ eſt, ut idem. ſtant & iuniperi, aliter horrent. Stant limine primo, & Luci. Stat ſenſibus fundus. Per me ſtetiſſe hoc eſt per me factum eſſe ne fierent nuptiæ. Miſer æque atq; e. bene &. quia amore uexatur, & intulit παράδοξον, nã uolebat ſibi dici fortis, quod illi tamen mox dicetur. Hic igitur aliter reſpõdet atq; interrogauerat Pamphilus, ideo quod uideat impoſſibile eſſe Pamphilũ reſiſtere parenti. Conſilium. q. ſenſus eſt ſcio. quid eſt quid coneris, ſed an efficere poſſis neſcio. Scio. q. c. ſi Pamphili eſt perſona, cũ ironia dicitur. ſi Carini, ſimplex laudatio eſt, ſed ſi Pamphili eſt hoc ſignificat quod ſupra. Ex unis geminas mihi confi. nup. ſed nõ eſſe pſonã Pamphili ex ſubiectis oſtenditur. Non. t. h. ne erres deterret nunc Carinũ. ut & ipſe adiuuet Dauũ, ne Pamphilo nubat Philomena, & eodẽ ſenſu utitur Dauus aduerſum Carinum, quo ſupra, quaſi neceſſe ſit, ſi huic nõ datur te illam uxorẽ ducere. Non. t. h. n. e. uelut etiam Carinus pro ſe ſentiat hoc dicit, uelut ſolent ſerui cõtumaciores aduerſum amicũ domini, quia nuper à Carino accuſatus eſt uel quia quod dicat nõ habet, & uidet tacendum non eſſe. Sat. h. quod dilatio facta eſt. Vt. ſ. ſ. ut pro nec non. Ne. u. m. e. n. ne, p nedum. aut aduerbiũ eſt prohibentis, ut ſit ne nõ. Salu. 2. lib. Ne illa tauro paria ſunt, pro nedum. Proinde. u. h. a. amoliri dicũtur ea quæ cum magna difficultate & molimine ſummouẽtur & tollẽtur è medio, ſic dixit

quaſi odioſo & moleſto, diſcedere dicitur qui facile abſit è medio, amoliri qui uix recedit. Proinde. u. h. a. moleſtũ impedimentũ ex rei magnitudine iacentis in medio. & ideo impedientibus ſe dixit, amolimini hinc non abite. Proinde. u. h. a. ſpe iniecta iam etiã imperat dominis ſeruus callidus. Nam. m. in. utrum hoc uerum dicit. an fingit qui adhuc conſilium non inuenit quod narrare poſſit. Ego. h. u. Glycerium. ſ. & cum miſeratione puellæ hãc. Quid tu. quo te hinc agis? tarditatẽ diſcedẽtis oſtendit. agere ſe enim tardi & triſtis domini. ſic Virg. Amiſſis remis atq; o. d. n. & c. alibi. Ecce gubernator ſeſe pa. age. Quid tu hinc, quo te agis. admonitio diſcedẽtis, ut ſolet, nam à quo diſcedere deſideramus admonemus eum quo eat, & id facere per interrogationẽ admonet Dauus Carinum, ut ipſe Carinus diſcedat qui nunc ultimus remanet. Verum uis dicam, pro initio ſedulæ narrationis, hoc ſumimus, an ſic reſpondet Carinus tanquã qui intelligat non dici ſibi uelle Dauũ quo eat, ſed id agere ut abſcedat. Narrationis mihi inci. ini. ſ. quo eat. Quia uerum uis dicã. uelut procemium narrationum eſt. Quid de me fiet. quid igitur: inquit Quid de me fiet, ab eo hoc quaſi à iocante ꝓnunciandũ eſt. nam ſic illi impudens reſpondet. Quid de me fiet? de philomena ducenda. Eho tu impudens. non ſatis proprie Carino dixit impudens, quaſi inſolita, & multa poſcenti, quippe qui & ſponſam alienã petere auſus eſt, & nõ ſatis habet per Dauum ſibi morem præſtitã Pamphi. nuptiarum. Quod tibi dieculam. i. horam, & eſt ὑποκόρισμα diecula hoc eſt tempuſculũ. & ſumitur ab eo quod eſt hæc dies & diecula, mora & quaſi parua dies id eſt diecula in qua ſcilicet ambias quantũ poteris, adducendam philomenam. uult em̃ ſe Dauus adiuuari per Carinum & Birriã. Promoueo differo. promoueo nuptias memoriter Dauus, ſcit em̃ illum his uerbis petijſſe. Saltem aliquot. d. p. & c. cuius rei oblitus Carinus etiã ut ducat uxorem petit. Ridiculum, deeſt hominẽ. Age ueniam. uix concedentis, uix cõſentientis eſt & age ueniã. Tu Myſis dũ exeo à Glycerio ſcilicet.

SCENA TERTIA

ACTVS QVARTI.

Senarij omnes.

MYSIS, DAVVS.

Nihil

Nihil ne eſſe proprium cuiquam? Dij uoſtram fidem.
Summum bonum eſſe heræ putabam hunc Pamphilum
Amicum, amatorẽ, uirũ in quouis loco
Paratum: uerum ex eo nunc miſera quem capit.
Dolorem? facile hic plus mali eſt, quàm illic boni.
Sed Dauus exit. Mi homo, quid iſtuc obſecro eſt?
Quò portas puerum? D. Myſis nunc opus eſt tua
Mihi ad hanc rem exprompta memoria, atq; aſtutia.
M. Quid nam incepturus? D. accipe à me hunc ocyus,

Audax cõſiliũ, quo res magis perturbata fuiſſet, ni caſu emerſiſſet ex his malis Pamphilus.

Atq; ante noſtram ianuam adpone. M. obſecro.
Humi ne? D. ex ara hinc ſume uerbenas tibi,
Atq; eas ſubſterne. M. quamobrem id tute non facis?
D. Quia ſi forte opus ſit ad herum iuſiurandum mihi
Non adpoſuiſſe, ut liquido poſſim. M. intelligo.
Noua nunc religio in te iſtæc inceſſit, cedo?
D. Moue ocyus te, ut quid agam porrò intelligas.
Proh Iupiter. M. quid? D. ſponſæ pater interuenit.
Repudio conſilium, quod primum intenderam.
M. Neſcio quid narres. D. ego quoq; hinc ab dextera
Venire me adſimulabo, tu, ut ſubſeruias
Orationi, utcunq; opus ſit uerbis, uide.

M. Ego

M. Ego, quid agas, nihil intellego, ſed ſi quid eſt,
Quod mea opera opus ſit uobis, aut tu plus uides,
Manebo, ne quod uoſtrum remorer commodum.

NIhil ne eſſe proprium cuiquā? dij ueſtram fidem. Hæc ſcena adminiſtrationē doli habet quod ſit, ut deterreatur Chremes filiā ſuam Pamphilo dare. & uide non minimas partes in hac comœdia Myſidi attribui, hoc eſt pſonæ fœmineæ. ſiue hęc perſonatis uiris agatur, ut apud ueteres ſiue per mulierem, ut nūc uidemus. Nihil ne. aduerbium percontantis. Nihil ne propriū omne quod habemus, aut mutuū eſt, aut proprium, ergo propriū eſt perpetuum, ut propria hęc ſunt dona, ergo nihil nobis proprium eſſe poteſt. quod em̄ non fuit nec eſſe quidē poteſt, aut quod eripi poteſt, non eſt noſtrum, niſi illa quæ eripi non poſſunt, ut ſapientia, iuſtitia, prudentia, & quæ fortuna neq; dare, neq; eripere cuiquam poteſt, & ſimul hoc ipſum à re, & à perſona, hic oſtendit à re nihil eſſe proprium, & à perſona cuiquā proprium perpetuū nō temporale, aut mutuū. Di ueſtrā fidem, admirationis aduerbiū cum exclamatiōe. Fidem dixit opem, & auxiliū, ut Thyrrenamq; fidem &c. Summū bonum eſſe. mire pro pleno, & neutro extulit ſummū bonum. Pamphilū amicum amatorē, uirum. amicus animi eſt. amator uero corporis. non enim continue amator eſt, qui bene uult, ut Dido amauit Aeneam quidem, ſed non & amica fuit, quod ait Virg. Non potuit auulſum diuellere corpus & undis ſpargere, & item Catullus. Cogit amare magis, ſed bene uelle minus & eſt hic officium & blandimentū amatorem, & uirū dixit ad diſcretionē, ut per ea quæ enumerat maritū oſtenderet. In quouis loco, paratum dixit ad om̄es effectus quicunq; de proximo eſſe poſſunt, & maxime ad Homericam ſententiā reſpexit. *

Verum ex eo, ideſt Pamphilo. Nunc miſera quē capit dolorem, cum admiratione pronunciat, quem & cum exclamatione quadam. Facile hic plus mali eſt quā illic boni. facile aduerbiū confirmantis eſt. id quod eſt liquido & manifeſto, ueteres dicebant facile pro certo, ut Cicero illius ciui. facile. p. Dolorem. dolorem diſtingue probe, & poſt intulit ſeparatim, quod ſequitur. Facile hic plus mali eſt in dolore ſcilicet metus amittendi quàm in uolūtate retinendi. Quā illic boni. in ſummo bono. dixit enim ex bonis quæ bona æſtimamus plus nos mali capere, cum aut amiſſuros nos credimus, aut amittimus quā boni cum habemus. Facile hic plus mali eſt. plus mali in dolore & metu diximus. Quàm illic eſt boni, ideſt in amico amatore & uiro. Myſis. homo quid iſtuc obſecro

eſt?

eſt?ex Myſidis uerbis quid Dauus faciat demonſtratur. Quid iſtuc mali eſt?inuolutum puerum portabat Dauus. & ideo dicit mulier. Quid iſtuc mali eſt?dum ille euoluuit & puerũ profert. quem poſtquã expediuit tum illa dixit,quo portas puerũ.Myſis nunc opus eſt ad hãc rem.m. Hęc ſcena actuoſa eſt,magis eñ in geſtu quã in oratõe eſt cõſtituta.Myſis nunc opus eſt properanntis & impenſe agentis.Da.uerba monſtrãtur.Et prompta. in medium prolata memoria atq; aſtutia. Memoria ut præcepta Daui retineat. Aſtutia,ad agendum ſtrenue quæ imperaret. Memoria ſimpliciter magis ut memor ſit præceptorũ,& memoria modo pro intelligentia,ut Virg.Inſtamus te.ui.Ex ara hinc ſume,ſume uerbenas ex ara ſcilicet Apollinis quẽ Caſſion Menander uocat, aut quod Apollini comœdia dicata eſt, in cuius honorẽ aram conſtituebant, comœdiam celebrãtes.Apollini ergo comœdia, Libero patri tragœdia. Verbenas tibi quaſi herbenæ,redimicula ſunt ararum. Tibi, quaſi geſtum quendam & motum ſtomachantis habet ut alibi. Quid uis tibi ſume dixit,& non tibi ſubſterne.Ex ara ſume uerbenas,uerbenæ ſunt oẽs herbæ & frondes quæ Feſtæ ad aras coronandas,uel omes herbæ frondesq; ex aliquo loco pure decerptæ. Verbenæ autem dictæ quaſi herbenæ ſic Menander. Quamobrem tute non facis id. tute tunc dicitur cum pronomẽ ad eam reuocatur perſonã à qua ſumitur, uerbi gratia quum dicimus tu lege,ille nobis reſpõdeat. cur tute non legis. Quia ſi forte opus ad herum iurãdum.ſic locutus eſt,ut explicari atq; intelligi nõ poſſit,aut enim deeſt ius,ut ſit iuſiurandum pro iurandum,aut ut uulgo dicitur iuramentum. Et opus eſt illam rem.nõ opus eſt illa re. Vt liqui.p. liquido,pure & manifeſte. Nã quæ ſunt pura & deſecata, liquida ſunt. Noua nunc re.in te iſtæc,ideſt iuſiurandũ metuere ſeruũ monſtri ſimile eſt.Noua religio in ſeruo & ſubita.Noua nunc religio,ſeruũ nolle mentiri noua religio eſt.Cedò,porrigẽtis eſt manũ. Vt quid agam porro intelligas,porro modo aduerbiũ eſt ordinis,aliàs temporis. Sponſæ pater interuenit, mire non dixit Chremes, ne cum dixiſſet quis Chremes, Myſis rurſus hic reſponderet ſponſæ pater. non & temere hoc facit poeta.nam promiſerat ſe rediturum domũ.Chre.domum ibo,dicam ut apparenter.a.h.r.Repu.cõ.qd'.p.intenderam,uerbum à uenatoribus trãſlatum,qui ratia intendunt ad feras capiẽdas,quia ergo parat Chremetem & Simonem fallere,intenderã dixit, uel à ſagittis atq; arcu. Neſcio quid eñ bene narres,narrare eñ aliena & quæ nobis ſunt neceſſaria dicimus.Ego.q.hinc.a d.uenire me, bene ait quoq; quia & Chremes ueniebat. Tu ut ſubſeruias,recte ut ſubſeruias dixit. non eñ tantũ loquit Myſis,quantũ Dauus. Orationi meę utcũq; opus ſit uer.tuis uerbis orationi meę.plura enim loquitur Dauus inde oratiõi dixit illa ſubſequeẽ, ideo uerbis. Vide, cauta eſto intellige ſpecta. Aut tu plus uides,ſi ſapis intelligis.Ne qd ueſtrũ remorer cõmodum,remorer,retardẽ,retineã,à Remora piſce munitiſſimo qui nauim retinet.nam gręce ἰχενηιϛ uocat

ACTVS QVARTI SCENA QVARTA.

Partim ſenarij, partim quadrati.

CHREMES SENEX. MYSIS ANCILLA. DAVVS SERVVS.

REuertor, poſtquam, quæ opus fuere ad nuptias
Gnatæ, paraui, ut iubeam adcerſi, ſed quid hoc?
Puer hercle'ſt, mulier tun' adpoſuiſti hunc? M. ubi
Illic eſt? Ch. non mihi reſpondes? M. hem, nuſquam eſt, uæ miſeræ mihi.
Reliquit me homo, atq; abijt. D. dij uoſtram fidem,
Quid turbæ'ſt apud forum? quid illic hominum litigant?
Tum annona cara'ſt. quid dicam aliud neſcio.
M. Cur tu obſecro hic me ſolã? D. hem, quę hæc eſt fabula?
Eho Myſis, puer hic unde eſt quisue huc attulit?
M. Satin' ſanus es, qui me id rogites? D. quem igitur rogẽ,
Qui hic neminem alium uideo? Ch. miror unde ſit.
D. Dicturan' quod rogo? M. Au. D. concede ad dexteram
M. deliras? non tute ipſe? D. uerbum ſi mihi

Vnũ

Vnum præterquam quod te rogo faxis,caue.
M. Maledicis.D.unde'ſt,dic clare.M.à uobis.D.ah ah ah
Mirum uero impudenter mulier ſi facit meretrix.
Ch.Ab Andria eſt ancilla hæc,quantum intellego
D.Adeon'uidemur uobis eſſe idonei
In quibus ſic inludatis? Ch.ueni in tempore.
D.Propera adeo puerum tollere hinc ab ianua.
Mane,caue quoquam ex iſtoc exceſſis loco.
M.Di te eradicent,ita me miſeram territas.
D.Tibi ego dico an non? M.quid uis? D.at etiam rogas?
Cedò,cuium puerum hic adpoſuiſti,dic mihi?
M.Tu neſcis? D.mitte id quod ſcio,dic quod rogo.
M.Veſtri.D.cuius noſtri? M.Pãphili.D.hem,q̃d Pãphili?
M.Eho,an non eſt? Ch.recte ego ſemper fugi has nuptias.
D.O facinus animaduertendum. M.quid clamitas?
D.Quemne ego heri uidi ad uos adferri ueſperi?
M.O hominem audacem.D.uerum uidi Cantharam
Subfarcinatam.M.dis pol habeo gratias
Cum in pariundo aliquot adfuerunt liberæ.
D.Næ illa illum haud nouit,cuius cauſſa hæc incipit
Chremes,ſi poſitum puerum ante ædes uiderit,
Suam gnatam non dabit,tanto hercle magis dabit.
Ch.Non hercle faciet. D.nunc adeò,ut tu ſis ſciens,

Ni puerum tollis, iam ego hunc in mediam uiam
Prouoluam, teq; ibidem prouoluam in luto.
M. Tu pol homo non es ſobrius. D. fallacia
Alia aliam trudit. iam ſuſurrari audio,
Ciuem atticam eſſe hanc. Ch. hem. D. coactus legibus
Eam uxorem ducet. M. eho obſecro, an non ciuis eſt?
Ch. Iocularium in malum inſciens penè incidi.
D. Quis hic loquitur? o Chreme, per tempus aduenis,
Auſculta. Ch. audiui omnia. D. an hæc tu omnia?
Ch. Audiui, inquã, à principio. D. audiſtin' obſecro? hem
Scelera. hanc iam oportet in cruciatum hinc abripi.
Hic ille eſt, non te credas Dauum ludere.
M. Me miſeram, nihil pol falſi dixi mi ſenex.
Ch. Noui rem omnem, ſed eſt Simo intus? D. eſt.
M. Ne me attingas ſceleſte, ſi pol Glycerio nõ omnia hæc.
D. Eho inepta, neſcis quid ſit actum? M. quid ſciam?
D. Hic ſocer eſt, alio pacto haud poterant fieri
Vt ſciret hæc, quæ uolumus. M. prædiceres.
D. Paululum intereſſe cenſes ex animo omnia,
Vt fert natura, facias, an de induſtria?

REuertor poſtquã quæ opus fuere ad nuptias. Adeſt nũc ipſe Chremes, cuius cauſſa ſcena fraudibus iſtructa eſt ne promiſſas cõpleat nuptias. Vt iubeam accerſi, recte iubeam, quia ſumma poteſtas nuptiarum in patre puellæ eſt. Sed quid hoc, non interrogantis, ſed mirantis, & non intelligentis eſt, & appareteũ non oculis priuſquã

corporis

corporis offenſum puerum ſenſiſſe latentem. Puer hercle eſt, ornatiua particula eſt hercle. Mulier magis quàm Myſis. Vbi illic eſt. Dauum quærit qui nunc abſceſſit, ut ipſe de foro uenire uideatur. Non mihi reſpondes, bene non reſpondes. Supra enim memor eſt ueritatẽ quicquã dicere niſi ſubſeruiat orationi Daui. Reliquit me homo atq; abijt, mire hominem non Dauũ dixit, ut etiam ſi audiat Chremes, incertam perſonam hominis audiat, non Dauũ. Dij ueſtram fidem, aduerbium admirãtis cum exclamatione. Quid turbæ eſt apud forum, hæc uerba ſunt uenientis de foro. Quot illic hominũ litigant, legitur & litigat. Tum annona cara eſt, cõminiſcentis eſt potius quàm alicui referentis. Quidnã aliud dicam, hoc poſt ſpectatores. Cur tute obſecro me hic ſolam, apoſiopeſis tertia. Hem quæ hęc eſt fabula, fabulã ſe dicit audire quaſi rei principium rationẽq; ignoret. Eho, eho interiectio eſt, uel principiũ animaduerſionem in ſe poſcentis, aut repente cernentis. Qui hic neminẽ uideo, callide affirmat non ſibi uiſum Chremetẽ, cum & præuiderit uenientẽ, & pręſentem uideat. Miror unde ſit. miror ueteres cum unde pro neſcio ponebant. nam admiratio ab ignorãtia deſcendit. Plautus. Ne quis miretur qui ſim paucis eloquar. Hau, interiectio conſternatæ mulieris. Concede ad dextram, & bene ad dexterã. ſiniſtra enim uenit Chremes, & nõ uult proximũ ei Chremetem ſed iuxta, ſupra eñ dicit. Ego quoq; hinc ab dextera ue. me. ſi. Deliras non tute ipſe. Deeſt enim mihi dediſti, ſed & ſupra, & nunc interturbat Dauus ne mulier totum dicat. Non tute ipſe. ſummiſſa uoce. Verbum ſi ullum mihi, accõmodate cõminatur Dauus, pene enim Myſis uniuerſa narrabat. Præterquã qđ te rogo. hoc ut & ſenex ſentiat pronunciare poteſt. Quam quod te rogo, caue, geſtu cõminantis eſt, & uultu ut ſuſpenderet cõminationem, deinde infert geſtum, ordo, caue faxis. Maledicis cum cõtemptu loqueris, cum conuicium facis. Apparet ergo maledicis lentius eſſe dictum cum ſubiungit, Dic clare, maledicis, noue pro cõminatione poſuit, cum pro conuitio ſoleat poni, niſi forte quia contumeliæ genus eſt cõminatio. Quidam putant hic eſſe unam perſonã Daui, ſcilicet dictum Myſidis nõ ſatis manifeſtum Chremi in maledicti ſimilitudinẽ deriuantis per illud, unde eſt, dic clare, hic expreſſius dixit. Mirum uero, ſæpe ad ironiã refertur, mirum uero impudenter, bono ordine locutus eſt. Primo eñ cauſſa impudentiæ natura eſt, deinde conditio. A uobis, quia à uobis parum intelligebatur, hic addidit morẽ meretricis, ut uel ſic intelligat ſenex. Adeón uidemur uobis eſſe idonei, idoneus eſt aptus ad om̃ia, & bona & mala. In quibus ſic illudo, & illudo in te ablatiuo caſu, & illudo te accuſatiuo dicimus, ſed primo ſuperuacuũ eſt, ut ſit quibus. Ab Andria eſt an. hęc, efficit quod uolebat Dauus. Nam intellexit Chremes quia ſit Pamphilo natus puer, ſic illudatis. Adeón, adeóne, an adeon ad eum. Veni in tẽpore, opportune, cum uiſus ſit interueniſſe putat. Veni in tempore, opportune, nos ſine præpoſitione dicimus tempore & tempori. Propera

adeo puerum tollere,hic uerſus clare dicitur, ſequẽs ne ſenex audiat ex-
preſſe.Caue quoquã iſto ex.l.neceſſario Dauus retinet Myſidem. non-
dum enim omia audiuit Chremes.nondum cõperit,unde ſit mulier,&
puer de quo ſuſceptus ſit. Exceſſis, pro excedas, ut faxis pro facias. At
etiam ro.rurſum iurgium repetit. & turbulentã orationem. Cedo cuiũ
p.cedo idem ſignificat quod dic mihi, ergo repetitionẽ ſignificat nõ ſu-
peruacuam orationem, & eſt dictum cum quadam fiducia & contem-
ptu eius cum quo ſermo eſt interrogantis aliquid. Mitte, id quod ſcio.
hoc lentius & ſummiſſe.Hem quid Pam.apparet mulierẽ ueſtri &Pam
phili lentius pronunciaſſe quã Dauus uellet, & ideo nunc repetit nomẽ
ueſtri & Pamphili.Hem,quid.duas res operat,ut ignariſſimũ ſeſe oſtẽ-
dat,& ut Pamphilus nominetur.& argute repetit nomen Pãphili,quaſi
per indignationem,ut ſoceri auribus nomẽ adoleſcẽtis inculcet.metuit
enim ne audiat ut ſenex.Recte ego.h.ſ.f.n.& hic effecit quod uoluit Da-
uus,ut Pamphili Chremes puerum eſſe cognoſcat,& recuſet generum.
Has fu.i.huiuſmõi.O faci.a.apoſiopeſis quarta.Quid cla. clamauit ẽm
Dauus ut puerum audiret Chremes. Quem ne.e.&c.uult negando irri-
tare mulierem ad confirmanda quæ uult.O hominẽ.a.exclamatio My-
ſidis teſtimoniũ ueritatis eſt. Verum uidi Can.ſuf.uide infirmũ argumẽ
tum. prius uidi puerum afferri dixit, poſt non puerũ, ſed Catharã ſuf-
farcinatam.Canthara nomen eſt anus.& hoc dixit ut leniter redarguat
Myſidem non ut uincatur.hoc ẽm uidiſſe ſe innuit cantharã ſuffarcina-
tam non puerum portantẽ.Suffarcinatam,propriũ eſt anibus ſuffarci-
natas eſſe,ut Perſius Panucia baucis,& Plau. Doliarem claudam, craſ
ſam.Quod in pariundo aliquot fuerunt liberæ, inditiũ ſecuta cõfirma-
tio eſt,quã expreſſit Daui refutatio,ſupereſt etiam ut & cõcludatur ef-
fectus doli negãte Chreme ſe datur filiam, quod ſubinde efficit Dauus
dolo. Aliquot liberæ, nec paucæ nec multæ. Liberæ teſtimonia libera
contra ſeruum, & hoc proprium Terentij eſt, nam de Romano more
hoc dixit. Næ illa illũ,næ ualde.Cicero næ illi uehementer errant.Chre
mes ſi poſitum puerum. * tranſit enim à mixto ad mu
* tatum characterẽ.Nę illa illum Chremetẽ ſcilicet,Chremes ſi poſitũ *
ante aliqua uerba ſic ꝓnunciamus ut uana uideant.
Non hercle faciet.bene enim de ſe tertiã perſonam facit ut ſupra. At nũc
f. Vt tu ſis ſciens,eloquenter, ſic enim ueteres pro ſcias dixere. Iam ego
hũc in mediã uiam prouoluam. bene in mediã uiam,quia ante fores po
ſitus iacebat. Teq; in luto ibidem prouoluã,in luto de proximo repeti-
uit,quoniã nomina ſunt paranomaſia,quando uerba paranomœon di-
citur.Prouoluam,id eſt porro uoluam,& dolo quidẽ minatur quod fa-
cturus nõ eſt,uerum ſedulo id agit,ut iam puer tollat in medium,ſimul
eum ſeruat Chremeti,ut ipſe recuſet generũ, non ut à quoquã paſſus ui
deatur iniuriam. Tu pol homo ſobrius non es, ſobrius eſt ſanæ mentis
quaſi ſebrius, hoc eſt ſeparatus ab ebrio, ut ſecretus ſeparatus ab his q
diſcer-

diſcernuntur. Fallacia alia aliam trudit, prouerbiū cui ſubiacet memorem mendacem eſſe oportere. Ciuem atticam eſſe hanc, tranſit ad imitationem. Au. interiectio eſt cōturbatæ mulieris. Iocularium in malum, ecōtrario ꝑ graui & moleſto ac nimio. Iocularium igitur κατ᾽ ἀντίφρασιν. Quis hic loquitur? ô Chreme, principiū loquendi Dauus Chremeti dat perfecturus quæ ipſe conatus eſt. Per tempus aduenis, idem eſt per tempus quod in tempore, aut certe per tempus tempeſtiue. O Chremes per tempus aduenis. aſtute quaſi eum nūc primū uiderit. Ah ne tu oīa? aut ne pro an legitur, aut ne omia, ut ne ꝑducatur & accipiatur pro nō, ut omnia audiſti ſubauditur. Audiſti obſecro hem. exultans Dauus infert & inculcat frequenter repetēdo. Audiſtin obſecro hem. difficile credendo affirmat ſe non ſciuiſſe præſentem Chremetem, ut hac confirmatione nihil illum de ſe faciat ſuſpicari. In cruciatū hinc arripi, non in crucem, ſed in cruciatum. Hic ille eſt cum emphaſi, quaſi uir magnus, ſed hoc Chremetē oſtendens dicit cum ironia. Non te credas Dauū illudere Virg. Non Diomedis equos. n.o.c.a. Nihil pol falſi dixi mi ſenex. quia quaſi alienior eſſet & ignotus Myſidi. Me miſerā, ſuppalpitatio muliebris. Ne me attingas, quædam oſtenduntur aperte in comœdijs, quædā ex alijs ꝑſonis intelligunt. Si pol Glycerio non omia hæc, apoſiopeſis tertia, quod alienæ perſonæ interuentu reticetur. fiunt autem apoſiopeſis. i. reticentiæ tribus modis, aut per ſeipſum, & ad alium tranſit, & eſt prima, aut tacet nec ultra aliquid dicet, & eſt ſecunda, aut alterius interuentu perſonæ. ſ. & eſt tertia. Neſcis quid ſit actum, neſcis plerūq; dicitur ei non quē uolumus redarguere imperitiæ aut ignorantiæ, ſed quē facere uolumus, ut uelit libenter audire. Paululum intereſſe, noue pro multarum eſt * Ex animo omnia ut fert natura, ephexegeſis. nam quid ex animo uis ut fert natura, & hæc ſententia ab initio ꝓbata eſt, quàm Menander epidicticos poſuit. Vt fert natura, hoc eſt naturalis & ingenita actio. An de induſtria. i. ſciētia & prouidentia ea ē quæ diſcimus & ſcimus operatione genita & induſtria quadam ſcimus & Virg. Et putre ſolum, nam quæ. h. i. a.

SCENA QVINTA ACTVS QVARTI.

Senarij omnes, præter unum ſeptenarium.

CRITO HOSPES, MYSIS ANCILLA, DAVVS SERVVS.

In hac

IN hac habitaſſe platea dictum’ſt Chryſidem,
Quæ ſe inhoneſte optauit parare hic diuitias
Potius, quã in patria honeſte pauꝑ uiuere.

Occaſio καταστροφῆς. Nam ſenex caſu interueniens diſcutit periculum.

Eius morte ea ad me lege redierunt bona.
Sed quos perconter uideo, ſaluete. M. obſecro
Quem uideo? eſt ne hic Crito ſobrinus Chryſidis?
Is eſt. Cr. ò Myſis ſalue. M. ſaluus ſis Crito.
Cr. Itan’ Chryſis? hem. M. nos quidẽ pol miſeras perdidit.
Cr. Quid uos? quo pacto hic? ſatin’ recte? M. nos ne?
Vt quimus, aiunt, quando ut uolumus non licet.
Cr. Quid Glycerium? iam hic ſuos parentes reperit?
M. Vtinam. Ce. an nondum etiam? haud auſpicato huc me adpuli,
Nam pol ſi id ſciſſem, nunquam huc tetuliſſem pedem,
Semper enim eius dicta eſt hæc, atq; habita eſt ſoror,
Quæ illius fuerunt, poſſidet: nunc me hoſpitem
Lites ſequi, quàm hic mihi ſit facile, atq; utile,
Aliorum exempla commonent, ſimul arbitror,
Iam eſſe aliquem amicum, & defenſorem ei: nam ferè
Grandiuſcula iam profecta’ſt illinc clamitent
Me ſycophantam, hæreditatem perſequi

Mendicũ

Mendicum: tum ipſam diſpoliare non licet.
M. Optume hoſpes pol Crito antiquum òbtines.
C. Duc me ad eam quando huc ueni, ut uideã. M. maxume
D. Sequar hos, nolo me in tempore hoc uideat ſenex.

IN hachabitaſſe.p.d.eſt Chry. In hocloco, per-
ſona ad cataſtrophē machinata loquitur. Nã hic
Crito nihil argumēto debet, niſi abſolutionem
errors eius, ſimul & uerbis ſuis quã grauis, quã
modeſtus, quãq; iuſtus ſit oſtēdit. In hac.h.p.d.
eſt Chr. non habitare, ſed quia mortua eſt habi
taſſe dicit. plateam græci πλατεῖαν dixerunt.
quã nos plateã dicimus ſecundũ formã eiuſmõi
μεδεῖαν & Medeã, σπονδεῖον & ſpondeũ ſcri-
bimus. Quæ ſeſe inhoneſte optauit, optare eſt unum de duobus eligere
Virg. Pars optare.l.t. Parare hic di. animo hæredis dixit parare diuiti-
as. Potius quã.in.p. primũ dolet Critò quod meretrix fuit Chryſis, ſecũ
do progreſſus quæritur quod mortua eſt, & nota quod tria dixit Crito,
contempſiſſe Chryſidem, patriã, honeſtatem. & paupertatē τὸ πρέπον
etiam ſeruatũ eſt, graui uiro, cum illũ ſobrinæ pudet, ſimul hic oſtendit
eius generis fuiſſe Chryſidem, ut quæ probe uiuere potuerit, niſi ut ait
neceſſitas cogeret. Quàm in patria.h. antitheton primũ. Potius quã.in.
pa h.p. uiuere, his uerbis à poeta iam honeſtus inducit Crito, & dignus
cui credi oporteat. Pauper uiuere, ad illud reddidit. Sed inopia & cogna
torum neg.co.f. Eius ad me redierunt lege bona, hic ius tractauit dicen-
do redeunt, quia in familiã redeunt, ſi non eſt hæres de proximo aut ex
teſtamento. Sed quos percōter uideo, interrogatio eſt cui neceſſario re-
ſpondetur, aut ſic, aut non, percontatio cui, nihil horũ. interrogatio ut
ſi quis dicat ubi habitat Chryſis. dicatur ecce hic. percontatio, ut ſi quis
dicat, cur adulterium cõmiſiſti, ſimul & modeſte & mature, & de ſe ni-
hil interrogatus cœpit à blandimētis. Eſt ne hic Crito ſo. ſobrinæ ſunt
conſobrinorũ filij. nam ſic dixit Menander, uerũ ut alij putant de ſorori
bus nati hi ſunt ſobrini quaſi ſororini dicti. O Myſis ſalue, ſaluus ſis Cri
to, ſaluus ſis, aſſeueratio ſalutantis eſt. non quaſi reſponſio. Itán Chry-
ſis. hem non nunc interrogat, ſed cõmiſeratur, & ita ſequebatur ut dice-
rent perijt, ſed magis gemitus ſignificat quod minus dixerat. Nos qui-
dem pol miſeras perdidit, hic intelligitur ſupra ſubaudiendũ perijt. nã
pro perijt hæc repoſuit perdidit. Quid uos, quo pacto hic, ꝓgreſſio lo-
quentis ad interrogandum, idem putas inquit quod illa perijt. Vos aũt

quomodo, quo.p̄.h.ſignificatio eſt peregrinantis. Nos ne ut qui.a.q.u. ſic nondum eſt, & eſt ſignificatiuū languoris cuiuſdam & lenitudinis. Sic ut quimus aiunt quādo ut uolumus nō licet, ad præſentis & ad præteritæ uitæ excuſationem pertinet iſta reſponſio, qua purgatur uoluntas Chryſidis in quæſtu meretricis. Cecilius in plotio. Viuas ut poſſis, quando nequis ut uelis. Quid Glycerium. iam hic ſuos, cōuenit hæreditatem petenti, cōuenit iudici futuro de pluribus indagare, ergo recte & bono ordine quæſiui. Quid Chryſis. Quid uos? quid Glyceriū. Vtinā, nouo genere exoptationem pro negatione intulit. Haud auſpicato huc me appuli, ideſt inauſpicatus, quod non eſſet auſpicatus, & uſitatū ueteribus ſic dicere. Siquid aliquādo aliter eueniſſet quā uellent. Nunquā huc retuliſſem pedem. Virg. Me ne efferre pedem.g.t.p.r. Et ferte ſimul f,q.p.d.q.p. Sed critici annotāt altius eſſe charactere cōmico retuliſſem pedem. Semper.n.d.eſt atq; ha.ſoror, aut ueris credendum eſt, aut etiā falſis, quæ tamen inueterauerint. hinc Cicero. Ita habeantur itaq; dicātur. habita eſt ergo plus quā credita. ſemper em̄ à poſſibili & uili. Nunc me.h.l.ſ. mire dicit me, cum emphaſi. id eſt ſenem & remotū à litibus. Hoſpitem, ideſt peregrinū. Lites ſequi.i. pauperem, totū per emphaſim. Quā id mihi ſit facile atq; utile.i. difficile & inutile, & eſt comicū. Grandiuſcula iam profecta eſt, ad partem ætatis id refertur, ideſt grādis natu maior, aut generaliter ad ſummā ætatis refertur, & ad comparationē ætatis, pariter & cōparatiue & ſimilitudinarię poſitū eſt. Sycophantā, hoc eſt cum in me cōueniunt lites. bene ſycophantā, quia bonā cauſſam habet, & nihil aliud timet quā conuitia & ſycophantā, ſubdiſtingue & ſic infert ſequentia. Tum.i.ſ.n.l. ab honeſto, & bene quia nihil ſuum habet Chryſidis. Optime hoſpes pol Crito antiquū obtines. antiquū, abſolute dixit, ut æquum aut bonū, quod antiqui ſolebāt, aut certe per * ideſt morem & ingeniū. Duc ad eam quādo huc ueni ut uideam, uel hoc inquit ut uideam, cur autem ut uideam quia timet, & eſt ordo. Duc me ad eam. Nolo me in tempore hoc uideat ſcilicet, bene em̄ ſenex. Simo em̄ cum Chremete eſt, propter hoc uideri non uult, ne eius utatur apud ſocerū teſtimonio, rem eſſe Pamphilo aduerſus Glycerium. & rurſus nuptiæ confirmentur.

*

ACTVS QVINTI SCENA PRIMA.

Quadrati omnes.

CHREMES, SIMO, SENES.

Satis

SAtis iam ſatis Simo ſpectata ergo te ami
citia'ſt mea.
Satis pericli cœpi adire, orandi iam fi-
nem face.
Dum ſtudeo obſequi tibi, penè illuſi ui-
tam filiæ.
S. Immo enim quàm maxime abs te oro,
Atq; poſtulo Chreme,
Vt beneficium uerbis initum dudum, nunc re comprobes
Ch. Vide quàm iniquus ſis præ ſtudio, dum efficias id
quod cupis:
Neq; modum benignitatis, neq; quid me ores cogitas,
Nam ſi cogites, remittes iam me onerare iniurijs.
S. Quibus? Ch. ah rogitas? perpuliſti me, ut homini ado-
leſcentulo,
In alio occupato amore, abhorrenti ab re uxoria,
Filiam darem in ſeditionem, atq; incertas nuptias,
Eius labore, atq; eius dolore gnato ut medicarer tuo,
Impetraſti, incepi, dum tulit res: nunc non fert, feras.
Illam hinc ciuem eſſe aiunt, puer eſt natus, nos miſſos face
S. Per ego te deos oro, ut ne illis animum inducas credere,
Quibus id maxime utile'ſt, illum eſſe quàm deterrimum.
Nuptiarum gratia hæc ſunt ficta atq; incepta omnia

Ad finem ἐπιτάσεως facit hæc noua turba.

 Vbi

Vbi ea cauſſa, quamobrem hæc faciunt, erit adempta his, deſinent. (at

C. Erras, cũ Dauo egomet uidi iurgantẽ ancillã. S. ſcio. C.

Vero uultu, cum ibi me adeſſe neuter tum præſenſerat.

S. Credo, & id facturas, Dauus dudum prædixit mihi.

Et neſcio, quid tibi ſim oblitus hodie, ac uolui dicere:

SAtis iam ſatis Simo ſpectata erga te amicitia eſt mea. Hæc ſcena officiorũ diſceptationẽ continet patrum inter ſe de officio amicorũ & paterna pietate tractantium. Satis iam ſatis, hæc ueluti quædam controuerſia eſt, namq; cum iniuriarũ reus ſit Simo, cõtradicitur per coniecturã falſum eſſe quod intendit, cum Pamphilus neq; amet, neq; ex eo natus ſit filius, & adhibet deriuatio cauſſæ, qua dicitur meretricẽ iſta omnia eſſe molitã ad diſturbandas nuptias. Satis iam ſatis, bene negaturus filiam purgat prius officium ſuũ de fide promiſſa, & ultro accuſat ipſum. Spectara, probata, ut Virg. ait, Rebus ſpectata ſecundis, Immo. n. parelcon eſt figura. Immo. n. quã maxime abs te poſtulo. Renunciare affinitati Chremetem, aut parũ adhuc intelligit Simo, aut ſubtiliter diſſimulat, ut ad fidem promiſſam hominẽ compellat. Vt beneficiũ uerbis initum, cœptum ab ineundo, unde & initia quoq; dicta. Dum id efficias quod cupis, quod uelis, legitur & quod iubes. Neq; modum benignitatis, neq; mores cogitas. aut quantũ de benignitate amoris exigẽdum, aut præſumendum ſit, aut quantum ſit poſſibile quod petis. Remittas iam, remittas pro mittas. Perpuliſti me ut homini adoleſcẽtulo. hic eſt tota accuſatio. homini adoleſcentulo. ſic Saluſt. Occultanti ſe tugurio mulieris ancillæ. Filiam ut darem in ſeditionẽ. inuidioſe, non ꝓmitterem inquit, ſed darem quantũ in te eſt. Dum res retulit. compoſitũ pro ſimplici poſitum eſt tulit, & altius quã decet comicũ characterem dictum uidetur, Per ego te deos oro, ut ne illis animũ inducas credere. defenſio per coniecturã. & eſt ordo per deos oro te ego. Quibus id maxime utile eſt argumentum à perſona. Quibus id maxime utile eſt cauſſa ratiocinatiua. Vbi ea cauſſa, quamobrem hoc faciunt ἀνακόλουθον. nam non intulit ob quã cauſſam, cũ ſupra dixerit. Ea cauſſa, ſed quaſi dixerit ubi ea res intulit, quãobrem hæc faciunt. Erit adẽpta, aut rem abũdat, aut cauſſa. Vultu uero, quaſi dixerit Simo ſimulabat ancilla. Cũ ibi adeſſe me neuter ſen

ter ſen

ter ſenſerit, creditur & ſi uiſus à Myſide erat, tamē ignorabat eſſe Chremes donec diceret Dauus. Hic eſt ille. non te credas Dauum ludere. Cum ibi adeſſet, tum deeſt ut ſit integrū tum cum. Dauus dudum prædixit mihi. hic oſtenditur quid uelit callidus Dauus. ut prædiceret futurum ſeni id quod ipſe erat facturus. Neſcio quid tibi ſum oblitus, deeſt propter, ut ſit neſcio quid. aut ſit neſcio quare, ut ſit aduerbiale. A uolui dicere. at pro contra quam.

ACTVS QVINTI SCENA SECVNDA.

Quadrati & ſenarij, & unus dimeter.

DAVVS SERVVS. CHREMES, SIMO SENES. DROMO SERVVS.

ANimo iam nūc ocioſo eſſe impero. Ch. hem Dauum tibi.
S. Vnde egreditur? D. meo præſidio atq; hoſpitis. S. quid illud mali eſt
D. Ego commodiorem hominem aduentum ad tempus non uidi. S. ſcelus,
Quem nā hic laudat? D. omnis res eſt iam in uado. S. ceſſo alloqui?
D. Herus eſt, quid agam? S. ò ſalue bone uir. D. hem Simo ò noſter Chreme,
Omnia adparata iam ſunt intus. S. curaſti probe.
D. Vbi uoles, adcerſe. S. bene ſanè, id enimuero hic nunc abeſt.

Etiã tu hoc reſpondes? quid iſtic tibi negoci'ſt? D. mihin',
S. Ita.

D. Mihi ne? S. tibi ergo. D. modo introi. S. quaſi ego quàm dudum rogem. (ſer.

D. Cũ tuo gnato unà. S. an ne'ſt intus Pãphilus? crucior mi

Eho, non tu dixtin' eſſe inter eos inimicitias carnifex?

D. Sunt. S. cur igitur hic eſt? Ch. quid illum cenſes? cum illa litigat. (audias.

D. Immo uero indignum Chreme iam facinus faxo ex me

Neſcio quis ſenex modo uenit: ellum, confidens, catus.

Cum faciem uideas, uidetur eſſe quantiuis preti:

Triſtis ſeueritas ineſt in uoltu, atq; in uerbis fides.

S. Quid nam adportas? D. nihil equidem, niſi quod illum audiui dicere.

S. Quid ait tandem? D. Glycerium ſe ſcire eſſe ciuẽ atticam

S. Hem Dromo, Dromo. D. quid eſt? S. Dromo. Da. audi. S. uerbum ſi addideris Dromo.

Da. Audi obſecro. Dr. Quid uis? S. Sublimem hunc intrò rape, quantum potes.

Dr. Quem? S. Dauum. D. quamobrem? S. quia lubet, rape inquam. D. quid feci? S. rape.

D. Si quicquam mentitũ inuenies, occidito. S. nihil audio:

Ego iam te commotum reddam. D. tametſi hoc uerum'ſt

Audet pluſculũ ſeruus, quia nihil reſtare pericli putat, ſed nõ fert id impune.

S. tu

S. tu tamen
Cura adſeruandum uinctum: atq; audin'? quadrupedem
conſtringito.
Age nũc iam ego pol hodie, ſi uiuo, tibi oſtendam, herum
quid ſit pericli fallere, &
Illi patrem. Ch. ah ne ſæui tantopere. S. Chreme,
Pietatem gnati, nonné te miſeret mei?
Tantum laborem capere ob talem filium.
Age Pamphile, exi Pamphile, ecquid te pudet?

ANimo iam nunc ocioſo eſſe impero. Hæc ſcena principium iudicij, & iracundiã ſenis continet, atq; in ea uehementer exprimitur cõſuetudo patris ac domini offenſi & indignãtis. Animo iam nunc ocioſo eſſe impero, exultans egreditur Dauus nuncians prona eſſe omnia ad ſecuritatem. Et ocioſo, ſecuro quia negociũ ſollicitudo eſt. Impero, pro uolo, an ut ſtatim fiat tanquã illud quod imperatur, & impero ſuꝑbe dixit. ſummũ enim iudicium ſecuritatis eſt ſuperbia. Vnde ego. hic nõ interrogat, ſed cum admiratione uel magis cum indignatione dicitur. Meo. p. a. h. animo iam nũc ocioſo eſſe impero, meo præſidio atq; hoſpitis. ſ. Critonis. Ego cõmodiorem. h. hic Dauus admiratur quod in ipſo articulo periculi ſupuenerit. Ego cõmo. poteſt enim commodus eſſe in homine quis & alieno tẽpore ſupuenire, poteſt & cõmodum eſſe in homine, ſed opportunum malum & aduentũ habere poteſt. nam cõmodum in homine eſt aduentus in facto eius, tempus in opportunitate facti. Cõmodiorem hominem Syllepſis. Scelus. q. h. l. non eſt hic ſolœciſmus. ad ſenſum em̃ nõ ad uerba reſpexit, etenim propter ſenſus uerba ſunt, nõ propter uerba ſenſus. Omnis. r. i. e. in. u. in ſècuritate. nam ut in profundo periculũ eſt, ita in uado ſecuritas eſt, prouerbiale in uado in tuto. Quid agam? plus eſt dicere quid agam, quã cogitare de fuga. Salue. b. u. ironia maior eſt quã increpatio, cum em̃ omne genus criminis aliquid ſuperauerit. tunc excluſi ironia laudamus. Hem Simo, interiectio ꝑturbati eſt. O noſter chr. noſter dicendo latenter ſignificat Glyceriũ filiam Chremetis eſſe inuentam.

inuentā. Omnia appa.i.ſ. quia infecta ſunt de paratis. Curaſti pro. ꝓbe memoriter, ſupra dixerat eṁ ſenex immo abi intro. ibi me opperire qđ parato opus eſt para. Vbi uo. ubi pro quando. non eṁ loci ſed tempo⸗ris aduerbiū eſt. Bene ſane, ualde. quia qui ſanus eſt is eſt ualidus. Is.e.h, abeſt. pro deeſt. Etiam.t.h.r. deeſt an nō. etiam tu hoc reſpondes. etiā aut hortatio eſt aut coniunctio, & uide quanta dixerit, & quid & iſtic & tibi. Mihi ne, quando nō ſumus parati ad reſpōdendum ducendo tē⸗pus eludimus. Mihi ne, apparet ita turbari Dauū modo conſilio poetæ ut omnes amittat fallacias, & oppreſſus prodat Pamphilum, dum ma⸗lum cominus ꝑhorreſcit, totumq; hoc ex argumento eſt. Vult eṁ iam poeta cataſtrophen patefieri. Modo introij, hoc ſignū perturbationum inducit ad conſcientiā Daui. Cum Gnato tuo.u. ſerui excuſatio, filij ac⸗cuſatio eſt, & hoc quaſi à perturbato dicitur ſeruo, ſed cōſilio poetæ exi tum feſtinātis de reſolutione fabulæ. An ne eſt intus Pamphilus. cauſſa iræ uehementior inuenta eſt. Sunt, nulla ratione dicit ſunt, ſed ne nihil re ſpōdeat, nam turbatus eſt, utpote oppreſſus. Quid illum, deeſt propter ut ſit propter quid illum cenſes. Cum il.li. Chremi conuenit hic ſermo. hic enim irridet, qui & ſupra dixit. Amantiū iræ inte.a.e. & ſic hoc dicit alibi. Cœdo ut ſit. mi. &c. Cum il. irridet Simonē Chremes, quia dixit iræ ſunt inter Gly. &.g. Immo.u.in.ch. bene ad eum loqtur, qui eſt à nu⸗ptijs deterrendus, uel qui non interturbet orationē ſuam, uel quem iam ſupra ſibi precatorē deſtinet. ita loquitur quaſi hęc ſit cauſſa cur ſit Pam philus ingreſſus, quatinus eius.ſ. intendatur à Critone hoſpite ducendæ uxoris animus, quā ciuem Atticam nunciauerit. Neſcio.q.ſ.m.u, bene neſcio. quis etem ſi notus eſſet uideretur gratificari.i. gratioſus eſſe te⸗ſtis & nimis uerus. Ellum ueteres quod nos illum dicimus, ellum uel ol lum dicebant, quāuis ellum quidam ecce illū uelint intelligi, tanquā ꝓ ipſo domū Gly. oſtendit Dauus dicens ellum quaſi en illum, eſt enim ut alij uolunt pronomen, ut alij aduerbiū demonſtrantis. nam pronomen huiuſcemodi ueteres ſic ꝓferebāt. ille, ellus, ollus, ſed ut diximus aduer bium compoſitū ex pronomine uideri poteſt, ut ſit in eo uel en uel ecce, ut ellum.i. en. uel ecce illum. Confidens, confidentem hic pro conſtanti. nam mala ſignificatiōe poſuit. Cautus, callidus, doctus, ardens, παρὰ τὸ καίομαι. Vnde Cato dictus ingeniorū etem igneus uigor eſt. Quāti⸗uis.p. ad magnitudinē refertur. quantiuis ad paruitatem precij, & totū oratoris. ſcire eṁ locutus eſt. ſed intereſt inter quāuis, & quātiuis. nam alter contemptionis, alter laudis. Triſtis ad laudem interdum ſumitur, nō ad amaritudinē triſtis. Cic. Iudex triſtis & integer. Glyceriū, ſ.f. &c. bene conſtanter ad ea quæ locutus eſt ſcire ſe dixit. Dro. Dromo cōmo tus ira & dolore nihil dixit. niſi quod lotariū repetendo ſepius uocat. Verbum ſi.a. bene quia oīa præſente ſocero contra nuptias loquitur. Audi.o. plærūq; à uerberandis uel indulgentia loquitur uel mora. Sub⸗

limem,

lmem.i.per altum. Quantũ.p.hoc eſt celerrime, quia ſegniores ſe oſtẽdunt ſerui ad puniendos collibertos.ſ.mora ueniã captantes indignantum dominorũ. Quia lu.ut ſupra dictũ eſt, ut ſi libitũ fuerit cauſſam cœperit, q̊ iure, quaq; iniuria. qa lubet Dauo dicit. Rapeinq;.hoc Dromoni. Si quicquã.i.m.o.hic plus dixit. ubi em̃ uerbera ſupra dixit. nunc occidito. Commotũ, citum celerem. Quadrupedem, utrũ ligaturæ genus ſit, ſic dictum quadrupes, an quadrupedem ut feram, an quadrupedem ideſt cum pedibus & manibus, an quadrupedem pro ſeruo ac fugitiuo poſuit, ut Virg. Saucius at quadrupe.n.i.t.r· Conſtringito, mire ne quid fiat tragicũ in comœdia uſq; ad uincula ita ꝑgredit. nec quicquã tentat nec quoq; tẽdat ulterius. Si uiuo tibi, qui certa minari uolũt incertã faciunt uitã ſuam. Herum quid ſit pericli fallere, herũ & patrẽ cum ingenti ꝓnũciatione dixit, & alibi. Nam mẽtiri aut fallete.i.p.a.m. tanto magis audiat cæteros. Ne ſæui tantopere, ne imperatiuo magis quã coniunctiuo adiungitur. ut Virg. Ne ſæui magna ſacerdos. Pietatem g.n.t.m.m. eclypſis, deeſt em̃ uides, aut quid tale. & eſt ironia ꝓ impietate, & uide inuidiam quaſi parricidam accuſantis. non em̃ pudorem dixit, ſed pietatem. Tantum.l.c. Syllepſis, aſſumendum eſt enim extrinſecus me.

ACTVS QVINTI SCENA TERTIA.

Senarij partim, & ſeptenarij.

PAMPHILVS ADOLESCENS. SIMO, CHREMES SENES.

QVis me uult? perij. pater eſt. S. quid ais o-
mnium? Ch. ah, (qui.
Rem potius ipſam dic, ac mitte male lo-
S. Quaſi quidquam in hunc iam graui-
us dici poſſit.
Ain? tandem ciuis Glycerium eſt? P. ita prædicant.
S. Ita prædicant. ò ingentem confidentiam.

P Num

Num cogitat quid dicat? num facti piget?

Vide quo modo aſſurgat.

Vide, num eius color pudoris ſignum uſquam indicat?
Adeon' impotenti eſſe animo, ut præter ciuium
Morem, atq; legem, & ſui uoluntatem patris,
Tamen hanc habere ſtudeat cum ſummo probro?
P. Me miſerum. S. modóne id demum ſenſti Pamphile?
Olim iſtuc, olim, cum ita animum induxti tuum,
Quod cuperes aliquo pacto efficiundum tibi:
Eodem die iſtuc uerbum uere in te accidit.
Sed quid ego? cur me excrucio? cur me macero?
Cur meam ſenectutem huius ſolicito amentia? an
Vt pro huius peccatis ego ſupplicium ſubferam?
Immo habeat, ualeat, uiuat cum illa. P. mi pater.
S. Quid mi pater? quaſi tu huius indigeas patris.
Domus, uxor, liberi inuenti, inuito patre,
Adducti qui illam ciuem hinc dicant. uiceris.
P. Pater licentíe pauca? S. quid dices mihi? Ch. at
Tamen Simo audi. S. ego audiam? quid ego audiam
Chreme? Ch. at tñ dicat ſine. S. age dicat ſino.
P. Ego me amare hãc, fateor, ſi id peccare'ſt, fateor id quoq;
Tibi pater me dedo, quid uis oneris impone, impera.
Vis me uxorem ducere, hanc uis amittere? ut potero feram
Hoc mõ te obſecro, ut ne credas à me adlegatũ hunc ſenem
Sine

Sine me expurgem. atq; illum huc coràm adducam. S. adducas? P. ſine pater.

Ch. Aequum poſtulat, da ueniã. P. ſine te hoc exorẽ. S. ſino

Quid uis cupio, dum ne ab hoc me falli comperiar Chreme

Ch. Pro peccato magno paululum ſuplicij ſatis eſt patri.

Quis me uult perij, pater eſt, hic accuſatio eſt quæ ſoluitur defenſione in eo quod ad amorẽ pertinet per conceſſionem. in eo quod ad Critonis perſonam per coniecturã. Quid ais omniũ? apoſiopeſis tertia, & eſt ad deformationẽ perſonæ, & eſt irati familiaris apoſiopeſis, cum pro indignitate peccati non inueniat conuitium. Quid ais, nõ interrogantis ſed inuehentis. & eſt eclypſis multa ſignificans in eo quod ait omnium. Quaſi quicquam in hunc iam grauius dici poſſit, quàm fecit, quàm peccauit. Ain tandem ciuis. g. e. quærit Probus ain quæ pars oratiõis ſit. & an una ſit. eſt autem ain, quaſi ais ne. & mire quaſi ipſe dicat quod Dauus dixerat. Ergo ain percontatiuũ uerbum eſt. Tandem pro tamen. Ita prædi. artificioſe pro dicunt poſuit, adeo in hac re uehementer cõmotus ſenex hoc ipſum repetit prædicant per iracundiã. & ita eſt * ut repetuntur uerba in quibus arguitur impudentia. O ingentem cõfidentiam & confi. modo pro audacia eſt cum improbitate, ut in Phormione, homo confidens, aliter hic ſupra cõfidens pro conſtanti & graui, ergo cõfidentia interdum in bona ſignificatiõe, interdum in mala ponitur, ſed fiducia ſemper in bona. O ingentẽ cõ. num cogitat quid dicat. amens eſt qui neſciat quid dicat. amentior quẽ non pænitet facti ſui. Num cogitat quid dicat? quia iniuriarum ſe alligat. Num facti piget? quia dici prædicant non dicunt, & ut ſolent iraſcentes auertit orationẽ à ſecunda ad tertiam perſonã, ab ea cum qua loquebatᷓ ad aliam. Num eius color pudoris. ſ. ſignum eſt, parua quædam ſignificatio indicans totius rei qualitatem. Num eius color pudoris, ſcilicet, paterno animo dicit. Namq; patribus erubeſcere filios pudenteſq; eſſe familiare eſt, cui contrarium eſt erubuit. Salua res eſt, hoc ergo dicit nec timet inquit, nec eum pœnitet, nec pudet. Vt præter ciuium morem, præter contra. nunc enĩ præter contra ſignificat. Impotenti, nimis potẽti, uel certe debili & deuicto. Ciuiũ morem atq; legem &. ſ. u. p. tria contempta ſunt, mos, lex, imperiũ patris. Tamen, cum non dixerit quãuis, ſubiecit tamen, & figura eſt anacolũthon. Me miſerum, initium defenſionis, & deploratio calamitatis

& miſeriæ, qua in amorem culpam remouet à uoluntate ſua, cum pater quod amat filium uitium mentis dicat eſſe non impulſum. Modo ne id demũ ſenſiſti Pamphile? comprobationẽ oſtendit eum eſſe miſerum. Demũ autem ſignum eſt tarditatis, & ſentire dicitur, quia uix colligit ſe. uixq́ animaduertit, ut alibi. Vix tandem ſenſi ſtolidus. Olim, obiurgatio eſt. quod dictum eſt olim, confirmationẽ autem per repetitionẽ oſtẽdit. Vt ille diuum. c. d. eo. euenit fuit. Aliquo pacto. quoquo modo. Sed quid ago, cur me excrucio, proprium eſt parentibus indignatione uelut abijcere curam filiorũ, cum de ſtomachati fuerint. Sed qd ago cur me excrucio? eclypſis per apoſiopeſin. Sollicito, ſollicitam reddo, ideſt contriſto & perturbo. Cur me macero, cur meam ſenectutem, non me, ſed meam ſenectutẽ. quo prius eſt & miſerabilius dicit. Immo hanc habeat. uiuat cum illa, nõ iraſcitur ut pater, ſed diſſimulat ut alienus, quia uehementer dolet, & habeat ſubauditur illam. Mi pater. mi. meus. & principium factum à cõciliatione perſonæ. Quaſi tu huius indigeas patris, huius oſtendens ſe dixit, utile eſt, hic eſt animus lucis contemptor. Domus uxor, uxor. liberi inuenti, mira grauitate ſenſus elatus eſt, nec de Menandro, ſed proprium Terentij. & liberi inuenti dicit cum unus eſſet, ſed inuidioſe liberi, & inuenti nõ geniti, ſecundum illud, Hoc ego ſcio neminem. p. h. domus addidit, non lupanar, & oratorie de uno pluraliter loquimur. Viceris. uiceris uerbũ eſt eius qui uix ſibi extorquet ut abijciat curam, & propriũ patribus ac familiare iratis. Pater licet ne pauca? titubans & balbutiens oratio pudore & conſcientia. Attamen dicat ſine, age dicat. hoc totum non ex animo permittentis, ſed cum ſtomacho patientis eſt. Ego me amare. bene hanc fateor. amphibologia *

* me & hanc fateor. bene hanc dicit, non Glycerium cuius nomine offenditur ſenex, nec peregrinã, ignominiam ſcilicet uitãs. Si id eſt peccare fateor, noli inquit me accuſare quia amo. amantem enĩ nemo accuſat, febricitantẽ nemo accuſare poteſt cur febricitet, ſed amare inquit ſi putas eſſe peccatũ, fateor me etiã hoc peccaſſe. mire igitur & ſubdefendit culpam & aſſenſus irato eſt. Fateor id quoq́ pec. ſ. ſi id quoq́ peccare eſt. peccare dicit, quia amor deus eſt & non uoluntas. Tibi pater me dedo, bene dedo quaſi hoſtilia & contraria uolenti, nam deditio in hoſte fieri ſolet. Quid uis. o. imp. impera. executus eſt tranſlationem oneris dicendo, impone, impera. Vis me uxorem ducere, hanc uis amittere, & quod unũ eſt duo fecit, ut oſtendat ſe non poſſe ferre. Vt potero feram, obſequium ſine uoluntate oſtendit, & multum ualet ſub Chremetis præſentia hæc cõfeſſio ad recuſandas nuptias. Vt ne credas. pro ut non. Allegatum, adhibitũ. Hunc ſenem. Critonem. ſ. & non Critonem, ſed ſenem dicit, ut de hac appellatione pondus adijceret teſtimonio. Aequum poſtulat da ueniam, artificioſe interponit loquentem Chremetem, quem uolens uſq́ ad cognitionem filiæ ſuæ retinere, non facit iraſci Pamphilo ob contemptũ filiæ ſuæ, & poſt hoc

hoc abire de medio. Da ueniam, cōcede, indulge. Sine pater, ideſt ut me purgem. nam adducā. Ad hoc me falli comperiā ó paterna pietas. ipſe accuſator eſt, & redargui ſe cupit. Paululum ſupplicij ſatis eſt patri, ſupplicium dicit ipſam accuſationem.

ACTVS QVINTI SCENA QVARTA.

Octonarij & ſenarij Trochaici, & unus Hypermeter.

CRITO HOSPES. CHREMES, SIMO SENES. PAMPHILVS ADOLESCENS.

Mitte orare, una harum quæuis cauſſa me ut faciam monet: καταςρο φή.
Vel tu, uel quorum'ſt uel quod ipſi cupio Glycerio.
Ch. Andrium ego Critonem uideo? certe is eſt. Cr. ſaluos ſis Chreme.
Ch. Quid tu Athenas inſolens? Cr. euenit, ſed hiccine'ſt Simo?
Ch. Hic eſt. S. men'quæris? eho tu Glycerium hinc ciuem eſſe ais?
Cr. Tu negas? S. itane huc paratus aduenis? C. quare? S. rogas?
Tu ne impune hoc facias? tu ne hic homines adoleſcētulos
Imperitos rerum, eductos libere, in fraudem inlicis?
Sollicitando, & pollicitando eorum animos lactas? Cr. ſanus

nus ne es?

S. Ac meretricios amores nuptijs conglutinas? (tis,

P. Perij, metuo, ut ſubſiſtat hoſpes. Ch. ſi Simo hũc noris ſa

Non ita arbitrere, bonus hic eſt uir. S. hic uir ſit bonus

Itane adtemperate uenit hodie in ipſis nuptijs, (me?

Vt ueniret ante hac nunquã? eſt uero huic credendũ Chre-

P. Ni metuam patrem, habeo pro illa re illum quod mone-
am probe.

S. Sycophanta. Cr. hem. Ch. ſic Crito eſt hic, mitte. Cr. ui-
deat qui ſiet.

Si mihi pergit, quæ uolt, dicere, ea, quæ non uolt, audiet,

Ego iſtæc moueo, aut curo. non tu tuum malum æquo ani-
mo feres?

Nam ego quæ dixi, uera an falſa audieris, iam ſciri poteſt.

Narratio. Atticus quidam olim, naui fracta, apud Andrum eiectus eſt

Et iſtæc unà parua uirgo. tum ille egens, forte adplicat

Primũ ad Chryſidis patrẽ ſe. S. fabulam inceptat. Ch. ſine.

Cr. Itane uero obturbat? Ch. perge. Cr. tum is mihi cogna-
tus fuit,

Qui cum recepit: ibi ego audiui ex illo ſeſe eſſe Atticum

Is ibi mortuus eſt. Ch. eius nomen? Cr. nomẽ tam cito tibi?

Phania. Ch. hem perij. Cr. uerũ hercle opinor fuiſſe Phaniã

Hoc certo ſcio, Rhamnuſium ſe aiebat eſſe. Ch. ò Iupiter.

Cr. eadem

Cr. Eadem hæc Chreme multi alij in Andro tum audiuere Ch. utinam

Id ſit quod ſpero. Eho dic mihi, quid eam tum Crito?

Suam ne eſſe aiebat? Cr. non. Ch. Cuiam igitur? Cr. fratris filiam.

Ch. Certe mea'ſt. Cr. quid ais? S. quid tu ais? P. arrige aureis Pamphile. (ſcio

S. Qui credis? Ch. Phania ille frater meus fuit. S. noram &

Ch. Is hinc bellum fugiens, meq; in Aſiam perſequens proficiſcitur. (dio

Tum illā hic relinquere'ſt ueritus, poſt illa nunc primū au

Quid illo ſit factum. P. uix ſum apud me, ita animus commotus eſt metu,

Spe, gaudio, mirando hoc tanto, tam repentino bono.

S. Næ iſtam multis tuam inueniri gaudeo. P. credo pater.

Ch. At mihi unus ſcrupulus etiam reſtat, qui me male habet. P. dignus es

Cum tua religione odio, nodum in ſcripo quæris. Cr. quid iſtuc eſt?

Ch. Nomen non conuenit. Cr. fuit hercle aliud huic paruæ. Ch. quod Crito?

Nunquid meminiſti? Cr. id quæro. P. Egone huius memoriam patiar meæ

Volupta-

Voluptati obſtare? cũ ego poſſim in hac re medicari mihi.

Non patiar, heus Chreme, quod quæris, paſſibula'ſt. Cr. ipſa'ſt. Ch. ea'ſt.

P. Ex ipſa millies audiui. S. oẽs nos gaudere hoc Chreme.

Te credo credere. Ch. ita me di ament, credo. P. quid reſtat pater?

S. Iam dudum res reduxit me ipſa in gratiam. P. ò lepidum patrem.

De uxore, ita ut poſſedi, nihil mutat Chremes. Ch. cauſſa optuma'ſt.

Niſi qui pater aliud ait. P. nẽpe. S. id ſcilicet. Ch. dos eſt Pamphile

Decem talenta. P. adcipio. Ch. propero ad filiam, eho me cum Crito:

Nam illam me haud noſſe credo. S. cur nõ illam huc tranſferri iubes? (teſt.

P. Recte admones? Dauo iſtuc dedam iã negoci. S. nõ po-

P. Qui? S. quia habet aliud magis ex ſeſe, & maius. P. quid nam? S. uinctus eſt.

P. Pater, non recte uinctu'ſt. S. haud ita iuſſi. P. iube ſolui obſecro.

S. Age fiat. P. at matura. S. eo intrò. P. ò fauſtum, & felicem hunc diem.

Mitte

VItte orare una harum quæuis cauſſa. Hic in ſcenā
progredit̃ Crito, in cuius uerbis non modo ipſe
promittit, ſed etiam quod & Pamphilus dixerit
demonſtratur, & hic omnis error aperietur fa-
bulæ. Mitte orare una harū, Pamphilo dicit. di-
cendo una haꝝ oſtendit multas eſſe cauſſas, etiā
pares eſſe magnitudine dicēdo quæuis. Andriū
ego Cri. ui. bonum initiū agnituri filiā, i. taq; cō
pendij cauſſa non laborat de agnitione perſonæ
Critonis, ut ab eo facile doceri poſſit. Saluus ſis Crito, ne laboret ad ꝑ-
ſuadendum miro compendio poetæ iam Crito notus eſt Chremi. Quid
tu Athe. inſo. inſolēs, inſolitus, inſuetus. Cicero, Moueor iam loci. Salu.
Inſolens uera accipiendi. Inſolens & arrogans intelligitur, qui præter le
gem agit humanam & naturalem inſolens dicitur: Cicero in uictoria.
Quæ natura inſolens. Euenit, ſed hiccine eſt Simo? pudet fateri propter
hæreditatem uenisſe, & uidiſſe ipſum eſſe qui dixerat ſupra. Clamitent
me ſycophantam hæreditatē perſequi. Ita ne huc pa. ad. hoc eſt ſuborna
tus & compoſitus dolo. Tu ne impune hoc facias, nunc acriter Critonē
aggreſſus, dilatauit incuſationē, & generalē fecit uirtute oratoria quæ
* dicitur. Tu ne hic. ideſt Athenis. ubi delicta uen *
dicantur. In fraudem illicis, illigas. Vnde Virg. Terna tibi hoc primū.
t. d. e. l. c. Licia em̄ dicta ſunt quaſi ligia. Sollicitando atq; pollicitando
eorum animos lactas, hinc etiam oblectatio dicitur. Lactas quaſi tene-
ros animos, Lactare dulcedine aliqua retinere, ad ꝑſuaſionē inducere,
unde oblectare & delectare dicimus. Ac meretricios. a. n. cō. uide orato
rie agi, ut grauius Critonem accuſet. Simo nunc defendit filium, quem
iamdudum increpauerat. Ac meretricios. a. peius lenocinio crimen in-
geſſit. non amicā facere de meretrice ſed coniugem. Nuptijs cō. hoc gra-
uius eſt lenocinio. Metuo. ſ. h. ut ne non. Lucil. Tuam ut memoriam re-
tinebis, & bene hoſpes ait non homo, uel Crito, eſt em̄ ipſo noīe cauſſa
diffidentiæ. Non ar. ideſt non arbitreris. Bonus. e. hic. u. cum pōdere &
diſtinctione inferendum. Hic. u. ſ. b. hic per ironiā, nec uirum, nec bonū
eſſe dixit. Hic. u. ſ. b. mire poeta cum oportuerit Critonem inimiciorem
Chremi eſſe quā Simoni, ſic rem inducit ut notior ei ſit contra quē ma-
xime uenerat, atq; ab eo defendatur magis, ut res progredi ad cataſtro
phen poſſit. In. i. n. in ipſo articulo nuptiarū. Vt ueniret. a. h. plærūq; ca-
ſus imitatur induſtriam. & hoc ſæpe fit ut etiam ſedulo facta ſint ſuſpe-
cta. Sycophāta, hoc eſt quod minime uolebat ſibi dici Crito. nam ita lo-
cutus eſt ſupra ut clamitēt me ſycophantā hæreditates ſequi. Hem, prin
cipium iracundiæ, audiuit em̄ quod maxime euitabat, nam ut ſupra, c.
m. Hem ſic Crito hic eſt, mire hic Chremes traducit illum ab iracundia.
dicendo ſic eum eſſe. Menander * & recte quia *
naturæ ignoſcitur uoluntati nō. Mihi pergit quod uult dicere, grauiter

& maturæ. Ego iſtæc moueo aut curo. eſt eñ ſycophãtæ ꝑturbare rem bonam & curare malam. hoc igitur dicitur cur *
Ego hæc turbo, aut cogito quẽadmodum tu dicis Simo. Non tu tuũ malum æquo animo feres? non filium, ſed amorẽ in filio ſignificat. an quia iratus eſt, quærens an conueniant hæc uerba pro Pamphilo ueniente. Immo eñ conueniunt, nam quãto magis diſſimulat fauorem, tãto plus acquirit ad ea quæ loquitur. Iam ſciri poteſt, addidit & temporis celeritatem, & magna maturitate dixit. Atticus quidam olim naui fracta, hæc pars argumenti eſt & quæ ſupra iam dicta. Forte applicat, proprie de naufragio in littus eiecto atq; egenti dicitur. Primũ ad Chryſidis patrem, quid eſt primũ? an quia poſtea mortuus eſt. Fabulã, aut ad comœdiam retulit fabulam, quia fabula comœdia, & quia argumentũ quaſi fabulæ narratur, aut certe ad irriſionẽ narrationis dicit, etenim fabulæ proprium, ut Horatius. Olim ruſticus urbanũ murẽ mus paupere fertur. Accepiſſe cauo, ueterem uetus hoſpes amicum. Ita ne uero obturbat, ſi ſubdiſtinguit, interſtrepit accipe, ſin diſtinguit euertit intelligas. Ita ne uero obturbas. poteſt ita ne uero ſubdiſtingui, & ſic cum cõminatione inferri obturbat. Ubi audiui ego. i. magis confirmatio ueritatis eſt Nomen tam cito tibi, non negantis eſt, ſed difficile ſeſe dicturũ oſtendit Phania, hoc ita dicit Crito ut nemo audiret ſcilicet adhuc dubitans an ipſe ſit. Hem, ſunt q putant Simonẽ dicere iraſcentẽ filio Critonẽ ſummouẽti. Perij, hoc Pãphilus poſt iracundiã patris Chremis eſt dolẽtis, uel eius mentionẽ, uel quod in filia pene peccaret. Verum hercle opinor fuiſſe, hoc adhuc conſtanter eſt dictum. ideo indiget confirmatione. Rhamnuſium ſe, Pyræum, & Rhamnus pagus, Atticę, & Rhamnus, & cætera huiuſmodi maritima Atticæ proprie intelligẽda ſunt. Multi alij in. a. hoc teſtimonium cæcum ducitur. Teſtimoniorũ eñ modus duplex eſt, manifeſtus & cæcus. Manifeſtus eſt qui certos teſtes & pręſentes habet. Cæcus in quo multitudinẽ aut ciuitatem dicimus ſcire, ut Cicero, Teſtis eſt tota Sicilia. quod tamen audientẽ conſternat. eſt etiam in cœto iuſiurãdum tabulæ, abſentiſq; perſonæ. Cuiam igitur. Vetuſte. c. qđ omnibus generibus & caſibus ſeruit. Arrige aures Pamphile. Tranſlatio à pecudibus, quibus intendit accipiendam eſſe uocem. Arrige aures Pamphile. Hoc Simo uidetur dicere, ut alij putant ipſe ſibi Pamphilus. Noram & ſcio, noram Phaniam. Scio fratrẽ fuiſſe. ergo & ad perſonã, & ad rem retulit. Meq; in Aſiam perſequens, ꝓficiſcitur. bene in Aſiam ubi bellum non ſequentis erat, ſed in græcia, & perſequens dicit ꝑſeuerationem ſequentis oſtendens. ſequitur eñ qui non deſinit ſequi. Virg. Multis ſe matribus. a. p. Vix ſum apud me, hoc argumentum à ſapientibus ad lætitiam uehementẽ in bonis moderandam, cũ unuſquiſq; gaudens ita perturbetur, ut apud ſeipſum nõ ſit. Vix ſum apud me, nõ ſum apud me. magis cõſuetudine quã ratione dicitur, aut forte ſic dicit quaſi abierit animus & rurſus redierit. Ita. a. c. e. duo carnifices futurarũ rerũ

ſunt

ſunt ſpes & metus. Dolor em̄ & gaudiū præſentium rerum ſunt. Virg. Hic metuunt cupiuntq́ dolent, ſed dolorē hic in lætitia nō poſuit, & miſere ordinem ſeruauit, ſic enim ſe hæc inuicem ſequuntur, ἀσύνθετος, & diſtinguendum eſt, ſpe, gaudio, ut ſeparatim inferātur. Mirando hoc tanto. r. b. mirando dum miror. & eſt participiū. Nę iſtam multis. ne nimis. Cicero. Nę iſte uehemēter errat. Salu. Nę iſta nobis māſuetudo & miſericordia. Gaudeo. gaudeamus noſtris, gratulamur alienis. ut Salu. Ex uoce magna. u. g. Nę. i. m. non multis modis inueniri gaudeo, ſed tuam inueniri gaudeo. Alij multis modis tuam inueniri gaudeo, ſed non inueniri gaudeo. Hic iam redit in gratiā Simo cum filio, niſi forte patrē ſocerum appellat. ut Turnus apud Virgiliū. Et nos tela pater. ſ. q. h. d. d: ſed nō quomodo dicit. Quid re. pater. an reſtat ideo, quia hæc iam maior pars reconciliationis eſt. Credo pater, incertū utrum cui gratulatur Simo ſit, quāuis Pamphilus reſpondeat, poteſt em̄ Chremes & pater uideri. Credo. p. ſic reſponderi ſolet dicenti Gaudeo. At mihi etiā. u. ſ. r. at diſcretiuū eſt ſuperiorum dictorū. Scrupulus à ſcrupulo lapide dictus, lapillus minimus, nam nimis moleſtæ ſunt pedibus ſcrupuloſæ uiæ, ut Virg. At ſcrupulus at. l. n. n. q. r. Etiam pro adhuc. Dignus. e. c. t. r. o. aut dignus odio, aut accuſatiuus pro ablatiuo caſu eſt poſitus pro odio, aut ſeparatim odium legendum eſt, ut ſit dignus qui male habeatis. Nondū in. ſ. q. Scirpus paluſtris res leniſſima. Lucil. in primo. Nodum in ſcirpo inſane facerem uulgus, eſt autem ſcirpus ſine nodo & lenis iūci ſpecies. Alibi ipſe. Reddunt curatura iunceas. Plautus. Scirpos induitur ratis. Id. q. rurſus Crito obliuioſus eſt, utpote alienarum rerum uoluptati obſtaret nō lætitiæ & gaudio. Heus Chre. heus dicendum erat, quia Chremes Critonem intuebatur. Ex ipſa, m. a. duas res oſtendit Pamphilus, & quā uerum ſit quod ex ipſa ſæpe audiuerat, & quā ſua ſit Glyceriū. Omes nos gaudere hoc Chremes. aut hoc gaudere correpte, aut hoc, producte, ut ſit in hac re gaudere, & gaudere noſtris eſt, ut ſupra annotauimus, alienis uero gratulari. Salu. Et ei. n. m. n. g. plus eſt ergo gaudere q̄ lætari. Quid reſtat pater. hoc eſt ne iraſcaris. O lepidum caput, in quo leporis eſt plurimū lepidus dicit. Nam lepos eſt uenuſtas. Nempe. ſ. nempe &. ſ. dicētes manu & uultu dotem ſignificat, qđ mox intelligit Chremes. alij * .ſ. Chremetis perſonam faciunt. *
Dos. p. eſt. i. Pamphilo pro uxore dabunt decē talenta. Accipio, ille niſi dixiſſet accipio, dos non eſſet. datio em̄ ob acceptū confirmatur. nec poteſt uideri datum id quod non ſit acceptū. Eho, eho admiratio eſt intentionis ad id quod dicturi ſumus. Dauo ego iſtud dedā iam negocij, addidit & temporibus celeritatē. Qui. quamobrem pater. Non recte uinctus. i. non iuſte, ſed hic ad cauſſam retulit nō iuſte, ſed recte. ſenex uero ad rem retulit. At iuſſi, quia quadrupedem ſtringi iuſſerat, quaſi recte ac diligenter, & hoc ipſum non uacat, nam iam & iocularitеr loqui &

minus iraſcentis eſt, & placabilis animi. At ita iuſſi, eleganter iuſſit ad amphibologiam, & ſimul oſtendit quã ꝓpitius ſit Pamphilo pater, & quã facile ueniam Dauo impetrare poſſit, ab eo quippe qui iam etiã iocetur. Pamphilus autem dixerat non iuſte, ille ſic reſpondit quaſi dixerit non diligenter uinctus eſſe. & ait ita iuſſi, ſic enim præceperat quadrupedem.

ACTVS QVINTI SCENA QVINTA.

Septenarij & ſenarij Trochaici.

CARINVS, PAMPHILVS. ADOLESCENTES. DAVVS SERVVS.

καταστροφὴ uarie in perſonas ſpargitur, ut ſit plenior

PRrouiſo quid agat Pamphilus. atq; eccum. P. aliquis forſan me putet
Non putare hoc uerum, at mihi nunc ſic eſſe hoc uerum lubet.
Ego uitam deorum propterea ſempiternam eſſe arbitror,
Quod uoluptates eorũ propriæ ſunt: nam mihi immortalitas
Parta'ſt, ſi nulla ægritudo huic gaudio intercеſſerit.
Sed quem ego potiſſimum exoptem nunc mihi, cui hæc narrem, dari?
C. Quid illuc gaudi'ſt? P. Dauum uideo, nemo'ſt quem mallem omnium:
Nam hunc ſcio mea ſolide ſolum gauiſurum gaudia.
D. Pamphilus ubinam hic eſt? P. Daue. D. quis nam homo eſt?

eſt? P. Ego ſum. D. ò Pamphile.

P. Neſcis quid mihi obtigerit? D. certe, ſed quid mihi obtigerit ſcio.

P. Et quidem ego. D. more hominum euenit, ut quod ſim nactus mali

Prius reſciſceres tu, quàm ego, quod tibi euenit boni.

P. Mea Glycerium ſuos parentes reperit. D. ò factum bene. C. hem.

P. Pater amicus ſummus nobis. D. quis? P. Chremes. D. narras probe.

P. Nec mora ulla eſt, quin eam uxorem ducam. C. num ille ſomniat

Ea, quæ uigilãs uoluit? P. tum de puero Daue. D. ah deſine

Solus eſt quem diligunt Di. C. ſaluus ſum ſi hæc uera ſunt.

Conloquar. P. quis homo'ſt, Carine? in tempore ipſo mihi aduenis.

C. Bene factum. P. hem, audiſtin'? C. omnia, age, me in ſecundis reſpice.

Tuus eſt nunc Chremes, facturum, quæ uoles, ſcio eſſe oĩa

P. Memini, atq; adeo longum'ſt nos illum expectare, dum exeat.

Sequere hac me, intus apud Glycerium'ſt nunc. tu Daue abi domum,

Propterea, adcerſe, hinc qui auferant eam. quid ſtas? quid
ceſſas? D. eo,

❡Ne expectetis dum exeant huc: intus deſpondebitur, in-
tus tranſigetur, ſi quid eſt quod reſtet. Plaudite.

PRouiſo quid agat Pamphilus, atq; eccum. Hæc
ſcena alterum generũ Chremeti cõparat, ne aut
Carinus triſtis recedat, aut non prouiſum uidere
tur Philomenę. Prouiſo quid agat, hoc colloquiũ
poſt compendiũ fabulæ inducitur ut una narra-
tione etiam negociũ Carini tranſigi poſſit. Proui
ſo quid agat, dupliciter res ab oculis ſpectatorũ
mouentur. aut em̃ futura promittũtur, aut facta
narrantur. Prouiſo, duo ſignificat, & prouideo,
& procedo. Nunc ſic eſſe hoc uerum lubet, ſic de-
licate ꝓnunciandũ eſt, & ſeparatim diſtinguentes. At nunc mihi ſic eſſe
uerum lubet, ſenſus hic eſt, alij putant ut uolunt. ego autem uerum eſſe
confirmo, id quod mihi lubet uerum credere. Ego deorũ propterea ſem
piternã eſſe arbitror. Omne quod habemus aut mutuũ eſt, aut propriũ
mutuum eſt quicquid ad tempus habemus, nec poſtmodum noſtrũ fu-
turũ eſt. ut uxor, domus, uilla, ſerui, & cætera in hunc modum. propriũ
ut uirtus animi, & bonum ſempiternũ, quod proprie de dijs dicit, non
enim aliunde uenerunt, ſed apud ſeipſos ſunt ſemper, & Epicurum ſecu
tus hoc dixit, proprie ergo de dijs ſempiternũ dicitur. Nam inter ſempi
ternum & perpetuũ hoc intereſt, quod ſempiternũ ad deos, perpetuum
proprie ad homines pertinet. Ego deorũ propterea uitam ſempiternã
arbitror eſſe. hanc ſententiã totam Menandri de Eunucho tranſtulit, &
hoc eſt quod dicitur contaminari non decere fabulas. Ego deorũ uitam.
* non dixit quod ſit, ſed quod uerum putet. & eum *
quod à cæteris philoſophis repudiatur de ocio deorũ ac perenni uolup
tate, propriæ ſunt perpetuæ, ſempiternæ quæ non ſunt accõmodatæ ad
tempus ac mutuæ, ſic & ſupra. Nihil ne eſſe ꝓpriũ cuiquã. Si nulla ægri
tudo huic gaudio interceſſerit, ſcilicet ſecũdum ſupra dictam ſententiã,
ſi propria inquit hæc fuerit uoluptas deus ſum. Quid. i. g. e. in alijs Daui
perſona infertur. Nam hunc ſcio mea ſolide, ſolum, Archaiſmos, ſolide
ſolum figura.

❡Pamphilus ubinam hic eſt? In hoc actu mira arte ea quæ reſtant de
comœdia breuiter explicant, & deſignantur duorũ ſociorum binæ nu-
ptiæ. Pamphilus ubi nam hic eſt? Daue, quis hic eſt in affectu gaudentis
Pamphili & Daui gratulatione cognitionẽ rerum Carino præbuit, cu-
ius per-

ius perſona parce utitur poſt compendiũ. Certe id ſcio quid mihi contigerit. ſcio. i. pſenſi. More hominũ, hominum abundat. More hominũ euenit, id quod ſum nactus mali, quia fama mali celerior quã boni. i. deſt ut facilius mala quã bona nuncientur, ergo dixit quod ille prior ſcierit quod eſſet uinctus, quã quod is Glycerium cognitam cognoſceret. Mea Glycerium ſuos parentes repperit, hæc ita narrant Dauo, ut eadem opera etiam Carinus audiat. Pater amicus ſummus, hæc omia ut diximus propter Carinũ dicunt ut audiat, Amicus ſummus, deeſt eius. Num ille ſomniat ea quæ uigilans uoluit? Hinc Virg. Credimus an qui. a. i. ſ. ſ. f. Deſine, compendiũ attulit. Bene factum, à gratulatione cœpit omẽ cõpendium. Age me in tuis ſecundis rebus reſpice, hæc ſunt quæ abſolute debẽt, & eſt cõmonitio. Sunt em̃ qui fœlicitate elati ne reſpicere quidem uelint amicos, & reſpicere eſt proprie retro aſpicere. i. quæ præcedis fœlicitate nõ obliuiſcaris. Tuus eſt nũc Carinus. Lucilius in ſecũdo Nunc pcor tuus eſt meus ſi diſceſſerit homo gẽtili. Tu Daue abi domũ. hi uerſus uſq; ad illum, gnatam tibi meam Philomenã uxorem. negãtur Terentij eſſe adeo, ut in pluribus exemplaribus bonis non inſerantur. Atq; adeo longum eſt illum expectare, quia audacter & artificioſe binos amores duorum adoleſcentiũ, & binas nuptias in una fabula machinatus eſt, & id extra præſcriptum Menandri, cuius comœdiã tranſferebat, idcirco aliud in proſcenio, aliud poſt ſcenam retulit, ne uel iuſto longior fieret, uel in eandem propter rerum ſimilitudinem cogerentur. Sequere me intus apud Glyceriũ, iam poſt ſcenam itur quia ulterius in proſcenio nihil agitur.

¶ Ne expectes dum exeat huc, intus deſpondebitur, mire dicit, latenter ſe laudans, quo uerbo auidum adhuc populum audiendi, adeoq; cupidum & intentum oſtendit, ut finem comœdiæ eueniſſe non ſenſerit. Intus tranſigitur, ſi quid eſt quod reſtat. artificioſe poeta hereditatis iuſtam petitionem ex Critonis perſona prætermiſit. quæ ei Glycerio cognita iure tribuebatur, ne uel paruæ rei Critonis tractatu aut defraudatione Glycerij inſuſcaretur. Finis fabulæ ad lætum exitum ſpectans. Si quid eſt quod reſtat, quia narratione dignũ nõ eſt qđ Carinus rogat.

FINIS ANDRIAE.

PHILIPPI ME-

PHILIPPI ME LAN. ARGVMENTVM IN EVNVCHVM.

COmediæ ut hominū uitam, caſus, conſilia imitentur, pericula continent, quod & conſilijs, & fortunæ, in periculis maxime locus eſt. Itaq; cū diſcutere periculum ratione contendant perſonæ, finguntur uaria conſilia, in quibus alia fallunt, alia felicia ſunt. Sæpe plus caſus poteſt quā ratio. Dominatur ferè in rebus fortuna.

Superiori fabula ꝓpoſuit modeſti adoleſcentis exemplum. Is de officio ſuo honeſte conſultat. Hic nulla ſunt honeſta exempla, nullū honeſtum conſilium. Nam meretricij amores deſcribuntur, ut in hoc exemplo cernant iuuenes, tanquā in ſpeculo amentiā huiuſmodi amatorū. Eſt autē duplex propemodū fabula. Propterea geminū argumentum recēſeo.

Primas Thraſo in hac fabula tenet. Ei cum pollicita eſſet Thais, facturam ſe ſui copiam dies aliquot, fallitur is tamen. Eaq; πρότασις fabulæ eſt.

Cum Thraſone confertur Phædria, niſi enim riualem haberet Thraſo, nihil periclitaretur in amore.

Ἐπίτασις fabulæ eſt, cum minatur ille ſe oppugnaturum ui, ædeis Thaidis.

καταστροφὴ ridicula eſt. Nam Thraſo iam fractus precibus, impetrat, ut aliqua ſaltem in parte apud Thaidem hæreat.

Porrò quia hæc fabula uaria eſt, multumq; habet turbarū, caſu exoritur alius tumultus, uiciatur uirgo, quā Thaidi miles donarat. Sed eſt læta eius quoq; periculi καταστροφὴ. Nam uxor datur hęc adoleſcenti, quam compreſſerat.

Vt Thraſonem ridiculum amatorem fingeret, addit Gnatonem, qui eius mores mirifice depingit, ut ardelionem agnoſcas,

In ſuperiori fabulā plurimæ ſunt conſultationes, & tota ferè conſiſtit in genere deliberatiuo. Hic plus eſt expoſtulationū, & accuſatorio, ſeu iudiciali generi ſimilior eſt. Nullum autem uitæ genus eſt, ubi non plurimū Thraſonum reperias, neq; ulli ferè reb. humanis ꝑnicioſiores ſunt, quàm id genus ſi contingat imperarę. In templis, in aulis, in rebus publicis omnibus omnia miſcent, ut emereantur uulgi plauſum. Quare diligenter eſt intuenda, contemplandaq; Thraſonis imago in hac fabula, ut diſcas, quàm ſint inepti, quàm nihili ardeliones iſti, ſomnia uerius hominum, quàm homines dicas. Refert autem cōferre cum hac ſimiles ali=

cubi

cubi deſcriptiones, qualis eſt apud Martialem Attali, apud Catullum Suffeni. nec piget adſcribere, ut ediſcant pueri.

AD VARVM.

Suffenus iſte Vare, quem probe noſti.
Homo eſt uenuſtus, & dicax, & urbanus,
Idemq́; longe plurimos facit uerſus.
Puto eſſe ego illi millia, aut decem, aut plura
Perſcripta, nec ſcit, ut fit in palinxeſto,
Relata, chartæ regiæ, noui libri,
Noui umbilici, lora rubra, membrana
Directa plumbo, & pumice omnia æquata
Hæc cum legas, tum bellus ille, & urbanus
Suffenus unus caprimulgus, aut foſſor
Rurſus uidetur, tantum abhorret, ac nutat.
Hoc quid putemus eſſe? qui modo ſcurra,
Aut ſi quid hac re triſtius uidebatur,
Dem infaceto eſt infacetior rure,
Simul poemata attigit, neq; idem unquam
Aeque eſt beatus, ac poema cum ſcribit.
Tam gaudet in ſe, tanq; ſe ipſe miratur,
Nimirum idem omnes fallimur, neq; eſt quiſquã,
Quem non in aliqua re uidere Suffenum
Poſſis, ſuus cuiq; attributus eſt error,
Sed non uidemus manticæ quid in tergo eſt.

IN ATTALVM.

Declamas belle. cauſſas agis Attale belle.
Hiſtorias bellas; carmina bella facis.
Componis belle mimos, epigrammata belle,
Bellus grammaticus, bellus es aſtrologus.
Et belle cantas, & ſaltas Attale belle.
Bellus es arte lyræ, bellus es arte pilæ.
Nil bene cum facias, facis attamen omnia belle,
Vis dicam quid ſis? magnus es ardelio.

FABVLAE PERSONAE.

Phedria	adoleſcens.
Parmeno	ſeruus.
Thais	meretrix.
Gnato	paraſitus.
Cherea	adoleſcens.
Thraſo	miles.
Pythias	ancilla.
Chremes	ſenex.
Antipho	adoleſcens.
Dorias	ancilla.
Dorus	eunuchus.
Sanga	ſeruus.
Sophrona	nutrix.
Laches	ſenex.

ACTA

ACTA LVDIS

MEGALENSIBVS, L. POSTHVMIO, L. Cornelio ædilibus curulibus, egit L. Ambiuius Turpio, L. Attil. Præneſtinus, græca menandru, facta ſecunda. Modos fecit Flaccus, tibijs duabus dextris. M. Valerio, C. Fannio COSS.

AELII DONATI

GRAMMATICI. CLA. IN SEXTI P. TERENTII APHRI. EVNVCHVM COMMENTARIVM.

HAec maſculini generis nomine nuncupata fabula eſt Eunuchus, & eſt palliata Menandri uetus. Quam ille auctor de facto adoleſcentis, qui ſe pro Eunucho deduci ad meretricem paſſus eſt nominauit. Itaq; ex magna parte motoria eſt. Atq; in hac comœdia, qui perſonā Parmenonis actor ſuſtinet, primas habet partes. Secundæ ſunt Chæreæ. Tertiæ ad Phædriā ſpectant. Huius prologus ſane eſt concitatior. Nam & obijcit crimina aduerſantibus, & cōminatur in poſtremum, & accuſatorie narrat iniuriam Terentio factam, & ad ultimū tumultuoſe, & cum magna inuidia defendit poetam. Hæc & protheſin, & cataſtrophen ita æquales habet, ut nuſquam dicat lōgitudine operis Terentium delaſſatum dormitaſſe. Actus ſane implicatiores ſunt in ea, ut qui non facile à parum doctis diſtingui poſſint, Ideo quia tenendi ſpectatoris cauſſa uult poeta noſter omnes quinq; actus uelut unum fieri, ne reſpiret quodāmodo, atq; diſtincta alicubi cōtinuatione ſuccedentiū rerum ante aulæa ſublata faſtidioſus ſpectator exurgat. Acta plane ludis Megalenſibus. L. Poſtumio. L. Cornelio con. ædilibus, ideſt curam

ædium habentibus, etiam tunc ꝑſonatis. L. Numidio prothino. L. Ambiuio Turpione. Item modulante Flacco Claudio tibijs dextra & ſiniſtra obiocularia uel multa permixta grauitate, & acta eſt tanto ſucceſſu, ac plauſu, atq; ſuffragio, ut rurſus eſſet uendita, & ageretur iterū pro noua, proq; ea precium quod nulli ante ipſam fabulam cōtigit octo milibus ſeſtertium numerarent poetæ, prouerbia multa ſæpe pronūciata, & cātica ſæpe mutatis modis exhibita ſunt. * nuſq; habet, ſed ſuis tantū perſonis utitur in hac Terentius, delectat facetijs, ꝓdeſt exemplis, & uitia hominū paulo mordacius quā in cæteris carpſit. Exempla autem morum hic trina præcipue præponuntur. Vrbani ſcilicet paraſitici, & militaris. Hæc edita tertium eſt, & ꝓnunciata Terentij Eunuchus, quippe iam adulta cōmendatione poetæ, ac meritis ingenij notioribus populo. Facta autem ex duabus græcis una eſt latina. Nam ex Eunucho & Colace Menādri fabulis hæc Eunuchus Terētiana ſcripta eſt, non ſine crimine quod multa in hanc translata ſint ex multis poetis latinis, quod totum per prologum purgat atq; defendit.

ARGVMENTVM AELII DONATI IN EVNVCHVM.

CApta quædā ex Attica uirgo nobilis, atq; adducta eſt Rhodum, ibiq; matri Thaidis meretricis ab amico dono data eſt, & educata uelut ſoror unà cū filia. Sed Thais relicta matre Rodo cum amatore quodam Athenas ſe contulit, ab eoq; hæres inſtituta mortuo, mox milite Thraſone diligebatur nimis. Qui cum matrē Athenis profectus Thaidis mortuā Rhodi comperiſſet, & eam uirginem quā diximus ab hæredibus mortuæ animaduertiſſet uenum eſſe propoſitam, quāuis ignarus rerum omniū emit tamē, & dono amatæ Thaidi uexit Athenas. Verum poſtquā adueniens riualem Phædriā apud amicam repperit, quem per eius abſentiā ſibi meretrix conciliarat, affirmauit ſe non ante daturū promiſſam uirginem, quā Thais foras æmulum pepuliſſet. Illa igitur, & ſi amaret Phædriam, cupiditate tamen recuperandæ uirginis & ciuis Atticæ. & quā à paruula ut ſororem dilexerat excludit Phædriam. Hinc ille primo iraſcitur, poſt accepta facti ratione à Thaide lenitur, & in bidui ſpatium ſponte concedens militi rus proficiſcitur. Statimq; ne ab æmulo milite muneribns ſuperaretur, Eunuchum, & puellam Parmenoni iubet abiēs ad Thaidem deducere. Verum Chærea frater Phædriæ tunc ephebus uiſa nimio in uirgine inflāmatur amore eius. Atq; eo euaſit uehementi ardore, ut pro Eunucho ipſe deduceretur ad Thaidem. Hac occaſione uitiata uirgo, & mox ciuis, & nobilis cognita datur uxor Chæreæ, Phædria uero & miles ex riualibus concordes per paraſitum redditi cōmuni amica ſine certamine potiuntur.

C. SVLPITII APOLLINARIS PERIOCHA.

Trimetri Iambici.

SOrorem falſo dictitatam Thaidis,
Idipſum ignorans miles abduxit Thraſo,
Ipſiq; donat, erat hæc ciuis Attica.
Eidem Eunuchum, quem emerat, tradi iubet
Thaidis amator Phædria, ac rus ipſe abit,
Thraſone oratus biduum concederet.
Ephebus frater Phædriæ puellulam
Cum deperiret dono miſſam Thaidi,
Ornatu Eunuchi induitur, ſuadet Parmeno,
Introijt, uitiat uirginem, ſed Atticus
Ciuis repertus frater eius, conlocat.
Vitiatam ephebo, Phœdriam exorat Thraſo.

ADILON.

MEretrix adoleſcentem, cuius mutuo amore
Tenebatur, excluſit, eiq; reuocato
Excluſionis cauſſas reddidit, eius frater
Minor natu. uirginem, quam miles
Meretrici dono miſerat, amare cœpit,
Deductusq; in domũ meretricis pro Eunucho, uitiat,
Re itaq; cognita, cum illuſam ſe meretrix
Doleret, ab eodem adoleſcente placatur
Interuentuq; fratris eius ciuem cognitam
Athenienſem, duxit uxorem. miles quoq;
In partem meretricij amoris receptus illuditur.

Excuſat cur in aduerſariũ inuehatur

SI quiſquã eſt, ꝗ placere ſe ſtudeat bonis
Quã plurimis, & minĩe multos lædere:
In his poeta hic nomẽ profitetur ſuum.
Tum ſi quis eſt, qui dictum in ſe inclementius
Exiſtimet eſſe, ſic exiſtimet, ſciat
Reſponſum, non dictum eſſe. quale ſit, prius
Qui bene uertendo, & eas deſcribendo male,
Ex Græcis bonis Latinas fecit non bonas.
Idem Menandri Phaſma nunc nuper dedit,
Atq; in Thenſauro ſcripſit cauſſam dicere.
Prius unde petitur aurum, quare ſit ſuum,
Quàm ille qui petit, unde eſſet thenſaurus ſibi,
Aut unde in patrium monumentum peruenerit.
Dehinc ne fruſtretur ipſe ſe, aut ſic cogitet:
Defunctus iam ſum, nihil eſt quod dicat mihi.
Is ne erret moneo, & deſinat laceſſere.
Habeo alia multa, quæ nunc condonabuntur,
Quæ proferentur poſt, ſi perget lædere
Ita ut facere inſtituit. Nunc quam acturi ſumus
Menandri EVNVCHVM, poſtquam ædiles emerunt,
Perfecit ſibi ut inſpiciundi eſſet copia,
Magiſtratus cum ibi adeſſet, occœpta'ſt agi.

Id eſt, reus prius excuſat ſe quã agit actor.

Narratio.

Exclamat

Exclamat furem, non poetam, fabulam
Dediſſe, & nihil dediſſe uerborum tamen:
COLACEM eſſe Neui, & Plauti ueterem fabulam,
Paraſiti perſonam inde ablatam, & militis
Si id eſt peccatum, peccatum imprudentia'ſt
Poetæ, non qui furtum facere ſtuduerit. Purgatio.
Id ita eſſe uos iam iudicare poteritis.
Colax Menandri eſt, in ea eſt paraſitus colax,
Et miles glorioſus, eas ſe non negat
Perſonas tranſtuliſſe in Eunuchum ſuam
Ex Græca, ſed eas fabulas factas prius
Latinas ſciſſe ſeſe, id uero pernegat.
Quod ſi perſonis iſdem uti alijs non licet:
Qui magis licet, currentes ſeruos ſcribere,
Bonas matronas facere, meretrices malas,
Paraſitum edacem, glorioſum militem,
Puerum ſupponi, falli per ſeruum ſenem,
Amare, odiſſe, ſuſpicari: denicꝫ
NVLLVM eſt iam dictum, quod non dictum ſit prius. ἐπιφώνημα.
Quare æquum eſt uos cognoſcere atcꝫ ignoſcere,
Quæ ueteres factitarunt, ſi faciunt noui:
Date operam, & cum ſilentio animaduortite:
Vt pernoſcatis quid ſibi Eunuchus uelit.

Si quiſ-

SI quiſquā eſt.q.p.ſ,ſt.b, Attēdenda poetæ copia quod in tot prologis ab eadem cauſſa, ijſdem ſe re ſententijs uarijs uerbis utitur. Bonis quāp lu. &.m.m.l. πρῶτον ἀντίθετον.In his.p.h.n.p.ſ. cum dixiſſet quiſquā, intulit in his, & alibi, cuius mos maxime eſt conſimilis ueſtrum hi ſe ad uos applicāt. Tum ſiquis, & bene ſiquis cū Luſcium Lauinium ſignificet, ne uel ipſum à ſe læſum eſſe fateretur. Et tum, præterea, ut.tum canit Heſperidum. Inclementius, pro inclemēter. ut iam ſenior, ſed cruda deo uiridiſq; ſenectus. Exiſtimat, pro exiſtimauit. Reſpōſum.n.d.e.deeſt ei, ut in Phormione. Siquis reddit, magna habenda eſt gratia. Nō dictum eſſe. ſuperius dictum participiū eſt, inferius nomen, à quo etiā dicaces dicunt qui iocoſis ſalibus maledicūt. Reſponſum nō dictum eſſe figura, non dictum bis numero poſitum, ſupra nomen ſignificat, infra participium, ut in Heauton. In quē quid uis harū rerum conuenit quæ ſunt dicta in ſtultum. Qui bene uerten. bene pro ualde, & uertendo in linguam latinam transferendo, Plau. Vertit barbare, aut uertendo corrumpendo. Idem Menandri.n.n.d.p. τὸ αὐτὸ apparet ꝓnunciatū. quaſi hoc ipſo admonuerit ſpectatorē quā turpe & imperite hæc fabula ſcripta ſit, & bene nunc nuper, ut ex uicinitate facti oſtendat nihil eſſe dicēdum quā quod diſplicuerit hæc comœdia Luſcij Lauinij, propterea q̃d res recens ſit & omes meminerint, Phaſma autē nomen eſt fabulæ Menandri, in qua nouerca ſupducta adoleſcēti uirginē quā ex uicino quodam incœperat furtiue ductā, cum apud uicinū latebris haberet in ꝓximū, hoc modo ſecum habebat aſſidue nullo conſcio, parietem qui medius inter domū mariti ac uicini fuerat ita perfodit, ut ipſo tranſitu ſacrum locum eſſe ſimularet. cunq; tranſitū intenderet ſertis ac fronde fœliciter diuina ſæpe faciens, & uocaret ad ſe uirginē, quod cum animaduertiſſet adoleſcens, primo aſpecto pulchræ uirginis, uelut numinis ui ſuperculſus exhorruit. Vnde Phaſma eſt nomen fabulæ. Deinde paulatim re cognita exarſit in amorē puellæ. ita ut remedium tantæ cupiditatis niſi ex nuptijs non reperiretur. Ita ex cōmodo matris ac uirginis, & ex uoto amatoris, conſenſuq; patris nuptiarū celebritate finem accipit fabula. Vtrum ergo hoc dicat quod tantam fabulam transferendo læſerit Luſcius Lauinius, ac non hoc de quo tantū reꝑhendat, ſed his ſignis uelit oſtendere quem dicat uitioſe theſaurū compoſuiſſe. ut in theſauro ſit culpa non in Phaſmate. Nunc nuper dedit. Nunc nuper ex illis uerbis eſt, quæ ueteres propter ambiguitatē cum adiectione ꝓferebant. nam niſi adderet nunc, hoc nuper, olim, pridē, & iam ſignificaſſet. Idem Menandri.p.n.n.d. hanc fabulam totā damnat. ut apparet ſilentio, theſaurum ueram non totum, ſed ex uno loco. Atq; in theſauro.ſ.c.d. theſaurum

latini

latini ueteres ſecundum græcos ſine.n.litera ꝓferebant. Atq; in the.ſ.c. d. arguit Terentius quod Luſcius contra conſuetudinē litigantium defenſionem ante accuſationē induxerit, huiuſmodi eñ eſt Luſcij argumētum. Adoleſcens qui rem familiarē ad nequitiam ꝓdegerat, ſeruū mittit ad patris monumentū, quod ſenex ſibi uiuus magnis operibus apparauerat, ut id aperiret illaturus epiſtolas quas pater poſt annū decimū cauerat ſibi inferri, ſed eum agrū in quo monumentū erat, ſenex quidā auarus ab adoleſcēte emerat. Seruus ad aperiendum monumentū auxilio uſus eſt ſenis, theſaurū cum epiſtola ibidem reperit. Senex theſaurū tanquā à ſe per tumultum hoſtilem illic defoſſum retinet & ſibi uendicat, adoleſcens iudicem capit, apud quē prior ſenex qui aurum retinet cauſſam ſuam ſic agit. Athenīēſes bellum cum Rhodienſibus quod fuerit, quid ego hic prædicem & cætera, quæ contra naturā iuriſq; conſuetudinem poſita argumenta notat Terētius, quod ille ordo potior erat. Vt adoleſcens prior ꝓponeret cauſſam qui petitor inducitur. Prius.u.p.a.unde, à quo Virg. Genus unde latinū. Nam poſſeſſorē fecit priorē agere quā petitorem, quod abhorret à conſuetudine & iuris, & litium. Quā ille.deeſt dicat. Qui pe.i.petitor. Quā ille.q.p.eſſet recta locutio ſi diceret quā petitorem, aut quā illum qui petit, ſed quā ille maluit dicere, ut ſubaudiamus cauſſam dicat per zeugma à ſuꝑiore figuratū. Dehinc, ſi loquatur. Ne fruſtretur ipſe ſe. σχῆμα διάνοιας ἠ θοπυια dicitur, ſed poſt addit, aut ſic cogitet ſi taceat. Defunctus iā ſum.i. iam egi fabulas meas, & iam deſtiti periclitari in edendis comœdijs, aut certe iam edidi quā tu reꝑhendis fabulam. Defunctus iam ſum, nihil eſt qđ dicat mihi, non ſit inquit de ſuis uitijs ſecurus propter uetuſtatē, nihilominus à me reprehendetur. Is ne.e.m. σχῆμα ἐπιεικας & deſinat male dicere. Habeo alia.m.q.n.c. ſic in Phormione. Argentū quod habes condonamus te. Nam & dono ablatiuo caſui iungebant ueteres, condono uero accuſatiuo. Ita ut.f.i. obliqua narratio facta eſt ſecundum caſum accuſatiuū ac bene. Poſtquā.æ.e. mire cū ordo melior uideret ſi ſic diceret, poſtquā ædiles emerunt quā nunc acturi ſumus. Perfecit, ut.i.e.c. emerunt autē mediam corripere. ut Matri lōga decem tulerunt faſtidia menſes. Perfecit, mire, quaſi difficile & illicitū. Exclamat.f.n.p. mire reprehendit ante uitium, quā de cauſſa maledicti dicat. Et nihil.d.u.t. aut neminē fefelliſſe, aut nihil appoſuiſſe de ſuo, exclamat furem non poetā, adhuc nulla reprehenſio eſt, ſi quidem licet transferre de græco in latinū. Et nihil.d.u.t. aut neminē fefelliſſe, dare eñ uerba decipere eſt, quia qui rem expectat, & nihil pręter uerba inuenit deceptus eſt. unde & alibi uerba iſtęc ſunt, & de contrario cum uideas cenſeas, aut aliter nihil addidiſſe de ſtilo ſuo Terentiū. Si id eſt.p.in.eſt.i.ignorantia, ut imprudens harū rerū. non eñ ſtultitia paraſiti.i. perſonā inde ablatam, & hoc mire. nō uerſus obijcit, ſed perſonā eſſe translatam. Quid ſtultius aut calumnioſius di-

ci poteſt. Si id eſt. p. p. ſm eſt. p. primo enim negat peccatū, deinde uero concedit per imprudentiæ ignorantiā non imperitiā. Si id eſt. p. peccatū πλοκή, nam peccatū ſuperius nomen eſt, ſequens uero participium, & primo negat peccatū, deinde ſi peccatū eſt, purgat idipſm ueniali qualitate ab imprudentiæ partibus. In Eunuchū ſuam, ad fabulam nō ad hominem retulit, ut centauro inuehitur magna. Bonas. m. ut Nauſiſtrata. Meretrices. m. ut Thaidē. atq; Bacchidem. Facere δρᾶν unde δρᾶμα fabula. Bonas. m. f. m. m. ſic eſt in heauton. Scortari ēm crebro nolunt, crebro conuiuari. & artificioſe oſtendit oēm materiam comicorū. Paraſitum ut Gnatonē, Glorioſum. m. ut Thraſonē glorioſum militem facere ſubauditur. Falli p. ſ. ſ. ut Demeam & Simonē. Amare, odiſſe, ſuſpicari, mire à perſonis ad geſta cum uarietate tranſitū fecit, oē enim qđ in orationē uenit, uel perſona, uel factum eſt. Amare, odiſſe, quia odere non eſt latinum infinitiuo modo. Nullum iam. d. q. n. ſ. d. p. dictum bis poſitum, ut ſuperius peccatum diuerſa ſignificat. Quare æquū eſt uos cognoſcere, atq; ignoſcere σχῆμα λόγου παρόμοιον. Quæ ueteres factitarunt, ſi faciunt noui, cum magna defenſione Terentij ſemel facientis id quod ſępe ueteres. Animū attendite, nos ἐλλειπτικῶς dicimus attendite, quod ueteres plane animū attendite. Quid. ſ. e. u. ἀρχαϊσμός. Vt pernoſcatis, ut alibi. Nam proh deum, atq; hominū fidem, quid uis tibi aut quid quæris.

ACTVS PRIMI

SCENA PRIMA.

Trimetri omnes.

PHAEDRIA ADOLESCENS. PARMENO SERVVS.

Opponit militi riualē, quē fingit ægre concedere dies aliquot, dum à milite Thaïs munus extorqueat.

QVid igitur faciam? non eam, ne nunc quidem:
Cum acceſſor ultro, an potius ita me comparem,
Non perpeti meretricum contumelias?

Excluſit

Excluſit, reuocat, redeam? non ſi me obſecret.
Par. Si quidem hercle poſſis, nihil prius, neq; fortius,
Verum ſi incipies, neq; perficies nauiter,
Atq; ubi pati non poteris, cum nemo expetet,
Infecta pace, ultro ad eam uenies, indicans
Te amare & ferre non poſſe, actum eſt, ilicet
Periſti, eludet ubi te uictum ſenſerit.
Ph. Proin tu, dum eſt tempus, etiam atq; etiam cogita.
P. Here, quæ res in ſe neq; conſilium, neq; modum
Habet ullum, eam conſilio regere non potes.
In amore hæc omnia inſunt uitia: iniuriæ, Similis cōgéries eſt in Plautino Mercatore.
Suſpitiones, inimicitiæ, indutiæ,
Bellum, pax rurſum: incerta hæc ſi tu poſtules
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quàm ſi des operam, ut cum ratione inſanias.
Et quod nunc tute tecum iratus cogitas:
Ego ne illam? quæ illum? quæ me? quæ non? ſine modo,
Mori me malim, ſentiet qui uir ſiem.
Hæc uerba una, me hercle, falſa lachrumula,
Quam oculos terendo miſere, uix ui expreſſerit,
Reſtinguet, & te ultro accuſabis, & dabis ei
Vltro ſupplicium. Ph. ô indignum facinus, nunc ego &
Illam ſceleſtam eſſe, & me miſerum ſentio:

Et tædet, & amore ardeo, & prudens, ſciens,
Viuus, uidensq́ꝫ pereo, nec quid agam ſcio.
P. Quid agas? niſi ut te redimas captum quàm queas
Minimo, ſi nequeas paululo, at quanti queas,
Et ne te adflictes. Ph. itane ſuades? P. ſi ſapis,
Neqꝫ, præterquàm quas ipſe amor moleſtias
Habet, addas: & illas, quas habet, recte feras.
Sed ipſa egreditur noſtri fundi calamitas:
Nam quod nos capere oportet, hæc intercipit.

* QVid igitur faciam. In hac prothaſi exemplum ponitur quã non ſuæ poteſtatis ſit qui amat, quã ſapiat q nõ amat, neqꝫ aliter affectus eſt. Quid. i. f. * apparet & multa cogitaſſe adoleſcentem, & tandem in hæc uerba prorupiſſe. Igitur, pro deinde, ut Plau. in Amphitrione Si aliter fuerint animati, neqꝫ de[?]t, neqꝫ petant ſe ſe, igitur ſumma ui, armiſq́ꝫ oppidum oppugnaſſem. Quid. i. f. Menander * hinc Virg. * Heu quid agam, & eſt dialogiſmus perditæ mẽtis poſt multam fruſtra cognitionẽ. Non. e. n. n. q. hoc uidetur non eſſe contrarium ſed eſt. nam dubitat utrũ meretricis ſatisfactionẽ ſpectet, an illam omnino non quærat. Non eam ne. n. q. nõ eam Probus diſtinguit, qui ſecundũ Menandri exemplum legunt, iungunt. Comparẽ, cõſtituam, ut quã iniqꝫ comparatũ eſt. Non. p. m. c. ſic in Andria priuſquã harum ſcelera & lachrymæ cõfictæ dolis cum uni ſit iratus, de omĩbus quæretur. Excluſit, reuocat, utrũqꝫ iniuriã fecit ex uerbo dicendo excluſit, & potius quã non admiſit & reuocat potiuſquã petit. ut redeam qđ erat moderatius. Redeã. n. ſ. o, uides ergo ſuperiorẽ partem dubitationis in eo fuiſſe ut rogatus rediret. Inferiorem, ut ne rogatus quidem. Non. ſ. m. o. bene de ea, quæ totum ꝓterue agens excluſit & reuocat, & non petit, nec roget, nec oret. ſed obſecret inquit quod horum omniũ in maiorem partẽ eſſet ultimũ. Si. q. h. p. διαλογισμος quaſi ad alterum, ut neſcis heu ꝑdi. Virg. Nec dum lao. f. p. g. Nihil. p. n. f. deeſt eſt, ut multum ille. t. i. & a. & prius modo ad laudem nõ ad ordinem ꝑtinet, ut Salu. Quę prima. m, d. & ipſe in Heau. & ſuauia q. e. p. h. Nauiter à naui du

ctum

ctum à qua in altum nullum diuerſoriũ eſt. Infecta. p. emphaſis per metaphoram, Indicans te amare, nõ uerbis indicans, ut alibi, ibi tum exanimatus Pamphilus bene diſſimulatum amorem & celatum indicat. Actum eſt, de iure trãslatum. Illicet, de iudicio periſti. de ſupplicio actũ eſt. Vltro ad eã uenies, relatũ eſt, illicet ad indicãs te amare, periſti, adferre non poſſe. Illicet ſemp in fine tranſactæ rei ponitur. Periſti. Hyperbole. Eludet ubi te uictum ſenſerit, eludere proprie gladiatorũ eſt cum uicerint. Cic. Quãdiu etiam furor iſte tuus nos eludet, eludere eſt finem ludo imponere. Proin tu, ut exin & exinde, ſic proin & proinde dicitur. Here quæ res in ſe neq; conſiliũ neq; modum habet ullum, cõceſſum eſt in palliata poetis comicis ſeruos dominis ſapientiores fingere, qd idem in togata facere non licet. Eam conſilio regere non potes, nunc domino ſeruus eſt ſapientior, quia nec amator, nec amãs ut idem in Andria, Facile cum ualemus recta conſilia ægrotis damus. In amore hæc omĩa in. mala, duas præpoſitiões in amore, & inſunt. Induciæ, induciæ ſunt pax in paucos dies, uel quod in diem dentur, uel quod in dies ocium præbeant. Pax rurſum, bene ut conſolaretur ultimã partem poſuit. Hæc ſi tu poſtules. i. ſi uelis uel coneris. Nihilo plus agas. i. nihil agas. Et quod tu tecum iratus cogitas pro quæ, ut ſit cõſequens hæc uerba, ſic in Andria. Quod plæriq; omẽs faciunt adoleſcẽtes horum ille nihil. Ego ne illam, quæ illum, familiaris eclypſis iraſcentibus, nam ſingula ſic cõplentur. Ego ne illam non ulciſcar. Quæ illum, recipit. ſ. Quæ excluſit me, quæ nõ admiſit, etenim neceſſe habet, nec poteſt cõplere orationem qui & ſecum loquitur, & dolore uexatur, nam amat apoſiopeſim nimia indignatio ut Virg. Quos ego, ſed motos præſtat componere fluctus. Hæc uerba proprie dixit, quæ ſcilicet nihil effectiua ſunt. Vna me hercle falſa lachrymula, expreſſio ad auxeſim dicens non uera ſed falſa & nõ lachryma, ſed lachrymula, & non ultro flens, ſed oculos terendo, & non facile ſed ui. & non extillauerit, ſed expreſſerit, ſic Virg. Captiq; dolis lachrymiſq; coacti. Quã oculos terendo miſere uix ui expreſſerit, totũ ſenſum uerbis ſignificantibus protulit, ut Stridenti miſerũ ſtipula diſperdere carmẽ. Et una dolo diuũ ſi fœmina uicta duorũ eſt. Nunc ego & illam ſceleſtam, nunc. i. ſero. ut Virg. Nunc ſcio quid ſit amor, & nũc augur Apollo, nunc lyciæ ſortes. Et prudens ſciens. Prudens eſt qui intelligentia ſuo aliquid ſentit. Sciens qui alicuius indicio rem cognoſcit, ergo prudẽs per ſeſe, ſciens per alios. Viuus uidenſq; pereo. mire & no ue uiuus pereo, & propterea ſic dixit, ut intelligamus occidor, & uiuus quaſi ſapiens & ſentiens. Viuus uidenſq;. p. bene addidit uiuẽs, nam uiuus perit, qui & dormiens opprimitur. Videns autem qui uigilãs uim patitur & perit. Nam uidere pro uigilare poſuit. unde etiam ſic Virg. cũ de ſilentio dicat. Iamq; uidenti ſanguineis frontem moris &. t. d. ergo uiuus non mortuus uidens & non dormiens. Captum. Salu. Sin. captus prauis cupidinibus, Quã. q. m. perſeuerauit in tranſlatione quã iamdu

dum ſumpſit à bello. Si ſapiens.i. ſi ſapias. ad inferiora iungendum eſt: nam aliter non intelligitur. Noſtri fundi. propriè calamitatẽ ruſtici grãdinem dicunt. quod cõminuat calamũ, hoc eſt culmum ac ſegetem. Intercipit propriè quaſi totũ capit. Plautus in Aulularia. Quæ ſola inter bibere Corinthienſem fontem. & Pyreneum poteſt.

ACTVS PRIMI

SCENA SECVNDA.

Eiuſdem rationis.

THAIS MERETRIX. PHAEDRIA ADOLESCENS. PARMENO SERVVS.

In hac ſcena exponitur occaſio fabulæ ut Terentio initio fabularũ mos eſt. Simul cauſa, cur miles ſit placandus, recenſetur.

Miſeram me, uereor ne illud grauius Phædria
Tulerit, neúe aliorſum, atq; ego feci, acceperit
Quòd heri intromiſſus non eſt. Ph. totus Parmeno
Tremo horreoq; poſtquã aſpexi hanc. Pa. bono animo es,
Accede ad ignem hunc, iam caleſces plus ſatis.
Th. Quis hic loquitur? hem, tun' eras hic mi Phædria?
Quid hic ſtabas? cur non recta introibas? Pa. cæterum
De excluſione uerbum nullum. Th. quid taces?
Ph. Sanè, quia uero hæ mihi patent ſemper fores:
Aut quia ſum apud te primus. Th. miſſa iſtæc face.
Ph. Quid miſſa? ò Thais Thais, utinam eſſet mihi

Pars

Pars æqua amoris tecum, ac pariter fieret: ut
Aut hoc tibi doleret itidem, ut mihi dolet,
Aut ego iſtuc abs te factum nihili penderem.
Th. Ne crucia te obſecro anime mi Phædria.
Non pol quo quenquam plus amem, aut plus diligam,
Eo feci, ſed ita erat res, faciundum fuit.
Pa. Credo (ut fit) miſera præ amore excluſit hunc foras.
Th. Siccine ais Parmeno? age, ſed huc qua gratia.
Te adcerſi iuſſi, auſculta. Ph. fiat. Th. dic mihi
Hoc primum, potin' ſt hic tacere? Pa. egóne? optime.
Verum heus tu, lege hac tibi meam aſtringo fidem:
Quæ uera audiui taceo, & contineo optume,
Sin falſum, aut uanum, aut fictum' ſt, continuo palàm' ſt:
Plenus rimarum ſum, hac atq; illac perfluo.
Proin taceri ſi uis, uera dicito.
Th. SAMIA mihi mater fuit, ea habitabat Rhodi.
P. Poteſt taceri hoc. Th. ibi tum matri paruolam
Puellam dono quidam mercator dedit, Narratio.
Ex Attica hinc abreptam. Ph. ciuem ńe? Th. arbitror,
Certum non ſcimus, matris nomen, & patris
Dicebat ipſa, patriam, & ſigna cætera
Neq; ſcibat, neq; per ætatem etiam potuerat.
Mercator hoc addebat, è prædonibus,

Vnde

Vnde emerat, ſe audiſſe abreptam è Sunio.
Mater ubi accepit, cœpit ſtudioſe omnia
Docere, educare, ita, ut ſi eſſet filia,
Sororem plerique eſſe credebant meam.
Ego cum illo, quo cum uno rem habebam tum hoſpite,
Abij huc, qui mihi reliquit hæc quæ habeo omnia.
P. Vtrunque hoc falſum eſt, effluet. Th. qui iſtuc? Pa. quia
Neque tu uno eras contenta, neque ſolus dedit:
Nam hic quoque bonam, magnamque partem ad te attulit.
Th. Ita'ſt, ſed ſine me peruenire quò uolo.
Interea miles, qui me amare occeperat,
In Cariam eſt profectus. te interea loci
Cognoui, tute ſcis, poſt illa, quàm intumum
Habeam te, & mea conſilia ut tibi credam omnia.
Ph. Ne hoc quidem tacebit Parmeno. P. oh dubiũ ne id eſt?
Th. Hoc agite amâbo, mater mea illic mortua'ſt.
Nuper eius frater aliquantum ad rem eſt auidior,
Is ubi hanc forma uidet honeſta uirginem,
Et fidibus ſcire, pretium ſperans, ilico
Producit, uendit, forte fortuna adfuit,
Hic meus amicus, emit eam dono mihi,
Imprudens harum rerum ignaruſque omnium:
Is uenit, poſtquàm ſenſit me tecum quoque

Rem

Rem habere, fingit cauſſas, ne det ſedulo
Ait ſi fidem habeat, ſe iri præpoſitum tibi
Apud me, ac non id metuat, ne, ubi acceperim,
Seſe relinquam, uelle ſe illam mihi dare,
Verum id uereri. Sed ego quantum ſuſpicor,
Ad uirginem animum adiecit. Ph. etiamńe amplius?
Th. Nihil, nam quæſiui nunc ego eam, mi Phædria.
Multæ ſunt cauſſæ, quamobrem cupio abducere:
Primum, quod ſoror eſt dicta, præterea ut ſuis
Reſtituam, ac reddam. ſola ſum, habeo hic neminem,
Neq; amicum, neq; cognatum. quam ob rem Phædria,
Cupio aliquos parare amicos beneficio meo:
Id amâbo adiuta me, quo id fiat facilius.
Sine illum prioris parteis per hoſce aliquot dies
Apud me habere, nihil reſpondes? Ph. peſſuma,
Egon' quidquàm cum iſtis factis tibi reſpondeam?
P. Heu noſter, laudo, tandem perdoluit, uir es.
Ph. Aut ego neſciebam quorſum tu ires. Paruola
Hinc eſt abrepta, eduxit mater pro ſua,
Soror dicta'ſt, cupio abducere, ut reddam ſuis:
Nempe omnia hæc nunc uerba huc redeunt. deniq;
Ego excludor, ille recipitur, qua gratia?
Niſi illum plus amas quàm me, & iſtam nunc times
T Quæ

Quæ aducta'ſt, ne illum talem præripiat tibi.
Th. Egon' id timeo? Ph. quid te ergo aliud ſollicitat? cedo.
Num ſolus ille dona dat? nunc ubi meam
Benignitatem ſenſiſti in te claudier?
Nonne ubi mihi dixti cupere te ex Aethiopia
Ancillulam, relictis rebus omnibus
Quæſiui, porrò Eunuchum dixti uelle te,
Quia ſolæ utuntur his reginæ, reperi.
Heri minas uiginti pro ambobus dedi,
Tamen contemptus abs te, hæc habui in memoria:
Ob hæc facta abs te ſpernor. Th. quid iſtuc Phædria?
Quanquam illam cupio abducere, atque hac re arbitror
Id fieri poſſe maxume, ueruntamen,
Potiusquam te inimicum habeam, faciam ut iuſſeris.
Ph. Vtinam iſtuc uerbum ex animo, ac uere diceres:
Potiusquam te inimicum habeam, ſi iſtuc crederem
Syncere dici, quiduis poſſem perpeti.
P. Labaſcit, uictus uno uerbo quàm cito.
Th. Egon' non ex animo miſera dico? quàm ioco
Rem uoluiſti à me tandem, quin perfeceris.
Ego impetrare nequeo hoc abs te biduum,
Saltem ut concedas ſolum. Ph. ſiquidem biduum,
Verum ne fiant iſti uiginti dies.

Th

Th. Profecto non plus biduum, aut. Ph. aut? nihil moror.
Th. Non fiet, hoc modo ſine te exorem. Ph. ſcilicet
Faciundum eſt quod uis. Th. merito te amo. Ph. bene facis.
Rus ibo, ibi hoc me macerabo biduum,
Ita facere certum'ſt, mos gerundus eſt Thaidi.
Tu Parmeno huc fac illi adducantur. Pa. maxume.
Ph. In hoc biduum Thais uale. Th. mi Phædria,
Et tu nunquid uis aliud? Ph. Ego ne quid uelim?
Cum milite iſto præſens, abſens ut ſies:
Dies, noctesq́ me ames, me deſyderes,
Me ſomnies, me expectes, de me cogites,
Me ſperes, me te oblectes, mecum tota ſis,
Meus fac ſis poſtremo animus, quando ego ſum tuus:
Th. Me miſeram, forſitan hic mihi paruam habeat fidem,
Atq; ex aliarum ingenijs nunc me iudicet.
Ego pol, quæ mihi ſum conſcia, hoc certo ſcio,
Neq; me finxiſſe falſi quidquam, neq; meo
Cordi eſſe quenquam chariorem hoc Phædria.
Et quidquid huius feci, cauſſa uirginis
Feci: nam me eius ſpero fratrem propemodum
Iam reperiſſe, adoleſcentem adeò nobilem,
Et is hodie uenturum ad me conſtituit domum.
Concedam hinc intro, atq; expectabo dum uenit.

VIſeram me. uereor ne illud grauius tulerit Phæ-
dria, ne ue aliorſum. aliorſum in aliā partem, ut
ſeorſum retrorſum dicitur. Quod.h.in.n.e. hæc
leuius ut de facto ſuo loquens, excluſit, reuocat
inquit redeam; non ſi me obſecret. Tremo.h.ex
amore nimio, nimius ignis effectū frigoris red-
dit, ut ex frigore nimio effectus ignis exiſtit, ſe-
cuudum illud quod phyſici aiunt, hinc & Virg.
Aut bo. penetrabile frigus adurat. Inquit igitur.
Tremo. horreoq́; poſtquā aſpexi hanc, natura
magni caloris etiam horrorem incutit, ut nimiæ febres. Accede ad.h.i.
aptius ignem meretricē accipimus quā aram Apollinis, uel quia ama-
tor uritur. ut Virg. At mi. ſeſe of.ul.m.i.a. uel quia auida & auara eſt ali
mētorum ut ignis. Iam caleſces.p.ſ. noue ſed intelligitur. quo.i. de quo.
& alibi. Quā.n.in illum.i.p.ſa.f. pater. Iam ca.p.ſ. noue. ſed intelligitur
plus ſatis quā horrueras. hoc quidā putāt. At mihi de his uidet̃ eſſe quæ
à ueteribus geminabātur, ut plęriq́; om̃es, hoc eſt om̃es, & plęraq́; oia
.i. om̄ia, ſic & plus ſatis, pro ſatis. Quis.h.l. nō imperite intelligunt qui
exiſtimant meretricē etiam hoc ſimulare. quod nō præuiderit Phædriā
Nam & perſonæ, & dictis eius cæteris hoc cōuenit, & tunc erūt gratio
ſa om̄ia quæ ſupra dixit. Cur.n.r.int. uia quaſi parū fuerit introibas, ſa-
tis mire additum recta De excluſione uerbū nullum, plus admiratiōis
eſt nec accuſationi, nec ſatisfactioni reliquiſſe meretricē callida & diſſi
mulata iniuria. Quid taces. & hoc callide, quaſi innocens, ne ſuſpicetur
quidem quid ſuccēnſeat adoleſcens. Sane ue.q. ſemper hęmi.pa.fo. tol-
le ſane, & uero & ꝓnunciandi adiumenta, uultumq́; dicentis illatū eſt.
ut in uerbis non negatio, ſed confeſſio eſſe credatur. nam uero ſemꝑ iro
niæ conuenit. ut Virg. Egregiā uero laudem, & ſpolia ampla refertis.
Aut.q.ſ.a t.p. duo dixit quæ dolent, quia clauſę fores. & quia poſterior
habetur prælato milite. Aut quia ſum apd te primus, ſubauditur. nō re-
cta introiui. Miſſa hæc face, alia diſſimulatio, & durior poſt admonitio
nem, ſed bene intelligit, quia à meretrice ridente mollitur, & oſculū por
rigente dici accipit. Quid.m. magna uirtus poetæ eſt non ſententias ſo-
lum de conſuetudine ac de medio tollere, & ponere in comœdia, uerum
etiam uerba quædam ex cōmuni ſermone qđ ait nunc. Quid.m.O Tha
is tha.uti.eſſet mi. pars æqua amo. tecum, uel amandi uel nō amandi.ſ.
Ac.p.f. pariter ſimiliter. Saluſt. Quū niſi pariter obuiam iretur Ac.p.f.
ut hoc aut tibi doleret itidem ut mihi dolet, aut ſi ambo amaremus. Ani
me mi.p.mi. uocatiuus eſt ab eo quod eſt meus, uide quā familiariter
hoc idem repetit blandimentum. uult.n. Terentius uelut peculiare uer-
bum hoc eſſe Thaidis, ideo totiēs dictum eſt. Tu ne.h.e.m.p. Ne cru.te.
ob.a.mi.ph. hæc rurſum niſi amplectens adoleſcentē mulier dixerit, ui-
debitur ne crucia ſine affectu dicere. ſed ſic dicit ne crucia te in eo geſtu,
quaſi

quaſi in eo etiã ipſa cruciaretur. nam ideo ſubiecit anime mi, hoc eſt animus meus. Non pol.q.q.p.a. hoc totum nimis blãde. & cum contrectatione adoleſcentis dicit meretrix. Faciendũ.ſ. legendum faciendum ſcribendum, totum hoc ſemp̄ neceſſitati adiũgitur. Virg. Aut pa.t.ab.r. & alibi, Arma.a. Credo ut ſit.m.p.a.e.h.ſ. oratorie, ac facete additũ miſera. & cum illa à deriuatiõe cauſſæ argumẽtetur, mire à Parmenone correpta eſt. Veriſimile non eſſe, ut ſiquis quẽpiam amet eũdem poſſit excludere. Excluſiſti.h.ſ. παρὰ προσδοκιαν. Intulit intuens puellam & ei oſtendens Phædriam, ut oſtendat quã falſa & repugnantia loquat̃ meretrix. Age.ſ.h.q.g.t.a.i. auſculta, corripientis eſt modo age, non hortãtis aduerbium. Te.a.i.a. hoc eſt quod ſupra ait. Non ea nũc quidẽ cũ.a. ul. Dic.m. meretriciã calliditatem cõmendat quæ dictura eſt. Ego ne.o. bene non expectauit ſeruus ut pro ſe dominus reſpondeat Thaidi. Verũ h.t.h.l.t. aſtute ſeruus reponit Thaidi uicem. nam illa ut magnũ uoluit expectari qđ dictũ eſt, iſte ut falſum cõtemnit. Meam.a.f. ꝓmitto quia uincula fidei dicuntur. Quæ.u.a.t. mire uicẽ. Par. reddidit meretrici. nã ut ſeruum difficile eſt tacere cõmiſſa, ita meretricẽ parum eſt uera dicere. Quæ.u.a. figura hæc. μαρακτω Contineo.o. proprie à metaphora uaſorum trãſtulit uerba. Sin.f.a.&c. falſum eſt quod tegitur id quod factũ eſt, uanum quod fieri nõ poteſt. fictum quod non eſt factum & fieri potuit. uel falſum eſt fictum mendaciũ ſimile ueritati. uanum nec poſſibile nec ueriſimile, fictum totum ſine uero ſed ueriſimile. falſum loqui mendacis eſt. Fictum callidi. Vanum ſtulti. Falſum loqui culpæ eſt. Fictum uirtutis. Vanum uerecundiæ. falſis decipimur. fictis delectamur. uana contẽnimus. Hac.a.il.p. cõtra cont.p.e.p.r.ſ. Hac atq; il.p. uilis atq; abiecta tranſlatio & apta apud meretricẽ loquenti, tranſlata autem eſt ab aquario uaſe fictili. Proin.t.ſi uis.u.d. utrũ taceri aut tuũ dictum, an impersonaliter, an infinito modo. Samia mi.m.f. puduit dicere Thaidem meretrix mihi mater fuit, quod tamen ſignificauit dicendo aliunde ciuẽ alibi habitaſſe. Nã ideo meretrices peregrinæ dictæ ſunt in comœdijs, ut in Andria. Adeon eſt demens ex peregrina. Poteſt taceri hoc, id ueriſimile eſt. nec hoc ad laudẽ ꝓficit, ſed ad dedecus meretricis. Poteſt taceri.h.ſ. peregrinam naſci meretricẽ, & ideo poteſt uerum uideri. Puellã dono quidam, ætas & ſexus ſunt amoris cauſſa cur eam Thais puellam diligat. Puellam quidã mercator dono dedit, propter hoc oſtendit meretricem fuiſſe matrem, & dono ideo accipere puellã potuiſſe. Ex Attica hinc arreptam, quia Athenis eſt conſtituta ſcena. Arbitror, bene arbitror, & nihil certi. quando em̃ auſurus eſſet Parmeno adornare Chæream ad uitiandam hanc uirginem, ſi præſciſſet ciuem eſſe. Matris nomen & patris dicebat ipſa, quæ infantis memoriæ proxima ſunt. Nam quid prius ætas illa quã patrem matremq; cognoſcet? Et ſigna cętera.i. domũ, patriam, regionem. Neq; per ætatẽ etiam poterat, hoc ideo addidit,

dit, ne eſſet minus elegans quæ neſciret. Mercator, hoc addebat ad matris.ſ. nomē & patris quod puella dicebat. Vnde emerat ideſt à quibus, ut Virg. Genus unde latinū. & Quomodo è Dauo audiui. & cauſſam dicere unde prius petitur aurum. E Sunio, Suniū ꝓmontoriū eſt Athenienſium, & in eo rerū nænalium emporiū eſt. Mater ubi accepit, hæc figura in narratione Baſis dicitur, cum om̄ia pedetentim dicunt inſinuandi gratia, ut nunc, Matri mercator dono dedit. Mater ubi accepit, & ſimul conuenit mulieri loquenti huiuſcemodi mora. Cœpit ſtudioſe om̄ia docere, mire, nam non docuit, ſed cœpit docere. *

& uide quā ſatis muliebriter dixit, Mater ubi accepit, ſimpliciter, an audiuit ingenuam ut capiendi &.c.a.t.b. ſed melius prius. Ita ut ſi eſſet.ſ. ergo uelut ſoror habēda eſſet Thaidis, & ideo ſequitur. Sororē plæriq; eſſe credebant meā, & oratorie cumulat dignitatem & amorē puellæ, ut eius comparatiōe leniatur iniuria facta Phædriæ. Ego cū.il.q.c.&c. totum dixit & quod hoſpitem, & qđ rem habebat, & bene tunc. & non nunc. Nam nūc cum duobus. Quo cum:u.h. ideſt conſuetudinē, amorē. Hoſpite.i. Attico. Abiȷ huc ideſt Rhodo Athenas.ſ. Qui.m.r.&c. hoc ideo non tantūdem obſequi exigat Phædria adeo contra Parmenonē. Vtrūq;.h.f, eſt, effluet, ipſe exponit hoc utrūq; quid dicat. & contradicendum eſt, quia præſens amator grauatͬ hoc dicto. Neq; tu.u.c.e. quippe quæ admiſeris militem. Neq; ſolus dedit. quippe quia non om̄ia tua illius fuere mortui. Nam hic quoq;. non Phædria. *

Sed hic dixit tangens illū, quaſi inuito illo exprobret. Bonam magnāq; partē ad te attulit, hæc dicuntur ἰσοστομενα, ut abs te petere & poſcere. an potius bonam ſpeciem, magnā quantitatem, & nūc diſcretiue dictum eſt. nā aliâs bona pro magna & multa accipimus. Ita eſt, non erat negandum meretrici quod dixit Parmeno ſatiſfacere cupienti & nō tacenti culpam in conſcientia eſſe. Interea loci cognoui, oratorie priorem amatorem facit militem quā Phædriā. nam poſterius dicit hunc cognitum per abſentiam militis. Ergo cum militi Phædria riualis ſupductus ſit, conſequens eſt ut miles quæri debuerit non Phædria, & propterea nihil erratū ſi ordine ſeruato miles antepoſitus fuerit amatori poſtmodum cognito. & hoc ſine puella, & nimirū cauſſā multū pro milite contra Phædriā ualet. Sed uide meretricē. quia rem dixit putentem. Quot & qualia blādimenta ſubiȷcit dicendo, Tute ſcis poſt illam quā intimū habeam te &c. Cognoui, ꝓprie cognoui. Tute ſcis poſt illam quā intimū * figura, nam hoc ad narrationē non pertinet. Et mea conſilia tibi ut credam omnia, ex præſenti actu ſumpſit argumentum, quod eum nunc tanquā conſultorem adhibuerit, & bene credam ſecūdum illud, potin eſt hic tacere. Ne hoc quidem.i. hoc quoq; falſum eſt. Dubium ne.ſ. me non taciturum.ſ. Hoc.a.a. pro aduerbio corripientis eſt poſitum, aut certe pro adhortatione audientiæ præbendæ. ſic Plau

hoc agite.

hoc agite ſi uultis ſpectatores, & conuenit uelut nutu audientiã ſignificãtis, & geſtu hoc ipſum adiuuari. Hoc agite. i. illud deſinite, & hoc attedite. Nuper eius frater, ut adhuc amor flagrare uideatur addidit nup. Aliquantum ad rem eſt auidior, uultu accõmodato ad reſponſionẽ pronunciandum eſt. Ad rem auidior. proprie ad rem auidior pecuniã modo dicit. Is ubi hanc formã uidit, ex aliena perſona uult oſtendere præter affectũ quanti ſibi æſtimanda ſit, & quanto munere miles Phædriæ meruerat anteponi. Et fidibus ſcire, uetuſta ἔκλειψις. Preciũ ſperans deeſt magnum, ut ſtabulo frenoſas. *

Producit ac uendit. nam proprie produci res uenales dicũtur. Forte fortuna. i. bona fortuna. Hic meus. a. quia locus eſt meritorũ, non iam miles ſed meus amicus, uide eñ quid ſequatur. Emit inquit eam, & dono mihi imprudens harum rerum. Hic oſtenditur quã auidus hic faceret, ſi rem penitus noſſet. Simul etiã oſtenditur quanta ſecreta dicat Phædriæ utpote quæ riualis neſciat. Imprudens harum rerum ignarusq́; omniũ, prudentia naturalis eſt. ignaritas extrinſecus uenit. Imprudens per ſe, ignarus per alios, hoc eſt quod nec ſuſpicatus ſit neq; ex aliquo audierit. Poſtquã me. ſ. t. q. r. h. non dictum ſed quaſi celatum. Senſit. m. t. q. r. h. magno pondere dixit tecum quoq;. tanquã iraſcendi iuſta magis ſit cauſſa militi quã Phædriæ. Nam ſenſit, & tecum, & quoq; hoc ſignificat. Rem habere, ſic dixit ut honeſta res impura dicatur. Ne det ſedulo. ſedulo ſine dolo, hoc eſt impenſe ait, ſemper ait dicimus quũ uel inuiſa nobis uel audientibus aut uana dicta narramus alicuius. Si fidem habeat hoc eſt ſi faciam aliqua. unde credat ſe ſibi præponi. Si. fi. h. ſi. credere cogatur. i. ſi credat, unde fideiuſſor dicitur hoc eſt auctor credendi. Se iri. p. a. m. Anaſtrophe in uerbo præpoſitũ iri, neceſſaria implicatio in his quæ dure dicta ſunt. Sed ego quantũ ſuſpicor. alta & acuta inuentio. Scit meretrix hoc ſolo amatores inimicos eſſe quod idem diligunt. Magnifice igitur ut riualis odium declinet uult perſuadere Phædriæ nõ ſe amari, ſed uirginem. Ad uirginem animũ adiecit, cur hoc inferatur, ut uel lædendi militis cauſſa Phædria patiatur eum quẽ amet, & nollet uirginem dono dare. Etiam ne amplius. Munde Terentius ut ſolet res huiuſmodi per eclypſim ſuã. Nihil nam quæſiui. nunc ergo optime purgauit Terentius, quod mox liberalibus nuptijs fuerat obfuturum. ſi uitiatam uirginem duceret Chærea neceſſario ergo defendit, tanquã quæ honeſte nuptura eſt. Quamobrem cupio abducere, etiã hoc uerbo gratificatur Phædriæ. non enim accipere, ut ab inimico remunerãte, ſed abducere, ut ab ſtulto & inexpto. Nunc ego eã mi Phæ. multæ ſunt cauſſæ. Non indiligenter conſiderauerunt hanc meretricis orationẽ, qui illam inſtar controuerſiæ retulerunt. nam & principiũ eſt, Me miſerã uereor ne illud grauius Phæ. tulerit. & narratio Samia mihi. m. f. & particio cũ cõfirmatione, ut nunc ego iam mi Phæ. multæ cauſſæ. quamobrem cupio

pio abducere,primũ quod ſoror eſt dicta &c. Rephenſio quoq; ego ne id timeo, & ego ne non ex animo id miſera dico, & concluſio per conqueſtionem,ut quã ioco rem à me impetrare abs te nequeo biduum ſaltem ut concedas.Solum ut ſuis re.ac.r. Reſtituimus his quibus nos uolumus,Reddimus his qui nos uolunt,ergo reſtituimus uolentes,reddimus uolentibus, ſed in hac utrũq; eſt. Sola.ſ.h.h.n. Sola ad familiariũ refertur abſentiam.Habeo hic neminẽ,ad alienorum amicitiam.poteſt enim ſola domi eſſe,habere tamen aliquẽ foris,& habeo hic neminem, plus ſonat quã neminem hic habeo,& ſola ſum,ab his,quos natura cõciliat per ſe.Habeo neminem,eorũ qui uoluntate iunguntur. Neq; amicum.bene hoc apud amatores,an qa aliud eſt amator & amicus. Amator ad tempus, Amicus qui perpetuo amat. An quia in patris poteſtate eſt Phædria. Quamobrem Phæ. ne in neceſſarijs inopem uideretur in neceſſarijs interponi non licet audientis nomen. Cupio.a.p.a.b.m. hic oſtendit ſpecialiter cuiuſmodi amicos quærat, ne Phædriã contemnere uideatur. Parare,a.b.m. qui parant & alieno, ſed minus diligunt. Id.a. ad.m.q.id.ſi.fa. bis id poſuit adiuta me. Mira coactio pro patre excludi adiuta me dixit.Sine illum,blande ſiue illum,tanquã in manu eius ſit iniuriam non pati,& excludi militem.Non enim dixit fer aut patere ſed ſine priores partes.Hoſce aliquot di.honeſte circũloquitur,& oratiõe, ne dicat abi foras, atq; excludi te patere. Nihil reſpondes, iam ſilentiũ accuſat,quia ſcit nihil reſponſurum cõtrarium,& ſatis blãde nihil mihi dixit tanquã cui debes amoris uicem. Egon.q.facere. exprimitur illud. Amantium iræ. a.re. Tandem.p.u.doluit.i.præſenſit dolorẽ, & tãdem quaſi quæ impatiens fuit. Tandem.p.uir.es.eleganter uariauit perſonã ſecundam & tertiã. Vir es.nõ puer, ſed iam uir qui meretricẽ contẽnis. Paruula hinc eſt ab. edu. mater pro ſua, uide μίμησιν cũ odio inductã, & deprauatã ꝓnunciatione,ita ut & non uitarent de induſtria ὁμοιοτέλευτα. Abrepta pro ſua,ſoror eſt dicta. Hæc nunc.u.ſ. falſe dicta huc redeunt ut excludat. Niſi.i.a.p.quã.m.repudiatis cauſſis quas illa attulerat per deriuationẽ cauſſæ,hic aliud dicit eſſe cur repellatur. Et iſtam nunc times quæ aduecta eſt, adeo inquit amas militẽ, ut etiam inuideas ſi quã amauerit.Talem præripiat tibi,ironia ſtomachantis amatoris. Quid te ergo aliud ſollicitat,quid eſt inquit ſi hoc non eſt.Num ſolus ille dona dat,ſed exigua aut minus libenter, & ideo mentionem benignitatis adiecit.Num ubi meã benignitatẽ, ſed ille benignus eſt. Num ubi, nunquid alicubi.Aut ſi nunc ubi legimus erit aduerbiũ temporis, ut ſicubi, quo in loco, qua in re. Num ubi meã benignitatẽ,intelligit ſe & dona obtuliſſe, & id benigne ſæpe feciſſe, nam plærũq; ignara dona ſunt in quibus benignitas non apparet, quæ aut in quantitate rerum eſt, aut in fœlicitate præſtantis. Claudier,claudi.aut claudicare.Salu. Neq; eñ ignorantia claudit res,& nihil ſecordia claudebat.Nonne mihi ubi dixti,

ti,plus dixit ubi dixti cupere te, quã ſi diceret feciſti ut emerem, plus eſt enim id præſtitiſſe,quod quæ acceperit non auſa fuerit poſtulare. Cupe re te.uult rem parui precij ex illius cupiditate & ſuo labore perpendi. Ex Aethiopia non Aethiopiſſam,ſed honeſtius ex æthiopia. Relictis re⸗ bus omnibus quæſiui. hæc iam om̃ia in beneficijs conſiderari ſolent. Quæſiui,uide quemadmodum exhibeat erũnas, ſibi difficillimũ nume rum impoſuiſſe meretricem. Ex æthiopia ancillulã inquit dixti te cupe⸗ re. Quod ego feci. mire cœli & ſolis,ac penè orbis alterius quæſiui, non enim in promptu erat,deinde non petiſti, ſed dixiſti nec uelle te, ſed cu⸗ pere. non nigram,ſed ex æthiopia, nec dedi,ſed relictis rebus omnibus quæſiui. Quid hic non exquiſitum,quia non ita expreſſum ut nihil addi poſſit. Porrò Eunuchum, deinde uel poſtea,uel multo poſt. Eunuchum uelle. Eunuchos à Perſis inſtitutos putant ex captiuis Babylonijs. Ete⸗ nim Ellanichus antiquior extat id habuiſſe. Porrò Eunuchũ dixti uel⸗ le,uide quemadmodum maius faciat quod præſtitit, nõ ſemel imputat duo mancipia, ſed primo puellam, deinde Eunuchum. quia ſolæ utunt his reginæ. illam quia ex æthiopia, hunc quia ſolæ his reginæ utuntur. Quid tale Thaidi riualis dedit? Eunuchum. * Reginæ.i.diui⸗ tes, ſed * non eſt,quia ſolæ utuntur his reginæ. Varie Eunuchũ dixit,& intulit his, ut ſi quiſquã eſt qui ſe placere ſtudeat bonis quã plu rimis,& minime multos lædere. in his poeta nomen profitetur ſuum. Reperi plus eſt quã emi. Et uide quã ꝓprijs & ampliſſimis uerbis uſus eſt,quia & ancillam ex Aethiopia & Eunuchum,illam quæſiui,& hunc repperi. neutrum enim horum facile poſitum erat,quia ſolæ utuntur his reginæ. Nota quũ Eunuchum ſingulari numero præpoſuerit his ſubiũ⸗ xiſſe, ſed has nõ ad Eunuchum retulit,ſed ad delitias aut quid tale, quia ſolæ utuntur huiuſmodi delitijs ſeruitijsq́; reginæ, & oratorie hic ſubdi dit quod in ancillula prætermiſit, quia nulla æthiopiſſa honeſta dici po⸗ tuit, & reginas has modo diuites dicit,ut in Phormione. Regem me eſſe oportuit. Heri minas uiginti ꝓ ambobus dedit. melius amborũ. Recen tiora beneficia grauiora aduerſum ingratos ſunt. ergo à tempore indu⸗ citur exprobratio. pro ambobus dedi. melius amborũ precium quaſi ſeparatim diceret quantillo emeret ancillula, deinde mox dicet. hic ſunt tres minæ. nam conſtat Eunuchum ſolum emptũ eſſe minis uiginti, & ipſe Parmeno cõfitetur ſeni. Tamen cum tẽpus abs te,& hoc ſeruatur in beneficijs. Nam maiora ſunt ceſſantibus meritis eorũ quibus pręſtant. Ob hæc facta abs te ſpernor, ſic Virg. Nos munera tẽplis. Quippe tuis ferimus,famamq́; fouemus inanẽ,& uel quas tulit, cum interrogatiõe, aut cum increpatione proferri poteſt. Ob hæc facta abs te ſpernor. hic duplex eſt pronunciatio,uel per inuidioſam exprobrationẽ,uel per in⸗ terrogationẽ, & melius indicatiuo modo quã interrogatiuo ꝓfertur, hic enim eſt multo grauior illo. Quid iſtuc. hoc aduerbiũ conſentire in⸗ cipientis eſt, & eſt eclypſis, deeſt enim rememoramur,aut quid tale.

V Quanq́;

Quanquã illam cupio abducere,abducere dixit tanquã ab ſtulto,nec p̄uerum meritum,ſed per fraudem.Cic.per uim atq; dolum abducta ab Rhodio tibicine·Atq; hac re arbitror,non dicit quia hoc eſt ex te. Verũ tamen ſcit meretrix cõtentione quædã negari qua fingit ſe uinci,ut adoleſcentem molliat,& ipſa cedit,ut & ille remittat pertinaciã,Potius quã te inimicum habeam, hoc totũ loquitur tanquã magis ipſa amet Phædriam,quã ab illo ametur. Te inimicũ habeam,huic contrariũ eſt,ut te amicum habeã.Faciam ut iuſſeris.nec uoluntate,nec uultu conſentienti hæc meretrix agit,ſed callide tentat om̃ia,nam quia p̄ſiſtendo nõ perficit,quod expectat, docet Phædriã etiam ipſum negligentius negare qđ poſcitur, & adeo hoc ſubtile eſt, ut ſtatim impetrauerit. peruulgatũ eſt enim quod ſumma ui defenderis cũ extorqueret hoc idem poſtmodum remittere remittenti. Vtinam iſtuc uerbũ pro tota ſententia, uerbũ pro dicto,ſed proprie in ſententia,uel enunciatio, quæ uno ligatur & aſtringatur uerbo.hoc uerbum à ueteribus dicebatur.Ex animo hæc uera diceres,certe eſt, quia qui ex animo dicat fallatur, tamẽ potius quã te inimicum habeam.tantum in animũ Phædriæ hoc deſcendit,ut & iam repetat, quod amica dixerit adulãdo. Syncere dici quid uis poſſem p̄peti. Syncerũ. purũ ſine ſucco & ſimplex, ut mel ſine cæra. Bene ergo ut mel blandimentũ meretricis dulce fateť, ſed negat eſſe ſyncerũ. Victus uno uerbo,ut iſtuc uerbum & uno uerbo ut diximus ſic accipe, & uerbũ dictum intelligas quod uerbo amplectitur,& cõpletæ ſententiæ p̄nũciationem quod nominatur. * Labaſcit.Omnia inchoatiua triſyllaba ferè media p̄ducta enunciãtur. Victus uno uerbo, quã cito ait, qui illum falſa lachrymula uinci crediderat poſſe plus factũ eſt,uno uictus eſt uerbo,& cito. Ego ne iam ex animo miſera dico, quod ſenſit multum ualuiſſe,hoc Thais inculcat animo amici ſui.Et ego uide quãta ſignificet.conuenit hoc pronomen blãda multa exprobrãti,ut Virg. Me ne fugis. Quam ioco à me uoluiſti tandẽ,contra illud refertur quod ait Phædria.Nonne ubi dixti cupere te.Sed hoc uehementius & diſertius non quã rem inquit uoluiſti,ſed quod plus eſt, rem, & nõ dixit ſerio ſed ioco à facilitate præſentis, & uoluiſti non etiam dixiſti. Mirandum obſequiũ ex uoto animi pendens. Non expectat imperiũ ne uoluptati mora ſit.ſed iubetur. Tum illud quod ait perfeceris.Nonne pondus hoc uerbi & potentiam Phædriæ circa amicã,& illius obſequiũ uehemens, & rerum difficultatẽ.quæ exortæ ſint mõſtrat, atq; oẽm obterit querelam Phædriæ.Ego impetrare.n.h.abs te bi,& ioco non petiſti cum p̄feceris tamen. At ego impetrare nõ poſſum. Saltem ut concedas ſolum. Argute additum & ſaltem & ſolum,& bene concedas,ut uoluntatis ſit. Sic enim dixit ſupra: Sine illum priores partes hoſce aliquot dies. &c. Verum ne fiant iſti uiginti dies, facere biduũ decuplauit, & ſimul, quia ex eadem ratione ſunt uiginti,ex qua duo & ex qua uiginti,ducẽti,duo milia,& ſic deinceps.Profecto non plus biduũ aut, apoſiopeſis ſecũda.

Hoc

Hoc. m.ſ.t.e.noue,nunc non de te exorem,ſed te exorē,&hoc abſolute. Faciendum eſt quod uis.non quod oportet,dicendo multū addidit obſequio ſuo.Benefacis.in conſuetudinē uenit,benefacit & benefeciſti,nō iudicantis eſt,ſed gratias agentis.Merito te amo.bene amoris mentionem ad auferendam ſuſpitionem contemptus Phædriæ fecit.Rus ibo. & hoc amatoriū eſt odiſſe urbē ſine amica. Nec dixit ibi ero.ſed ibi me macerabo. Hoc biduū pronunciãdum eſt biduū, ac ſi dixiſſet biennio. Ita facere certum eſt . ex his apparet uerbis quàm ſibi amator hoc ægre imperet.Mos gerendus eſt Thaidi,cum ꝓnunciatione & geſtu,ut oſtendat quæ uis amoris ſit ut Thaidi mos geratur. Huc fac illi adducantur, Eunuchus & ancilla,figurate illi.ſed præualet genus maſculinū. Adducantur pro adducito eos, & bene adiectum eſt, ne relatis ob retentionē muneribus non procederet actus fabulæ. & ſimul, quia abſentia Phædriæ opus eſt, dum per Chæream ludificatur meretrix. In hoc.b.t. uale. Nunc uale, abſceſſum ſignificat non ſalutationē. nam ſi mera ſalutatio eſt,biduo ſolum amicā ualere optat,ſed pſcribere conatur quãto tēpore abſuturus ſit,& ſimul oſtendat quã inuitus abſcedat. In hoc biduum Thais uale. accuſatiuo utēs caſu expreſſit amatoris impatientiã, biduū dicens,pręſcripſit de tempore. Vale.maiorē uim habet,ex dolore diſcedentis quã obſequio ſalutantis. Et tu nunquid aliud, uale ſubaudiendū ſalutatorium,& intelligendum poſt oſculū dici nūquid uis aliud quaſi recte factum.Cum.m.iſto bene additū quaſi odioſo, ut alibi. Iam uero mitte de mea tuam iſtam iracundiam,& Virg.Aut quid petis iſtis.Hæc enī ꝓnomina ſpernētis ſunt, odiūq; mōſtrantis.Præſens abſens ut ſies. me deſideres,pręſens abſens ἀυξήσις,quia plus eſt ab amore deſideriū. Me expectes,me ſomnies.Epanaphora prima,cum amare & deſiderare ſit uoluntatis atq; animi & obſequij. Somniæ,ſatis amatorie dictum eſt. Me ſperes, cum me ſpectes iam dixerit, quid ſibi uult iterum me ſperes?Inter ſpem & ſpectationē hoc intereſt,quia expectatio certorū eſt, ſpes uero incertorū.Et ſpectatio ꝓpinquarū rerum,ſpes longinquarū, & expectatio deſtinat tempus,Spes nō deſtinat.An me ſperes idem facere.i.de te cogitare,ut ſic ſperas credas,ut ſtatim in ſubditis inuenies. Nam eius fratrem ſpero iam ꝓpemodū reperiſſe.Me.te.o.ſeptimus caſus.Mecū to.ſis toto animo. Nam illam nunc animū dixit,non corpus. ſimiliter quod ipſe ab eius corpore patitur,id uult militi eius mente contingere tanquã penitus excluſo ab amica. Quando.e.ſ.t.animus.ſ. Me miſera.ſ.h.m.p.h.ſ.Recte Thais nunc partē argumenti exequitur,tacitam apud Phædriã propter præſentiã ſerui, quē poeta uult ita neſcire, ut audeat ad uitãdam uirginem ſubornare Chæream &c.Atq; ex aliarum ingenijs nunc me iudicet.hic Terentius oſtendit uirtutis ſuæ hoc eſſe,ut puulgatas perſonas noue inducat, & tamē à conſuetudine non recedat, utputa meretricē bonam cum facit, capiat tamē & delectet animū ſpectatoris.

ctatoris. Nec me finxiſſe quicquã falſi aut dixiſſe debuit dicere, aut abũdat falſi. aut quia & uanum aliquid fingi potuit, ut ſupra. Si uanũ & falſum, aut fictũ eſt. Neqꝫ meo cordi eſſe quenquã chariorẽ. melius quenquã. quàm ſi dixiſſet militem quenquã chariorem. quaſi meretrix non charum alterũ ſed chariorem negat. Et quicqd feci huius cauſſa feci, huius abſolute, ut per eclypſim deſit res. In Hecyra. Ne qd ſit huius. in Heauton. Nihil me iſtius facturũ patri, ut quid petis iſtis. Quicquid huius rei. ſubaudiendũ eſt qđ eum excluſi foras. Spero propemodũ, noue ſpero ꝓ credo uel confido, Spero propemodũ, ideo ꝓpemodum quia hominẽ nouit, ſed fratrẽ eſſe uirginis nondũ ꝓbauit. Adeo nobilem, adeo enim ꝓ nimis poſitũ eſt, aut ꝓ expletiua particula. Atqꝫ expecto dũ ueniat, futurũ actum uoluit ꝓmittere, non qđ aliqs geſtus ſit expectãdus.

ACTVS SECVNDI SCENA PRIMA.

Octonarij, ſenarij & ſeptenarij, partim Trochaici.

PHAEDRIA ADOLESCENS.
PARMENO SERVVS.

Vt riualẽ apponit, ita & munus ſed decebat militis munus uincere.

FAc ita ut iuſſi, deducantur iſti. P. faciam
Ph. at diligenter.
P. Fiet. Ph. at mature. P. fiet. Ph. ſatin'
hoc mandatum'ſt tibi?
P. Ah rogitare, quaſi difficile ſit, utinã
Tam aliquid inuenire facile poſſis Phædria,
Quàm hoc peribit. Ph. ego quoqꝫ unà pereo, qđ mihi eſt
charius.
P. Ne iſtuc tam iniquo patiare animo. Ph. minime, P. quin
Effectum dabo, ſed nunquid aliud imperas?
Ph. munus noſtrum ornato uerbis, quod poteris, &
Illum

Illum æmulum, quod poteris, ab ea pellito.

P. Memini, tametſi nullus moneas Ph. ego rus ibo, atq; ibi manebo.

P. Cẽſeo. Ph. ſed heus tu. P. quid uis? Ph. cenſen' poſſe me obfirmare &

Perpeti ne redeam interea? P. te ne? non hercle arbitror,

Nam aut iã reuertere, aut mox noctu te adigent horſum inſomnia.

Ph. Opus faciam, ut defatiger uſq; ingratus ut dormiam.

P. Vigilabis laſſus, hoc plus facies. Ph. abi ſis, nihil dicis Parmeno.

Eijciũda hercle hæc mollicies animi, nimis mihi indulgeo.

Tandem ego nõ illa caream, ſi ſit opus, uel totum triduũ? Pa. hui,

Feſtiua ãplificatio ἐπιφώνημα.

Vniuerſum triduum? uide quid agas. Ph. ſtat ſententia.

P. Di boni, qd hoc morbi'ſt? adeon' homines immutarier

Ex amore, ut non cognoſcas eundem eſſe, hoc nemo fuit

Minus ineptus, magis ſeuerus quiſquã, nec magis cõtinẽs

Sed quis hic eſt qui huc pergit? at at hic quidem eſt paraſitus Gnato

Militis, ducit ſecum unà uirginem huic dono, papæ,

Facie honeſta, mirum ni ego me turpiter hodie hic dabo

Cũ meo decrepito hoc Eunucho, hæc ſupat ipſam Thaidẽ.

FAc ita ut iuſſi, Iam amatorium multiloquium & uaniloquium continet iſta actio, nam & repetit quod iam dictũ eſt, & id facere magis & odioſe nimis. Rogitare. q. d. ſ. deeſt uis. uel pergis, ut ſit rogitare pergis, uel teipſum reſpicis, uel hunc ſi aduerſus hæc dicit, ut ſit rogitare te, aut rogitare hunc. & diſtinctione interpoſita inferẽdum uultuoſe quaſi difficile ſit id quod mãdat, ita & ineptiam nimiam circa hæc ſolliciti amoris expreſſit, & oſtendit nihil eſſe facilius quã deducere ad meretricẽ munera. Cum cõtra ſit difficillimũ poſcenti aliquid nõ dare. Rogitare, ſubauditur te. Mirum eſt, quaſi ſit difficile complere quod iubes. Vtinã tam aliquid inuenire poſſes Phædria, inuenire acquirere, ut in Heau. Sic patri cõmo. obſequare, & ut ſerues quod labore inuenerit, nam ideo à præcedenti etiam queſtus dicunt. Quã. h. p. deeſt facile. ut ſit facile hoc perit. Quod. m. e. c. pro qui mihi ſum carior. ſed ego dixit abſolute occurrens huic ꝓnomini qui. Quin. eſ. d. qui pronomen, ut in Heau. Qui nolo mentiare. Sed enim. a, i. in his ſeruus nihil uult niſi coactus facere, ꝓpter maiorem dominũ. ſic & alibi. Iubes ne inquit reſpondere Chærea. Rogo atq; impero. Munus no. or. uer. non dixit meũ quaſi & Parmenonis ſit. Et iſtum. deeſt moleſtũ, & odioſum, nam hoc ſignificat iſtum. Ab ea pellito, ab eius animo, & non pelli facito, ſed pellito. Memini tãetſi nullus moneas. properat ſeruus capere uaniloquiũ domini. Nullus pro non. ſic in Hecyra. Nullus dixeris. Plautus in Trinũmo, Nullus credas. Ego. r. ibo. & hoc iam dictum eſt, ſed oſtendit quã olim intercipiat Phædria. Cenſen me poſſe arbitrari, unde cẽſores qui morum aliorũ ſumunt arbitriũ, ideo hunc putant non cenſere, quia ipſe deſiderat fieri. Poſſe. of. &. p. uerba ſunt deſperãtis nõ firmare ſed obfirmare, non pati ſed perpeti. Te ne. te. quod ait hanc uim habet ut ſignificet perditũ amatorem Phædriã eſſe. Nam aut iam. r. modo iam ꝓſtatim. Mox. n. t. a. hoc eſt ad urbẽ agent. Inſomnia. uigiliæ, legitur & adiget, ut ſit inſomnia nũeri ſingularis. Vt de uſq; ordo eſt uſq; defatiger. Ingratus ut. d. i. etiam inuitus & coactus, nam ingratus non ultro ſignificat, quia ultronea grata ſunt. Ingrata quæ ab inimicis fiunt ac recuſantibus. Nimis. m. in. indulgeo me. ſic ueteres, quod nos mihi dicimus, alibi. Te indulgebant. tibi dabant. Tandem ne ego. i. c. ſ. ſ. o. ut. t. triduũ, ſic cœpit tanquã aliquid foret dicturus magnificũ. non autem eſt auſus, ſed uere amator magnũ hoc putat uel totum triduũ. Magna ꝓfeſſio uirtutis, cũ biduo ſit opus triduo poſſe durare. & totum triduũ dicat uniuerſum triduũ ἐιρονικῶς uniuerſum quaſi triduũ in multo numero ſit. i Vide. q. a. ſic dicit magna aggredientibus. Sententia ſtat, & uultu & geſtu magis ſpectabile quod dixit ſtat ſententia, uel maxime eo quod tanto ſonitu

to ſonitu hæc de ſe ꝑmittat Phædria cõtinuo rediturus, uel potius nõ acceſſurus ad uillã, tantum autem abierit quantũ temporis opus eſt ad uitiandam uirginem. Quid.h.m.eſt? excuſatio amoris quãdo non culpa ſed morbus eſt. Adeon.h.im.ex.a.ut non cognoſcas eũdem eſſe, more ſuo à plurali numero ad ſingularem ſe conuertit. Ex.a.u.n.&c. Non ſolent ſtulti induci adoleſcentes, & ideo ad amorẽ retulit ſtultitiã Phædriæ. Minus.in.m.ſe. niſi enim hoc eſſet. quid eſſet qđ illum mulier præferret militi, aut quid relinqueret propriũ perſonæ militis. ſi & hic ſtolidus eſt. Magis ſeuerus quiſquã nec magis continens. Animaduerte ut amet Terentius magis addere poſitiuo quã comparatiuũ facere, nam neq; ſeuerior, neq; continentior. tam uoluit dicere quã magis ſeuerum, & magis continentẽ. Hic eſt.pa.g. Hæc apud Menandrum in Eunucho nõ ſunt ut ipſe profeſſus eſt paraſiti & perſonam militis, ſed de Colace tranſlatæ ſunt. Facie honeſta, œconomia qua oſtendit amaturus Chærea, ſiquidem hanc Parmeno ipſe miratur. Facie honeſta, ſic Virg. Et lætos oculis afflarat honores, & mox idem. Ita dij me ament honeſtus. Ni ego hodie me turpiter hic dabo, ni dabo pro dedero. Virg. Quamuis ſolus auem cœlo deiecit ab alto. Cũ meo decrepito Eunucho. facete meo ad paraſitum retulit cum pulchro munere uenientem, & præparatio eſt ad deducendum Chæream potius quã deformẽ Eunuchum. Decrepito hoc Eunu. decrepiti ſunt dicti quorũ crepitu & plangore familiæ fuerãt iam conclamata funera. Hæc.ſ.i.t. hoc ſi accipias, non tanquã uituperaturi Thaidem ſed hyperbolicos eſt, ideo addidit ipſam quaſi nimiæ pulchritudinis, & bene ipſam propter quam datur.

ACTVS SECVNDI SCENA SECVNDA.

Octonarij, ſeptenarij ac ſenarij Trochaici.

GNATO PARASITVS. PARMENO SERVVS.

Gnatonis Deſcriptio.

DI immortales homini homo quid præſtat? ſtulto intelligens
Quid intereſt? hoc adeo ex hac re uenit in mentem mihi.
Conueni hodie adueniens quẽdam mei loci

loci hinc atq; ordinis (na.
Hominē, haud impurū, itidem patria qui abligurierat bo-
Video ſentū, ſqualidum, ægrum, pannis; annisq; obſitum.
Quid iſtuc ornati'ſt inquam? quoniam miſer quod habui, perdidi: hem
Quò redactus ſum? omnes noti me atq; amici deſerunt,
Hic ego illum contempſi præ me, quid homo, inquam ignauiſſime?
Itan'paraſti te, ut ſpes nulla reliqua in te ſiet tibi?
Simul conſilium cum re amiſti? uiden'me ex eodem ortum loco,
Qui color, nitor, ueſtitus, quæ habitudo eſt corporis?
Omnia habeo, neq; quicquam habeo, nihil cum eſt, nihil deſit tamen.
At ego infelix, neq; ridiculus eſſe, neq; plagas pati
Poſſum, quid tu his rebus credis fieri? tota erras uia.
Olim iſti fuit generi quondam quæſtus apud ſeclum prius.
Hoc nouū eſt aucupium: ego adeo hanc primus inueni uiā
Eſt genus hominū, qui eſſe primos ſe omniū rerum uolunt.
Nec ſunt, hos conſector, hiſce ego non paro me ut rideant,
Sed his ultro adrideo, & eorum ingenia admiror ſimul,
Quicquid dicunt laudo, id rurſum ſi negāt, laudo id quoq;
Negat quis? nego, ait, aio: poſtremo impaui egomet mihi
Omnia

Omnia adſentari, is quæſtus nunc eſt multo uberrimus,
P. Scitum hercle hominem, hic homines prorſus ex ſtultis inſanos facit.
G. Dũ hæc loquimur, interea loci ad macellũ ubi uenimus,
Concurrunt læti mihi obuiam Cupedinarij, Cetari, Lani.
Coqui, Fartores, Piſcatores, Aucupes:
Quibus & re ſalua & perdita profueram, & proſum ſæpe:
Salutant, ad cœnam uocant, aduentum gratulantur,
Ille ubi miſer famelicus uidet me eſſe in tantum honorem, Vetus eſt, pro in tanto honore in poteſtatem dixit Cicero, p in poteſtate.
Et tam facile uictum quęrere, ibi homo cœpit me obſecrare
Vt ſibi liceret diſcere id de me, ſectari iuſſi,
Tanquam philoſophorum habent diſciplinæ ex ipſis
Vocabula, paraſiti ita ut gnatonici uocentur.
P. Viden' otiũ, & cibus quid faciat alienus? G. ſed ego ceſſo
Ad Thaidem hanc deducere, & rogitare ad cœnã ut ueniat.
Sed Parmenonem ante oſtium Thaidis triſtem uideo,
Riualis ſeruum, ſalua res eſt, nimirum hic homines frigent
Nebulonem hunc certum'ſt ludere. P. ijce hoc munere arbitrantur
Suam Thaidem eſſe. G. plurima ſalute Parmenonem
Summum ſuum impertit Gnato, quid agitur? P. ſtatur. G. uideo.
Nunquid nam hic quod nolis uides? P. te. G. credo, at nun=

X quid

quid aliud?

P. Qui dum? G. quia triſtis es. P. nihil equidem. G. ne ſis, ſed quid uidetur

Hoc tibi mancipium? P. non malum hercle. G. uro hominem. P. ut falſus.

G. Quàm hoc munus gratũ Thaidi arbitrare eſſe? P. Hoc nunc dicis (eſt.

Eiectos hinc nos: OMNIUM RERUM heus uiciſſitudo

G. Sex ego te totos Parmeno hos menſes quietum reddam,

Ne ſurſum, deorſum curſites, neúe uſq; ad lucem uigiles.

Ecquid beo te? P. men? papæ. G. ſic ſoleo amicos. P. laudo.

G. Detineo te fortaſſe, tu profectus aliò fueras.

P. Nuſquam. G. tum tu igitur paulum da mihi operæ, fac ut admittar (cis.

Ad illam. P, age modo, nũc tibi patẽt fores hæ, quia iſtã du

G. Num quem euocari hinc uis foras? P. ſine biduum hoc prætereat,

Qui mihi nunc uno digitulo fores aperis fortunatus,

Næ tu iſtas faxo calcibus ſæpe inſultabis fruſtra.

G. Etiã tu hic ſtas Parmeno? eho num tu hic relictus cuſtos,

Ne quis forte internuncius clàm à milite ad iſtam curſitet.

P. Facete dictum, mira uero militi quæ placent.

Sed uideo herilem filium minorem huc aduenire.

Miror,

Miror, quid ex Piræeo abierit, nã bi cuſtos publice eſt nũc,
Nõ temere eſt, & properãs uenit, neſcio quid circunſpectat.

DI immortales homini homo quid prçſtat. In hac ſcena non ſtans, ſed quaſi ambulans perſona inducitur. Conſtitit tamẽ aliquantulũ intuens ſpectatores, dum ſecum loquitur. Exprimit autem paraſitum, & ſub eius uerbis corruptos mores in aſſentationẽ oſtẽdit ꝑſus, ut honeſtç quoq; perſonæ in eius culpa inuentæ ſint, ut alibi. Obſequiũ amicos ueritas odium parit. Di immortales, hoc iam mire, & pro ſæculi ac temporũ reprehenſione ſatyrice Terentius, quod apud eum ſtultum uocat ſimplicem paraſitus, & ſe intelligentẽ malum. Di immortales, admirantis exclamatio eſt, cum paraſiti geſticulatiõe. Di. im. h. q. p. morata narratio à ſententia incipi ſolet, quæ dicitur πρoμύθιoν. Homini. h. q. aliĳ diſtinguunt quid præſtat ſtulto intelligens, aliĳ ſtulto intelligẽs quid intereſt, quia ſic ueteres loquebãtur. Quid inte. hoc admirãtis eſt, & ideo ſic ꝓnunciandum. Conueni. h. a. conueniſſe nõ uidiſſe tantũ, ſed etiam collocutum fuiſſe ſignificat. Mei loci atq; or. loci ingenuũ, ordinis pauperẽ, illud natalium, hoc fortunæ eſt. * Quendam hominem haud impurũ dixit prodigum, ſed quia hoc ipſum probat, non auarum, nõ improbum, & ſic laudamus eos in quibus nihil eſt qđ magnopere perferamus. Itidem p. q. obli bo. hoc ioculari uultu dicitur, & eleganter ex perſona paraſiti nõ culpatur, quia comederit bona. Obligurierat, ſuauibus eſcis cõſumpſerat. Nã πὸ τοῦ λιγωρὸν eſt ligurire λιγυρὸν græci ſuaue appellant. Video ſentũ. ò quã bene uideo, poſtquã dixit conueni, & tempus mutauit & uerbũ. Sentum, horridum, ſentum ad horrorem retulit. Squallidũ ad ſordes, ægrum ad maciem. Pannis annisq; obſitũ, ad ueſtitum & ad triſtitiã. Sed pannis & annis morologiæ paraſitorum ſunt. Pannis annisq; obſitũ, uel paraſitica uernalitate additum eſt iocandi, uel quia homo dixit, & eſt miſeriæ ſenium debitũ. Vnde huic magis triſtitia grauitasq; diſplicuit aliena ſemper ab hominibus paraſitis. Annisq; ob. bene addidit annis, qa ut quiſq; miſer eſt, ita ſenex uidetur. Obſitum, ut ſentũ dixit. Obſitũ metaphora ab agro. Quid iſtuc inquã or. eſt, ſcire non cõuenit cum recto caſu profert̃ interrogatio non eſſe contumelioſum. Vt ſi dicas quis hic homo eſt? Si autẽ in obliquo contemptũ ſignificari, ut quid hoc eſt hominis? quid mulieris? quid ornatus? Quid iſtuc inquã ornati eſt. ornatus, * eſt ad dedecus & ad turpitudinem, uel ſimpliciter hoc accipe, uel ironicos, & ornati ut ſenati antiquus genitiuus. Quod. h. p. non dixit id qđ *

erat comedi, aut conſumpſi. Hem quo. r. ſ. uel habitum ſuum uel corpus oſtendens hoc dicit. Ne quicquã hic niſi media conſuetudine collocatũ eſt. Omẽs. n. m. a. a. d. ſententioſe atq; mordaciter in mores. Hic. e. i. hoc eſt illud. homo homini quid præſtat, ſtulto intelligens, nam paraſitice obiurgantur tanquã in illo ſit qui miſer eſt. Et alibi. Nam nemo illorũ quiſquã ad te uenit. quia ita paret ſeſe, ut abs te blanditijs quã minimo precio ſuam uoluptatem expleat, & hoc proprie uerbum ad exprimendam humanitatem & ignauiã factum eſt. Vt ſpes nulla. r. in te ſiet tibi. bene quaſi qui rem à fortuna acceperit. Simul cum re. c. a. Virg. Nec ſi miſerum fortuna Sinonem finxit uanũ mendacemq; improba finget. & Salu. Neq; fortuna eget, quippe quæ probitatẽ, induſtriã aliaſq; bonas artes, neq; dare, neq; eripere cuiq; poteſt. ergo hæc interrogatio increpantis eſt, nec deſiderat reſponſionẽ. Nam conſiliũ in bonis animi. Res in poteſtate fortunæ. Ex eodem loco, ex eadem fortuna. Qui color, nitor, ueſtitus, hoc contra illud quod ait. Video ſentum. Color, ergo ad ſentum. Nitor ad ſquallidum. Veſtitus, ad pannis anniſq; obſitum. Habitudo corporis ad ægrum refertur. Omnia, ad quod habui perdidi. Neq; quicquã habeo, habeo ad mei loci atq; ordinis hominẽ. Quæ habitudo, deeſt corporis. Plau. in Epidico. Corpulentior hercle atq; habitior. Omĩa habeo, ad induſtriã retulit, neq; quicquã habeo ad fortunæ culpam. & item denuo fortunæ crimen. Cum nihil eſt, ad ſuã laudem.
* Nihil deſit, tamen omĩa habeo, nec quicquã habeo. Alterũ horum, neutrum ut poteſt accidere, utrũ nulli. Nihil cum eſt. n. d. i. figura. * ut apud Virg. Sequiturq; ſequentẽ, & Cic. Cum tacent clamant. At ego infœ. neq;. r. ideo tranſit. ἀπὸ μιμητικοῦ πρὸς τὸ πρακτικόν. At ego infœ. n. r. uehemẽter inuectus eſt in tẽpora & mores poeta ſub hac perſona, in qua hominẽ ita inducit pœnitere probitatis ſuæ, ut ſe infœlicem non honeſtum dicat, & nõ uolo, ſed nõ poſſum. Quid tu his re. c. f. dum quis ridetur, aut uapulat. Tota ex uia, παρόμοιον per metaphoram. Apud ſeculum. p. ſ. cum eſſent tẽpora meliora. Hoc nouũ eſt au. uide qđ interſit cum de illo queſtus, hoc de aucupio, illud de ſapientibus, hoc de ſtultis. Inueni uiã, adeo nouũ eſt aucupiũ. Eſt genus. h. quia multi ſunt huiuſmodi, non dixit homines ſunt, ſed eſt genus hominũ. Hiſce ego nõ paro me, ut. r. quia ille dixerat. Ego infœlix neq; ridiculus eſſe, neq; plagas pati poſſum. Sed his ultro arrideo. quid eſt. His arrideo, aut ueluti pareo. i. exequor, uenio, aut ueluti dictis delector, atq; arrideo nõ ſicut in paraſitis fieri ſolet, ut his arrideat à regibus quin potius ipſi dictis factiſq; arrideant alienis. hoc eſſe intelligẽdum etiam res ipſa indicat ẽcõtrario. nam qđ ait ſupra. His ego non. p. m. ut. r. hoc ẽcontrario oſtendit quod ſubijciat ex dictis. Sed. h. u. r. ultro uerſa uice an prior, an etiã inſuper hoc eſt ultro. Admiror ſimul. plus intulit quã ſi laudo dixiſſet. Quicquid dicunt. l. non qđ dicunt, ſed qnicqđ debent. i. bene uel male, ne uel

ne uel ſi interclusa fuiſſet aſſentatio, nõ ſe impediuit qđ contrariũ lau-
dauerit. Id rurſum ſi negant laudo, id quoq; præclare Terentius quod à
ſatyrico de alijs diceret, id hic de ſe dicentẽ inducit facetius multo quã ſi
aliter feciſſet. Sed * mores temporũ iam tum uitiatorũ ſemper *
ad aſſentationẽ, quod ferè in pleriſq; fabulis mõſtrat, ut eſt in Andria.
Obſequiũ amicos, ueritas odium parit. & in Adelphis. Quod te iſti fa-
cilem & feſtiuũ putant, id non fieri ex uera cura, neq; adeo ex æquo &
iuſto, ſed ex indulgendo, uel aſſentando, & largiendo mitior. Negat qs
nego. bene ſic dixi. negat & ait contraria ſunt, ut Plau. in rudent. Vel tu
ais, uel tu negas. Is queſtus nũc eſt. quã ille apud ſæculũ prius fuerat, &
uide quemadmodũ illiberalem uitam honeſtiore noĩe nõiauit aucupi-
um, poſt etiam quæſtũ noĩauerit hic inducens. Scitum hominẽ, mire Te
rentius lõgæ orationi interloquia quædã adhibet, ut faſtidium prolixi-
tatis euitet, uelut nũc Parmeno procul audiens Gnatonẽ hæc loquitur.
Interea loci, duæ partes orationis cum cõiunctæ unam fecerint mutant
accentum. Concurrunt læti mihi obuiam, & multos & ꝓperos uno uer
bo oſtẽdit, & ex diuerſo ad ſe feſtinantes. Cupedinarij omẽs. Varro hu.
rerum. Numetius equitius cuppes inquit. & Aomanius macellus ſingu
lari latrocinio multa loca habuerunt infeſta his in exiliũ actis publica-
ta ſunt bona, & ædes ubi habitabãt dirutæ, æque ea pecunia ſcalæ deũ
penatum ædificate ſunt, ubi habitabãt, locus ubi uenirent ea quæ ueſcẽ
di cauſſa in urbem erant allata. Itaq; ab altero macellũ, ab altero forũ
cupedinis appellatum eſt. Cupedinarij omẽs qui eſculenta & poculen-
ta uendunt, à rebus cupedinis, ab alimento cupedinarij appellantur, &
ipſe ſubiecit qui accipiendi ſint cupedinarij. Lanij. qui laniant pecora,
unde & laniſtæ dicti, qui laniandis p̃ſunt gladiatoribus. Sic & macellũ
à mactandis pecoribus dictum. Piſcatores qui recentẽ piſcem p̃bent.
Fartores qui inſitia & farcimina faciũt. Cætarij, qui cæte. i. magnos pi
ſces uendunt, & bolonas exercent. Cetærij, lanij, coqui, fartores comi-
cum. nam in Palliata Romanas res loquitur. Quibus & re ſalua. cũ de
meo impenderẽ. Et perdita profuerã, cum de alieno manticinor & im-
pendo. Sæpe. expletiue ſignificationis eſt. Ad cœnam uocant, utrum ad
emendam cœnam. an ad conuiuiũ. Aduentum gratulantur. accuſatiuũ
caſum pro datiuo, pro aduentui gratulãtur, & aduẽtus proprie ſpecta-
torum neceſſariorũq; dici ĩ. Ille ubi miſer famelicus uidet me. hic oſten-
dit quæ res coegerit ad diſcedendũ, & ſimul uide ſecundũ uulgi opinio
nem loqui paraſitũ miſerum & famelicum hominẽ honeſtis moribus
p̃ditum. Ille ubi miſer famelicus uidet me, uide ut ſentẽtioſe dẽmõſtrat
malo ex bonis cõtagione fieri exẽplis in prauũ p̃ualentibus. Videt me,
hic prodeſſe & diſcere optat qđ negabat ſe poſſe. In tanto honore, quia
concurrunt, ſalutant. Famelicus à fame & edendo dictũ eſt, quaſi fame-
dicus. Tam facile uictum quærere, quia ad cœnã uocant. Ibi pro tunc.
Homo. mire addidit homo, aut additũ ſuperuacue homo, ut Donat ha

bere uiro decus & tu tamen in armis. Vt ſibi diſcere liceat, quaſi diſci-plinam aut artem, tantū auctoritatis criminū fœlicitas ſumpſit. Diſce-re id de me, magis de illo & de me ueteres dicebāt, quā ut nos dicimus à me ut ab alio. Sectari iuſſi, proprie. Nam & ſectæ philoſophorū ab eo dictæ ſunt. Ex ipſis philoſophis. ſ, ex ipſis uoca. ut Pythagorica, Plato-nica. hoc igitur non eſt conſequens ad illud quod uult dicere, niſi forte diſciplinam pro diſcipulis poſuerit. Viden ocium & cibus quid faciat alienus. Rurſus Parmeno & facetias dicit, & diſtinguit longiloquiū pa raſiti. Quid faciat. legit & quid facit, ut ſit figura per modos, pro quid faciat, Hanc deducere. proprie. Nam ducitur quis ad ſuppliciū. deducit in læticiam. Et rogare ad cœnā, uide paraſitū magis optare ad cœnam Thaidem uocari, quā munus capere. Thaidis, & Thais legitur. Salua res eſt; quia & ante oſtium & triſtem, ideo ſalua res eſt. Nec ualet ad læ ticiam quod Parmeno eſt ſed hoc riualis ſeruus. Salua res eſt prouerbia liter. Nebulonem. uel furē, quia uel nebulas obijciat, uel molē ut nebu-lam, uel inanem & uanū. ut nebula eſt. Iſce. pro is, uetuſte. Virg. His cer te neq; amor cauſſa eſt uix oſſibus hærent. quia iſce debebat dicere. Iſce hoc munere arbitratur. Non merito Gnatonē deridet Parmeno qui pe-nitus nouit meretricis conſiliū. Summū, eclypſis. Summū ſuum impertit. Gnato, hæc tota locutio paraſiticæ elegantiæ & ſimul ironiæ plena eſt. nam & plurimā dicit ei ſalutem, quā nec exiguam quidē uelit cōtinere. Summū dicit eum qui nec lænis amicus ſit ſibi, ut alibi. Parmenonē uo co non ego te. Summū ſuum, quā uenuſte, qđ ſummū amicum nō reſa-lutet Parmeno. Quid agitur pro blandimēto non ꝓ interrogatione nūc ponitur. Vt noſter quid ſit. Quid agitur? ſtatur, pro quid agis, ſto, & fa cete. nam ſtat cum ingredi non licet. An nunquid aliud; cum iurgio hic de illo reſpōdit, & ideo repetit dictū Gnato. Quid dum? interrogat in-terrogantem, ne ipſe reſpondeat. Nihil equidem, dicens nihil mutauit uultum Parmeno in læticiā, ideo illi facete nato agēti hoc ipſum neſcis dixit, ut probaret triſtem. fuiſſe. Nihil equidē pro non. infra nihil dixit. ut ſequerer ſeſe. Hoc tibi mancipiū. tapinoſis mancipiū dicit puellam, aut uirginē. Non malum hercle, inimica laudatio. Vro hominē. ſibi hoc geſtu & uultu paraſitico dicit, & uro pro eo quod eſt dolore angor. Vt falſus animi eſt. ſimiliter & Parmeno ſe cū geſtu ſeruiliter & animi ꝓ animo. Antiptoſis ueterū, qui ingens es uirium, & diues & opum abū-dat dicere. Vt falſus animi eſt. ex hoc falſus animi eſt, quod putat huiuſ modi munere capi poſſe Thaidem. Quā hoc munus gratū Thaidi, mi-re inſultat Gnato. quanto em̄ munus gratū fuerit, tanto erit riualis ex-cluſior. Heus omniū rerum uiciſſitudo eſt, uide locū in quo erūpere do-lor Parmenonis potuit niſi cōmiſſa ſeruaret, ut cælaret Thaidis conſili um. Sex ego te totos Parmeno. h. m. q. r. quid eſt totos, an diebus & no ctibus, utpote amatoris ſeruū, an ꝑ hoc ſine ulla ceſſatione & intermiſ-ſione hos menſes, hos qui nunc aguntur. i. hoc tēpore. Quietū reddam.

facete

facete quaſi hoc ipſe fecerit, & hoc eſt quod ait. Summū ſuum impertit Gnato Parmenonē, tanquā amico conſulat, Ne ſurſum deorſum curſites. quod eſt laboris. Neue uſq; ad lucem uigiles, quod eſt exitij. Sic ſoleo amicos, hoc eſt Eunuchos. Detineo te. ualde teneo. Fortaſſe tu profecturus aliò fuereas, uult exprimere confeſſionē cur ad Thaidem uenerit, ſed intrare non poſſit. Paululum da mihi operæ, hoc quaſi ſupplicātis uultu ad irriſionē dicitur. Paululū da mihi operæ. ꝓprie ſic dicitur, adiuua me, ſic in Adelphis. Hæc opera ut data ſit. Age modo nunc hæ tibi patent fores. ex eo quantum licere oportuit oſtendit quā miſere nihil illi liceat Parmenoni. Quia iſtam ducis. hoc quaſi ad Gnatonē, ſed lente ac ſub lingua murmurat. Num quēq; euocari hinc uis foras? quia ipſe intrare non poteſt. Sine biduū hoc prætereat, & hoc lentius, nam ſi aliter ꝓnunciaueris ſecreta ꝑduntur. Quid mihi, nō mihi * dictum eſt. Fortunatus, ut ipſe uideris tibi. Næ tu iſtas faxo, næ ualde. Nę tu iſtas faxo calcibus inſultabis fruſtra. Salu. Multos tamē ab adoleſcētia bonos inſultauit. Nę tu iſtas faxo calcibus. mira eloquētia in qua utraq; hyꝑbole expreſſiſſima eſt. nam neq; uno digitulo minus aliquid dici poteſt, neq; calcibus, ſæpe & inſultabis, aut amplius aut ingētius. Num nam hic, nam abundat, ut quidnam. Relictus cuſtos. bene relictus quaſi ab excluſo. Ne quis forte internuncius. & his uerbis datur intelligi paraſitum è domo meretricia egredi, ꝓprie internūcius. Ne quis forte internuncius clam à milite exeat, & hoc facete quaſi ipſe ſibi Thaidē totam uendicauerit, quod miles facit. Facete dictum. ironice. quia infacete. Mira uero militi quæ placeant, mira pro mirū. Virg. Nota tibi. & eſt ironia, Quid mirū eſt inquit facete loqui eum, qui mihi placeat, poteſt tamen & pluraliter intelligi. Sed uideo hærilem filiū. non poteſt Terentius trophiniū ꝓprium dicere, & ideo herilem filiū dicit. Miror qđ ex pyræco abierit. hic cauſſa oſtēdit cur poteſt ignotus eſſe uicinis & ꝓ Eunucho ſingi. Miror pro neſcio. Miror qđ ex pyræco abierit, ut ex pyræco diſcederet, ſymbola amicoꝝ, ut huc ꝑueniret omiſſo negocio aſpectus uirginis fecit. Nam ibi. c. p. aduerſus prædonū incurſus illic excubabat iuuētus Attica. Pyræū ut Sunium atticū eſt maritima, & acceſſu littoris pars clementior. Publice eſt. nunc ambigua diſtinctione poſitū eſt. Pro. u. mire locuturum ante formauit, ut geſtus uerba præcedant, uerba habitū conſequant. Nō temere eſt, ut Virg. Aut temere eſt uiſum.

ACTVS SECVNDI SCENA TERTIA.

Octonarij & ſenarij Trochaici, & primus monometer catalecticus.

CHAEREA

CHAEREA ADOLESCENS. PARMENO SERVVS.

Occaſio tanquam noueſfabulæ, & noui motus in hac comœdia. Eſt aūt oratio plena adfectibus.

OCCIDI.
Neq; uirgo eſt uſquam, neq; ego qui illam è conſpectu amiſi meo.
Vbi quæram? ubi inueſtigem? quē perconter? qua inſiſtam uia?
Incertus ſum, una hæc ſpes eſt, ubi ubi eſt, diu celari non poteſt.
O faciem pulchram. deleo omnes dehinc ex animo mulieres,
Tædet harum quotidianarū formarum. P. ecce aūt alterum
Neſcio quid de amore loquitur, ò infortunatum ſenem.
Hic uero eſt, qui ſi occœperit amare, ludum iocumq;
Dices fuiſſe illum alterum, præut huius rabies quæ dabit.
Ch. Vt illum di, deæq; ſenium perdant, qui me hodie remoratus eſt:
Meq; adeo qui reſtiterim, tum autem qui illum non flocci fecerim.
Sed eccum Parmenonem, ſalue. P. quid tu es triſtis? quidúe es alacris?
Vnde is? Ch. ego neſcio hercule, neq; unde eam, neq; quorſum eam,
Ita prorſum oblitus ſum mei.

Plautus in Amph. parum etiam præut futurū eſt predicas, Eſtq; ſæpe Plautus hac figura uſus.

P. Qui

P. Qui quæſo? Ch. amo. P. hem. Ch. nunc te Parmeno oſtē
des qui uir ſies, (do
Scis te mihi ſæpe pollicitũ eſſe Chærea, aliquid inueni mo-
Quod ames, in ea re utilitatē ego faciam ut cognoſcas meā
Cum in cellulam ad te patris penum omne congerebam
clanculum.
P. Age inepte. Ch. hercle hoc factum'ſt: fac ſis nũc promiſ-
ſa appareant.
P. Si adeo digna res eſt, ubi tu neruos extendas tuos.
Ch. Haud ſimilis uirgo'ſt uirginum noſtrarum, quas ma-
tres ſtudent
Demiſſis humeris eſſe, uincto pectore, ut graciles ſient
Si qua eſt habitior paulo, pugilē eſſe aiunt, deducunt cibũ,
Tametſi bona'ſt natura, reddunt curatura iunceas.
Itaq; ergo amātur. P. Quid tua iſtæc? Ch. noua figura oris.
P. papæ.
Ch. Color uerus, corpus ſolidum & ſucci plenum. P. anni?
Ch. anni ſedecim.
P. Flos ipſe. Ch. hanc tu mihi uel ui, uel clam, uel precario,
Fac tradas: mea nihil refert, dum potiar modo.
P. Quid, uirgo cuia'ſt? Ch. neſcio hercle. P. unde'ſt?
Ch. Tantundem. P. ubi habitat?
Ch. Ne id quidem. P. ubi uidiſti? Ch. in uia. P. qua ratione
Y amiſti

Vincea apud Feſt. Pom. & in Sticho Plaut.

amiſti? Ch. id equidem
Adueniens mecum ſtomachabar modo, neq́;
Quenquam eſſe ego hominem arbitror, cui magis bonæ
Felicitates omnes aduerſæ ſient.
P. Quid hoc eſt ſceleris? Ch. perij. P. quid factum'ſt? Ch. rogas?
Patris cognatum, atq́; æqualem, Archidemidem
Noſtin'? P. quid ni? Ch. is, dum ſequor hanc, fit mihi obuiã
P. Incommode hercle. Ch. immo enimuero infeliciter:
Nam incommoda alia ſunt dicenda Parmeno.
Illum liquet mihi deierare his menſibus
Sex, uel ſeptem, prorſum non uidiſſe proximis,
Niſi nunc, cum minime uellem, minimeq́; opus fuit.
Eho nonne hoc monſtri ſimile'ſt? quid ais? P. Maxume.
Ch. Continuo adcurrit ad me, quàm longe quidem,
Incuruus, tremulus, labijs demiſſis, gemens.
Heus heus dico tibi Chærea, inquit, reſtiti.
Scin' quid ego te uolebam? dic. cras eſt mihi
ὑποτὺ- Iudicium, quid tum? ut diligenter nuncies
πωσις Patri, aduocatus mane mihi eſſe ut meminerit.
odioſi ſenis. Dum hæc dicit, abijt hora, rogo nunquid uelit.
Recte, inquit, abeo, cum huc reſpicio ad uirginem,
Illa ſeſe interea commodum huc aduorterat

In hanc

In hanc noſtram plateam. P. mirum ni hanc dicit, modo
Huic quæ data'ſt dono. Ch. huc cum aduenio, nulla erat
P. Comites ſecuti ſcilicet ſunt uirginem?
Ch. Verum paraſitus cum ancilla. P. ipſa eſt ſcilicet,
Deſine, iam conclamatum'ſt. Ch. alias res agis.
P. Iſtuc ago quidem. Ch. noſtin' quæ ſit, dic mihi, aut
Vidiſtin' P. uidi, noui, ſcio quò abducta ſit.
Ch. O Parmeno noſtin' P. noui. Ch. & ſcis ubi ſiet.
P. Huc deducta'ſt ad Thaidem meretricē, ei dono data'ſt.
Ch. Quis is eſt tam potens, cum tanto munere hoc? P. miles Thraſo,
Phedriæ riualis. Ch. duras fratris partes prædicas.
P. Immo ſi ſcis, quod donum huic dono contra comparet,
Tum magis id dicas. Ch. quod nam quæſo hercle? P. Eunuchum. Ch. illum ne, obſecro
Inhoneſtum hominē, quē mercatus eſt heri, ſenem mulierem?
P. Iſtunc ipſum. Ch. homo quatietur certe cum dono foras.
Sed iſtam Thaidem nō ſciui nobis uicinam. P. haud diu'ſt.
Ch. Perij, nunquā ne etiā me illā uidiſſe? ehodum dic mihi,
Eſt ne, ut fertur forma? P. ſanè. Ch. at nihil ad noſtram hanc
P. alia res eſt. (ac
Ch. Obſecro hercle Parmeno, fac ut potiar. P. faciā ſedulo,
Dabo operam, adiuuabo. nunquid me uis? Ch. quo nuuc

 is?

is? P. domum,

Vt mancipia hæc, ita ut iuſſit frater, deducam ad Thaidem

Occaſio cõſilij & noui motus.

Ch. O fortunatum iſtum Eunuchum, qui quidem in hanc detur domum.

P. Quid ita? Ch. rogitas? ſumma forma ſemper conſeruam domi

Videbit, colloquetur, aderit unà in unis ædibus,

Cibum nonnunquam capiet cum ea, interdum propter dormiet.

Conſiliũ.

P. Quid ſi nunc tute fortunatus fias? Ch. quare? Parmeno,

Reſponde. P. capias tu illius ueſtem. Ch. ueſtem? quid tum poſtea?

P. Pro illo te ducam. Ch. audio. P. te eſſe illum dicam. Ch. intellego.

P. Tu illis fruare cõmodis, quibus tu illum dicebas modo,

Cibum unà capias, adſis, tangas, ludas, propter dormias.

Quandoquidem illarum neq; quiſquam te nouit, neq; ſcit qui ſies:

Prɇterea, forma, ætas ipſa eſt facile ut pro Eunucho probes

Ch. Dixti pulchre, nunquam uidi melius conſilium dari.

Age eamus intrò, nunc iam orna me, abduc, duc quantum potes.

P. Quid agis? iocabar equidem. Ch. garris. P. perij, quid

ego

ego egi miſer?

Quò trudis? perculeris iam tu me? tibi equidẽ dico, mane.

Ch. Eamus. P. pergin' ? Ch. Certum'ſt. P. uide ne nimium calidum hoc ſit modo.

Ch. Non eſt profecto, ſine. P. iſtæc in me cudetur faba, ah.

Flagitium facimus. Ch. an id flagitium'ſt? ſi in domum meretriciam

Deducar, & illis crucibus, quæ nos, noſtramq; adoleſcentiã

Habent deſpicatam, & quæ nos ſemper omnibus cruciant modis,

Nunc referam gratiã, atq; eas itidem fallam, ut ab illis fallimur?

An potius hæc patí? ah æquũ eſt fieri, ut à me ludaſ dolis,

Quod qui reſcierint, culpẽt? illud merito factum oẽs putẽt.

P. Quid iſtic? ſi certum'ſt facere, faciam. Verum ne poſt conferas

Culpam in me. Ch. non faciam. P. iubes ne? Ch. iubeo, cogo atq; impero.

P. Nunquã defugiã autoritatẽ, ſequere. Ch. Diuortãt bene.

θερμὸν Græci ꝑ periculoſo dicunt. Sic & Cice. I. officiorum.

OCcidi neq; uirgo eſt uſquã. In hac ſcena nouus amor adhuc ephebi, & conſilium demonſtrandæ uirginis demonſtraſ, tanta uirtute poetæ comici ut hoc commentũ non quæſitum eſſe, ſed occurriſſe ſua ſponte uideatur. Occidi. n. u. e. u. non habuit quid dicere debeat aliud ꝓperans & circũſpiciens, niſi occidi, produc mediã ſyllabam uerbi huius. & contrariũ ſignificat. Neq; ego qui illam è conſpectu amiſi meo amatorie dum illam non inuenit, & ſe perdidit. Vbi quærãm. hoc. cir

 cumſpectãs

cumſpectãtis eſt. Vbi inueſtigem. plus intulit. Quem pconter. hoc plus iterum. nã ubi nec ueſtigia reperiũtur ſupeſt interrogatio. Qua inſiſtã uia, ſi nec qui interrogetur apparet. Quam inſiſtam uiam & qua uia legitur. Vbiubi eſt diu celari non poteſt, ob nimiã. ſ. formæ gloriã. O faciem pulchram. faciem modo nõ partem corporis, dicit, ſed totam ſpeciem quæ apparet & cernit. Virg. Quibus aſpera quondam Viſa maris facies. Deleo omẽs dehinc animo mulieres, modo argumentatus eſt, ut oſtenderet hunc grandem iam ephebũ etiam amoris expertum non fuiſſe. Sic alibi. Cum meipſum tam elegans formarũ ſpectator ſiem in hãc cõmotus ſum. Tedet. q. ſ. hoc eſt leuiũ & uſitatarũ, eſt quippe huic contrariũ. Noua figura oris papę. Ecce autẽ alter, ſic dicimus cum propter alterũ ex altero uenit in mentẽ. Neſcio quid de amore loquitur iamdudum Phædria loquebatur. O infortunatũ ſenem, hoc dicto præſtruxit ad exitũ fabulæ cataſtrophen. nam pturbatus ad Thaidem ingrediẽ hic ſenex per fallaciã Pythiæ, & inditiũ Parmenonis, atq; ita infirmabunẽ nuptiæ uirginis, quã ducet Chærea. Hic uero eſt, ſenex an Chærea. ſed ſenex, ſed ſenex potius. Hic uero ſenex. ſ. qui eſt Chærea. Illum alterum præut. h. r. præ ex cõparatione, ergo proprie, & eſt integra locutio, & ordo eſt præut illa ſunt quæ huius rabies dabit, & bene dabit quaſi de re uiolenta, ut dabit ille ruinã. Præut huius rabies. hic ex parte characteris inſcius quidem eſt pſonæ Chæreæ, quẽ moribus cõuincit ſeruus ardentiorẽ in amore fieri poſſe ſimul accepit. præut huius rabies quæ dabit, & hic oſtẽdit iampridem morũ in res uenereas Chæreã, & magna poetæ cura eſt, ne incredibile uideatur adoleſcentulũ qui pro Eunucho deduci potuerit tã expedite uirginẽ uitiaſſe, quo circa artifex ſummus quod ætati nõ poteſt naturæ attribuit Chæreæ, ut callidior ingenio, & ante annos amator non libidinẽ in ſeſe. ſed quãdam rabiem deſignauerit in uenereos appetitus. Vt illum pro utinã. Dij deæq; omnes ſe. perdant plus dixit ſenium quã ſenem, nec mireris poſt ſeniũ qui additum ideo quia declinationẽ ad intellectum retulit, ut alibi in Eunuchũ ſuã, & ſenex ad ætatẽ refertur. Senium ad conuitiũ, ſic Lucilius ait. At quidem te ſeniũ atq; inſulſe ſophiſta. Remoratus eſt, à remora piſciculo, qui & echeneis uocatur, remoratus & remoratio dicitur. Tum autẽ qui illum, tum autem pro &, duas uult eẽ cauſſas eſſe cur ſeipſum dij pdant. unam quod reſtiterit, alterã qui ſenem pueritus diu permãſerit à perſequenda uirgine. Et nota flocci fecerim. flocci facere & cõtemnere & non contemnere ſignificat ut nunc. Qui illum flocci fecerim, deeſt uel, ut ſit flocci fecerim. Quid tu triſtis. puerbiale eſt in hominẽ pturbatũ & incerti uultus. Quid ue es ala. aut uelox, aut lætus eſt. nam alacris. l. litera p. d. poſita non triſtis. i. alacris intelligitur. Quid ue es alacris? & alacer & alacris dicitur, ut habes apud Virg. Ergo alacris cunctoſq; putans excedere pugna. Quid ne eſt ala. alacris eſt mutatio quædam uultus geſtiẽtis in ſpẽm aliquã. Vnde is modo ad qd uenit ſignificat, ſed eo de loco, ad

co,ad locum ueteres dicebāt,quod mox in ſubiectis ꝓbabitur. Quorſum eam, bene quia proxime dixerat, ubi quærā? ubi inueſtigem? quē perconter? quā inſiſtam uiam incertus ſum. Ita pror. obli. ſum mei. huic contrariū. dum memor ipſe mei. ergo oblitus ſum mei inſanus. Quorſum eam, hinc ut diximus manifeſtum eſt ire & aduentum ſignificare. Ita pror. ſum ob. mei prorſus. i. recte uel omino. nam prorſus eſt porrò uerſum. i. ante uerſum, hinc & proſa oratio quā non inflexit cantilena. Hem. ſi cum h. Parmeno. ſi leniter Chærea. Oſtendens. q. u. ſies, non ſi quæſiſſet quidem, qui uir ſies, an debeat præſtare qui uirū ſe ſit mōſtraturus eſt, & uir modo non ad ſexum, uel ad ætatē dicitur ſed ad laudē. Qui uir ſies, in ueteribus inuenitur. Sæpe pol. eſſe pollicitū quod ꝓmittentē ultro ſignificat dixit, & ſæpe pollicitū an neceſſe ſit præſtare eum qui promiſerit. Chærea ali. inue. induxit μίμησιν grāmatice more ſuo, nō contēptus dicere qđ pollicitus ſit tantū, ſed quomodo etiā & quibus uerbis. Modo quid ames. tantūmodo. quaſi hæc mora ſit ꝓmiſſis complendis. Vtilitatem ego in ea re faciam. ut cognoſcas, an poſſit qui poſſe ſe affirmauit, plus eſt probaſſe qđ promiſerit quā oſtēdere quid poſſit. Cum in cellulā ad te, ſic dicit anus, quæ & accepit beneficiū. Patris penum omnē. ipſum penum, non ex eo aliquid, hẏpbolicos. & hoc penus, & hic penus, & hæc penus ueteres dixerunt. ergo & omnē & omē legit. Congerebam clanculū. λάθρᾳ κρύφα. Age inepte qui dubitas de promiſſis. an qui exprobres te multa eſſe largitū. Hoc hercle factum eſt, inueni quod amem, hoc qđ dicebas inquit de amore eſſe iam factum eſt amo. Promiſſa appareāt, utilitatem cognoſcam tuam. Siue adeo digna res eſt, ſi perſona Parmenonis eſt. ſiue abundat, & pro expletiua coniūctione modo eſt in quibuſdā intelligitur adeo, ut abunde, aut nimis ſignificet uel ſatis. Siue adeo digna res eſt, ſi Chærea dicit, hic ordo & ſenſus eſt, fac ſi uis nunc ſi adeo digna res eſt, ubi tu neruos intendas tuos, ut promiſſa appareant, ut ſis ſi uis, aut addatur id quod eſt, fac ꝓmiſſa appareant. Vbi tu neruos intendas tuos, utrū obſcæne hoc tu ſeruus, an metaphoricos, ut ubi laborare ac periclitari debeas, ſed melius legunt qui hoc totū ad perſonā applicant Chæreæ. & melius quā qui Parmenonē hoc putāt loqui. Siue adeo digna res eſt. Haud ſimilis uirgo eſt uirginū noſtrarū ciuium. ſ. terræ ac patriæ noſtræ. ut Virg. Non eadem arboribus pendet uindemia noſtris. Et Saluſt. Noſtri fœda fuga. Quas matres ſtudent, hoc uerbo oſtendit cultū induſtriæ. non pulchritudinē naturalem. Demiſſis humeris eſſe, antiqui enī græci etiā uirginibus ſuis præbebāt paleſtrā, ad cōponenda corpora, uel demiſſis humeris eſſe, liquide & molliter deductis, necꝫ extātibus alæ in modum. Vincto pectore. i. caſtigato ac tenui. & uelut uincto, deeſt ergo uelut. Gratiles ſiēt. à ſingulari gratilis uenit hæc declinatio. Demiſſis humeris eſſe, uincto pectore, non accipiendum eſt, quaſi hoc dicat, ad hoc illas ſtudent ma-

tres

tres demiſſis humeris eſſe, & uincto pectore, ut gratiles ſient, quaſi hæc duo propter unum illud fiant, ſed uarie tria dixit, ne diceret aut ſtudent illas demiſſis humeris, & uinctum pectus ut gratiles ſiet. Si qua eſt habitior. inde & habitudo dicitur, ut quæ habitudo eſt corporis. nam habilior aptior intelligitur, ut Nãq; humeris de more habilem ſuſpenderat arcum. ergo habitior legendũ eſt. Pugilem eſſe aiũt. laus in uirginẽ. Deducunt cibum. mire uituperauit formã quã accurauit fames, ut proprie deducunt. Tametſi bona eſt natura, bona. i. plena, magna & pinguis. Reddunt, exhibent, perficiunt. Curatura. cura mentis, curatio medicine. curatura eſt diligentiæ. Iunceas, tenues & pallidas. Itaq; ergo amãtur. itaq; inquit nemo illas amat, ironia eſt amãtur, ut eo magis hæc amanda ſit, quæ naturæ beneficio non factis comptibus aut induſtria facta eſt pulchra. Itaq; ergo amantur, atq; ita fit ut amentur, nõ naturæ merito, ſed induſtria. Quid tua iſtæc. recte ſic eñ ipſe dicet uidelicet. At nihil ad noſtram hanc. Noua figura oris. laudis genus eſt, noua quia dixerat tedet quotidianarũ harum formarũ. Quid tua iſtæc, deeſt qualis eſt dic. Pape. interiectio mira ſubito accipiẽtis quæ. Color uerus. quia non de cura eſt, aut de ficto, ac de fuco. ſed naturalis. Corpus ſolidum. quia non uitiatum. Succi plenũ, quia nemo deduxit cibum. nam ſuccus eſt humor in corpore quo abundant bene ualentes. Virg. Et ſuccus pecori & lac ſubducitur agnis. Succus proprie quaſi ſugus quẽ ſibi ex alimentis membra ſugunt ut ſe repleant. Corpus ſolidum. plenũ & forte. i. non flaccidum. Succi plenũ, ſuccus eſt interior pinguitudo membrorũ. Anni ſexdecim. exinde uide quẽadmodum ætatẽ uirginis maturę poeta ex occaſione demonſtrauerit. Hanc tu mihi uel ui, uel clam, uel precario, hæc tria ſunt quibus nõ rite res agitur, uel ui, uel clam, uel precario, ſine precij mentione, quia uirgo nõ meretrix, uel quia nulla ephebo ſpes eſt fallendi ſenis. Hanc tu mihi uel ui, uel clam, uel precario fac tradas, ſecundum ius locutus eſt, nam his tribus mala fide aliquid poſſidetur, ui, clam, precario. Vi quia uirgo. Clam quia cuſtoditur. Precario quia precium nõ habet Chærea. Mea nihil refert dum potiar. non hoc perſonæ attribuẽdum eſt, ſed effectui. non eñ quia Chærea eſt, ſed quia amator de ſe cupit facere quemadmodũ potiatur. Quid uirgo? cuia eſt, utrũ ſerua uel filia. Ne id quidẽ pulchra uarietas. neſcio tantũdem, ne id quidem. Qua ratione amiſti. figura Syncope pro amiſiſti. Qua ratione amiſiſti niſi remãſiſſet Chærea & cõſecutus uirginẽ fuiſſet, aut uidiſſet quo deducta fuiſſet priuſquã Parmenonẽ conueniret, nõ ita procederet fabula ut nunc procedit, irruiſſet eñ in cognitionẽ meretricis importunæ Chærea ne pro Eunucho adduceretur ulterius. Id equidẽ aduenięs. de eſt ob, aut propter, ut ſit ob id, aut propter id. Mecũ ſtomachabar. bene mecum. quia acriorem dolorẽ ſuſtinet qui ſibĳpſi iraſci cogitur. Mecũ ergo pro apud me, uel mihi. Hominẽ eſſe arbitror. deeſt quã me. Fœlicitates omnes aduerſæ ſient, fœlicitas aduerſa eſt cum ex proſperitate qđ

lædat

læd at naſcitur. Cui magis bonæ fœlicitates, bonæ, magnæ, nouæ. dixit
autem magnas fœlicitates ſibi aduerſari. eo quod uirginē tantæ pulchri
tudinis ex oculis amiſerit, nam uidiſſe eam tantę fœlicitatis iudicat, ſed
amiſiſſe aduerſæ infœlicitatis, & qđ bonæ dixit uel magnæ, uel nimiæ
intelliguntur, uel Epitheton eſt ꝓpriū & ꝑpetuū fœlicitatum. Bonæ fœ
licitates, Emphaſis eſt, eo qđ fœlicitates pluraliter poſuit. Epitheta au=
tem tribus de cauſſis nominibus addunt, diſcretionis, proprietatis, or=
natus, diſcretionis, ut Phrygiæ mollimur montibus Idæ. ꝓprietatis ut
Terribili impexū ſeta dētibus atris. ornatus ut Alma uenus τρεπτικυ
Quid hoc. ſ. eſt? propter hoc quod patior inquit. nunc eñ ſcælus dixit à
ſene cōmiſſum. Archidemidē no? hoc ſic ꝓnnnciandū eſt, ut appareat
ex ipſo nomine ſtatim odioſum neſcio quē occurriſſe ac permoleſtum.
Quidni, correptio eſt ab ſe manifeſta ingrentis. eſt eñ ſenſus. quid niſi,
aut cur non nouerim, eſt eñ quid ni, aut quid niſi, aut cur non. quia uete
res ni pro ne ponebant, & ne pro non. ūt Plau. Ni ſtulta ſis pro ne, & ne
uult pro non uult. Immo uero infœliciter. bene hoc interponit qđ incre=
dibile eſt παράλογον tardiorem amorē fuiſſe in inceſſu uirginis. Nam
incōmoda alia ſunt dicenda, quę minora ſunt ſ. aut ſimilia. Illum liquet
mihi deierare, liquidum eſt, conſtans, & manifeſtū, & certū eſt. Liquet
pro liquidum eſt, & claudit pro claudicat, ut apud Salu. Nihil ſecordia
claudebat. & eſt uerbū iuris, quo utebātur iudices, quū amplius ꝓnun
ciabant obſcuritate cōmoti cauſſæ, quā negocij ſimplicitate. Deierare.
ualde iurare. ut demiror, & deamo te Syre, ſi de ꝓducta legeris, ſi de cor
repta deos iurare intelligit. Sex uel ſeptē prorſus non uidiſſe proximis,
quia nō uidiſſe dixit. proximis præteritis intelligimus. Proxima enim
nobis aut præterita, aut futura ſunt. Nam præſentia ea ſunt in qbus ſu=
mus nunc. Nil nunc quū minime uellem. quia ſemp uolui, nunc minime
utpote adoleſcens ſenē. Quā longe quidē, bene longe dixit, quia nō lon
ge potuit dicere, aut ſubauditur erat, ut ſit quā longe erat. Minime. q. o.
ſ. ſæpe eñ uolumus, tamē nō eſt opus. Incuruus tremulus. labijs demiſ=
ſis gemens, ut omnia oſtendat in contrariū ſibi uerſa eſſe, curſum attri=
buit ſeni. Labijs demiſſis gemēs. Labra ſunt ſuperiora labia inferiora.
labræ aſinorū ꝓprie dicunt. Gemens autē ob continuā tuſſim, ſic Luci=
lius. Ante fores autē & triclinij limina quidnā Grandæuus gemebat.
Incuruus. ualde curuus. at ſic. Virg. Turnus ut infractos aduerſo marte
Latinos. Infractos enim ualde fractos ſignificat. nam in prępoſitio nūc
auget, nunc minuit dictionē. Recte etiam deformitatē ſcribit ſenis, qui
præter ætatem poſt pulchrā uirginem fœdior uidebatur, & quā impor
tune oñia poſuerit uide, pro puella ſenex occurrit, ꝓ uirgine incuruus
tremulus. pro pulchra, labijs. d. gemēs, & quū amator ſit, inaniter ado=
leſcenti ipſe iudiciū loquitur, dum feſtinādum ſit remoratur. Labijs. d.
maiora labra, unde Labeones. Alij labia inferiora, & labra ſuperiora.

Z Heus

Heus heus, Chærea tibi dico. Chæream diſſimulātem præterire inquit
nō adderet niſi uideret inquit, aliter inquit ꝓnunciādum eſt. hoc eſt cō
citate, nam ſenis uerba aliter ꝓferēda ſunt. Scin quid ego uolebam: hic
oſtendit odioſa tarditas ſenis apud feſtinantē Chæreā, nam nō dicit qd
ſe ꝓmittit dicturū. Vt diligēter nuncies, diligenter, nihil tā abundāter,
nihil tā moraliter dici potuit. Cras eſt mihi iudiciū. huic morę etiā illud
addit, qđ cum debeat dicere, qđ uelit prius dicit, qđ non eſt neceſſariū
quare uelit eſſe. Vt meminerit non ut ſit, ſed ut eſſe meminerit, ideo ꝓ-
lixitas dum hoc dat tēpus uerbis, quæ nō potuit quāuis imitaretur ex-
primere. Rogo, nūquid uelit. hoc eſt ſignifico me abire. nam abituri ne
id dure facerent nunquid uis dicebant ijs quibus conſtitiſſent, quid eſt
ergo nunquid uelit, hoc eſt dico quod abeuntes ſolent. Recte inquit pro
* eo quod eſt nihil & moraliter. * Quum huc
reſpicio in hanc partem. ſ. qua meretrix habitabat. Commodū tantum
eſt, quod uel ipſo eodemq́; tēpore cōmodum fuiſſet. una lex hoc ſignifi-
cat, ut ſi dicas eodem tēpore quo hoc agebatur. Nam interea, nunc con-
iunctio accipienda eſt. non ut aliâs pro aduerbio ponitur. Inde hanc no
ſtram plateam, recte quia uicina eſt illis Thais, ad quā deducitur.
Huc cum aduenio nulla erat. etenim ingreſſa iam fuerat. Comites ſecu-
ti. ſ. uirginē. interrogatiue quidem hoc dictum eſt non, ut neſcire uideat
id quod quærit, ſed ad hoc quærere ut quod fit cōfirmet. Verum. p. ue-
rum modo pro inceptiua eſt non relatiua particula, ut in Andria. Verū
uidit Cantharam ſuffarcinatā. Iam conclamatū eſt, tranſactum ac fini-
tum, ut conclamata corpora, nihil reliqui iam habent ad uitæ officia.
Conclamatū eſt manifeſtum ſignificat, ut in cōclamatis funeribus nul-
la dilatio eſt doloris & luctus, unde Luc. ait. Corpora nondum concla-
mata. i. aut cōclamatū ſatis deploratū ſatisq́; uociferatū eſt, quia dixe-
rat, O infortunatū ſe. ſi & hic amare cœpit, tanquā dicat iā occiſum pa-
trem tandem ſcimus iamq́; deflemus. Ipſa eſt. i. formoſa uel pulchra, qa
& ipſe dixerat. Hæc ſuperat ipſam Thaidem. Alias res agis, recte quia
dixit ille. iam conclamatū eſt. Alias res agis. aut nō intendis ad id quod
dico, ſignificat ut nulla ſit in eo attentio aut nugatorias res agis, hoc eſt
iocaris, nam hinc natum eſt, agite amàbo. q. d. uanas res agis. Scio quò
adducta ſit. plus dixit quàm interrogabatur, credo reſpōſio interrogā-
tis. nam properat ut dicturus eſt ad deducēdum Eunuchum ad Thaidē
cum ancilla ex Aethiopia. Scio quò adducta ſit. ſecunda Apoſiopeſis.
Eho. p. ſ. amatorie ſatis repetūtur quæ ſemel dicta ſuffecerant. Huc de-
ducta ad meretricem. & hoc cōfundit ſemel, cum aceruatim dicit, uelut
odio interrogantis ſæpius & feſtinatione ad mandata Phædriæ pera-
agenda. Phædriæ riualis. cum pronūciatione addendum, quod magis
doleat idem Phædriæ riualis. Duras partes fratris prædicas. ſ. cōtra æ-
mulum & diuitē & largiſſimū. Et partes duras, metaphoricos ab acto-
ribus ſcenicis, Comparet, hic iam oſtēditur miles illuſtrior per riualis
dona,

dona, quā per ſua, & eſt qualitas cōparatiua. Comparet ꝓ emat. ut cō-
parādum putet. Tum magis id dicas duras partes fratris eſſe. Quidnā *
quæſo hercle. curioſitatē addidit ita. * Quæſo & hercle,
& uide quā molliter & ſine intellectu ſpectatoris ad argumēti ſpectati
ordinem poeta perueniat, ut de Eunucho facta mentione conſiliū naſci
tur ſupponendi Chæreæ. Eunuchū. mire Terentius primo ſimpliciter
Eunucho nomen poſuit, huic quoq; detracturus. In honeſtum, fœdum.
ut contra facie honeſta, ut apud Virg. Et lætos oculis afflarat honores.
Hominem, opportune hominē dixit, tanquā incerti ſexus. Senē mulie-
rem, non cōmuni genere dixit ſenem, quippe qui alibi ſeparauerit dicē
do ſenex atq; anus. ſed ſubdiſtinguendū eſt ut ſit duplex uitupatio, una
ab ætate qđ ait ſenex, altera à membroꝝ mollicie quod ait mulierem.
Quatietur certe cū dono, mire cum dono, tanquā illi repulſæ cauſſa do-
num futurū ſit. Tum deinde non reijcietur, ſed quatietur. Vide quā cō-
tumelioſius dictū ſit, quatietur foras uel uerberibus impelletur foras,
non expulſione, ſed detruſione, uel ſic dixit foras quatietur, ut deſit uer
ſum, ut ſi foras uerſum uerberabitur, ut uerberet, & fugetur foras. nam
& peruulgatæ conſuetudinis dictū eſt, feri canē foras, hoc eſt feriendo *
canē foras eijce. Sed iſtam Thaidem nō ſciui nobis uicinā *
modo eñ pro Eunucho ueniet, ſi nouit, aut notus eſt, & ſi mulierē ado-
leſcens ne nouit quidem ipſe, multo maxime neſcietur. Sed iſtam Thai-
dem non ſciui nobis uicinā. contra illud qđ meretrix uicina erat. haud
diu eſt uicina. ſ. & eſt cauſſa an ỽiſimile ſit neſcire potuiſſe uicinā. & no
ta apud Terentiū uicinas poni ſæpius adoleſcentibus meretrices, ut hic
ſit prima amoris illecebra. Nunquā ne etiam me uidiſſe illam. artificio-
ſe inculcat poeta uidiſſe. Eſt ne ut fertur forma. hoc propter illud qđ ſu-
pra diximus. ſed nimio lepore Terētiano iam illud agit. Nam hic oſten
ditur ueriſimile eſſe ꝓ Eunucho creditū, apud uicinā meretricem Chæ-
ream qui adeo ignotus ſit mulieri, ut ne ipſe eam nouerit, quod erat faci
lius & prōptius, & additur color, quod & illa non diu uicina eſt, & qđ
adoleſcēs primū in pyræo cōmoratus eſt. Nihil ad noſtram hanc, mora
liter noſtrā dixit ꝓ meā. Alia res eſt. nō potuit melius uterq; ſuā gratiā
reſeruare, nam illa & hic amātur. Faciam ſedulo, mire in promiſſis po-
ſterioribus difficultas rei oſtēditur. cum primū faciam dixerit. Nunqđ
me aliud uis: hoc dicere abeuntes ſolent, & bene uis quia feſtinat, & ſi-
mul quia hinc naſcitur dolus fallendæ meretricis. Vt mancipia hæc ita
ut iuſſit frater deducātur ad Thaidem. Vide Terentium ut non quæſita
eſſe hæc fallacia ſed ipſa ſe obtuliſſe uideatur. O fortunatū iſtum Eunu-
chum. iſtum ſæpe annotauimus, aut ad contemptum, aut ad odium re-
ferri, ut Virg. Aut quid petis iſtis, & iſta quidē non in tua magna uolun
tate. Qui quidē in hanc detur domū, quid facilius quā imitari uelle qđ
laudes, nec quiſquā niſi qui cupit eligitur pro Eunucho, qui Eunnchum
putat eſſe beatum. Vide quā molli deſcenſu ad hoc cōſilium ꝑuenitur.

Res enim hoc ſuggerit potius quã Parmeno. ideo quia ſeruũ hoc ſuade re Chæreæ nimis temerariũ fuit. Quid ſi nũc tute fortunatus fias, ſicui detur dicere Parmeno potius ut iocetur quã ut fieri credat poſſe. Quid ni ita potuit intelligere ſtatim ſeruus, ſed ad hoc interrogat ut ſpectator doceatur. Videbit, colloquet̃, aderit unà, amatorie nimis quinq; lineas amoris executus eſt, adeoq; diligenter, ut etiam ordinẽ cuſtodierit. Videbit, colloquetur, aderit unà in unis ædibus, mire amator nõ ſimul effudit hoc bonũ, ſed particulatim digeſſit ut maior uoluptas futura eſſe noſcatur. Videbit colloquetur &c. Iſtæ em̃ ſunt amoris lineæ, & ſi eas modo om̃es eſt pſecutus. Capias tu illius ueſtem. non ſemel oſtenditur quod futurum ſit, quia particulatim poteſt etiã quod turpe eſt iam mitti ad perſuaſionẽ, ſemel ingeſtũ reſpicitur. ergo nõ dixit pro Eunucho, ſed primo capias illius ueſtem, Tum deinde hoc ipſum nõ aſpnate domino pergit ſeruus ad cætera quæ audaciora ſunt. Veſtem quã libenter audiat. repetitionem dictorum per interrogationẽ oſtendit Chærea. Audio. i. libenter hoc admitto & conſentio, ut in Phormione. Audio & fateor & cõtra non audio. Intelligo. audio & intelligo, uim modo non uſitatã exprimit, ſed ob cõſentientis in modicũ affectum. Cibum una capies. bene ſeruus interturbauit ſupradictas amandi lineas, & ordinẽ uoluptatum, quippe qui amare nõ nouerit. Cibũ una capies, adſis, tãgas, ludas, prope dormias. & ſi ſatis erat ſuperior uerſus, tamẽ intentiua ſunt amatori etiam ſigillatim hæc enumerata quæ una ſentẽtia ſuperior uerſus oſtenderet. Quandoquidem illarum, pro ex illis. Quiſquã, quia quæquã dicere abſurdum eſt. Illarum quiſquã, quiſquã multis exemplis probatur etiã fœminino genere ueteres ptuliſſe, ita ut in numeris & generibus hæc pnomina infinita ſunt. Neq; ſcit. qui ſcies. hoc eſt quod ſupra callide poeta præſtruxit. Præterea forma atq; ætas ipſa eſt, deeſt in te. Facile ut pro Eunucho probes. formã. ſ. & ætatem. Formam quia pulcher es. ætatem quia ephebus. Facile ut pro Eunucho probes, nunc fingas atq; perſuadeas, ut in conſuetudine dicimus, homo facrilegus pro innocẽte ſe probauit, & Cic. hoc tu his probabis. itaq; deeſt te, quod ſubaudiamus ut ſit pro Eunucho te probes. Probes. ut Migrãtes cernas, aut probes pſuadeas, & ſimul honeſte, nõ dixit quod erat rectũ in Eunuchum probes. ſed pro Eunucho ne eſſet contumelioſum in Chęream. Orna me nunc iam. hortatiue orna dixit, non deſpolia aut exue me. Abduc. abducimur unde uolumus, ducimur quo uolumus. Quantum potes, deeſt cito. Quid ais, callide ſeruus nõ uult ſe auctorẽ uideri tanti facinoris. Quo tru. comici ſemp ea oſtenderunt fieri ab altero uerbis alterius pſonæ, quæ oſtendiſſe ipſe nõ poterat, ut nunc manu agere per Chæreã Parmenone ipſo ducente cognoſcimus. Quo trudis. prebet ſe ui cogendum à domino ſeruũ quem compulit dictis. Perculeris iam me puerteris, unde puerbium. bene plauſtrũ pculit. Tibi quidem dico mane, ſigillatim iſta pnunciãda ſunt, ex quibus intelligitur nõ ceſſare

Chæream

Chæreã quin adhuc impellat & trudat. Pergis ne. quaſi uero ioco dixerit, non ſerio. Ne nimiũ calidum, periculoſum, ſed melius callidum legitur. Nimium, prouerbiale, quia nimiũ propria uox eſt. Flagitium facimus. flagitium more militari dicitur res flagitiõe, hoc eſt increpatiõe digna. Nam flagitatio ad ſtrepitũ dicitur. unde flãma & flagella, & flagitare.i. ꝑſonare intelligimus dici. nam hæc omĩa ſine ſonitu crepituq; non ſunt. An id flagitium eſt. an licet aut deceat ut prius quã liceat. At enim in me cudetur faba.i. in me hoc malum recidet, in me hæc uindicabitur culpa, ut laborat ſoliũ in quo cuditur.i. batuitur faba cum ſiliquis exuitur & intertũſa fuſtibus ut in areis more ruſticorũ, uel quod quidã male coctam fabam, & quæ non madauerit ſed dura permanſerit ſupra caput coqui, uelut ipſi fabæ irati eius granum ſaxo cõminuunt, tum uniuerſum malum, omĩs dolor ad coquũ peruenit, ſimile & alibi à Pulmento prouerbiũ eſt. Tute hoc in triſti, mihi eſt exedendum accingere. An id flagitium eſt, Terentius laudat argumẽtum huius fabulæ, in quo exemplum promitur quod proſit parentibus, obſit meretricibus, & ſimul deliberationibus tractans id faciendum ut ad domũ meretriciam deducatur. Hoc tale eſt nulla lex ꝓhibeat, ut defendatur quod licitũ eſt. Et illis crucibus quæ nos, noſtramq; adoleſcentiã. hoc iam ad illud ꝑtinet ut oſtẽdatur decere. & primo à perſona eius cui. Habent deſpicatã, contemptam, atq; deſpectam, & eſt ita parẽtheſis metaplaſmos, uel certe alterius uerbi declinatio ab eo quod cõſpicor, & deſpicor. Salu. Quũ interea Metellus modo te digrediens cum exercitu conſpicatur, dubius quidnam inſolita facies oſtẽderet. Nunc iã.r.g. nõ eas inquit laceſſam, ſed quod iuſtum eſt uicem reddam, quaſi ipſe in alijs læſus ſit. Vt ab his fallimur, non dixit alij fallũtur. An potius hæc pati æquũ eſt fieri. illic uiciſſitudo extat in pati dolos. Vt à me ludant, ſyllepſis ſubauditur pati. Quod qui.r. ex conſequentibus argumẽtum. nam illud factum uituperatio ſequitur, hoc approbatio. Illud.m.f.o.p. bene nõ iudicent. quia & hoc ipſum non ſatis ploratũ eſt, uel meretricẽ fallere. Quid iſtuc, aduerbium eſt ægre concedentis. Facias pro facito. Verum. deeſt uide. Verũ ne.p.c.c. in me, ſi ne ꝓhibentis eſt, nihil deeſt, ſi per cõtantis, ut ſit ne forte, deeſt timeo. Verum ne.p.c.c. in me. in hoc negocio. nõ auctor uult intereſſe, ſed ſeruus. Rogo.a.in. euidenter oſtendit plus eſſe imperare quã iubere. Nunquã de.a.t.ꝓ nõ. ut. nunquã hodie omẽs moriemur inulti. Nunquã.d.a.t. nõ inquit recuſabo facere, dum tu tamẽ auctor ſis facti.

ACTVS TERTII

SCENA PRIMA.

Senarij & ſep tenarij nonnulli.

THRASO MILES. GNATO. PARMENO.

Antea depixit paraſitũ, nunc inſulſũ & ineptum Thraſonẽ deſcribit.

MAgnas uero agere gratias Thais mihi.
G. Ingenteis. T. ain’tu læta’ſt? G. non tam ipſo quidem
Dono, quã abs te datũ eſſe, id uero ſerio
Triumphat. P. huc prouiſo ut ubi tempus ſiet,
Deducam, ſed eccum militem. T. eſt iſtuc datum
Profecto ut grata mihi ſint quæ facio omnia.
G. Aduorti hercle animum. T. uel rex ſemper maximas
Mihi agebat, quicquid feceram, alijs non item.
G. Labore alieno mogno partam gloriam
Verbis ſæpe in ſe tranſmouet, qui habet ſalem,
Qui in te eſt. T. habes. G. rex te ergo in oculis. T. ſcilicet.
G. Geſtire. T. uerum credere omnem exercitum,
Conſilia. G. mirum. T. tum ſicubi eum ſatietas
Hominum, aut negoci ſi quando odium ceperat,
Requieſcere ubi uolebat, quaſi noſtin’ G. ſcio.
Quaſi ubi illam expueret miſeriam ex animo. T. tenes.
Tum me conuiuam ſolum abducebat ſibi. G. hui,
Regem elegantem narras. T. immò ſic homo’ſt
Perpaucorum hominum: G. immò nullorum arbitror,

Si tecum

Si tecum uiuit. T. inuidere omnes mihi,
Mordere clanculum, ego non floccipendere,
Illi inuidere miſere: uerum unus tamen
Impenſe, elephantis quem Indicis præfecerat.
Is ubi moleſtus magis eſt, quæſo inquam, Strato
Eońe es ferox, quia habes imperium in beluas?
G. Pulchre me hercle dictum & ſapienter, papæ,
Iugularas hominem. quid ille? T. mutus ilico.
G. Quid ni eſſet? P. di ueſtram fidem hominem perditum
Miſerumq́, & illum ſacrilegum. T. quid illud Gnato?
Quo pacto Rhodium tetigerim in conuiuio,
Nunquid tibi dixi? G. nunquam, ſed narra obſecro.
Plus millies iam audiui. T. unà in conuiuio
Erat hic, quem dico, Rhodius adoleſcentulus,
Forte habui ſcortum, cœpit ad id adludere,
Et me irridere, quid ais, inquam, homo impudens?
Lepus tute es, & pulpamentum quæris. G. ha, hæ, hæ.
T. Quid eſt? G. facete, lepide, laute, nihil ſupra.
Tuum obſecro, ńe hoc dictum erat? uetus credidi.
T. Audieras? G. ſæpe, & fertur in primis. T. meum eſt
Dolet dictum imprudenti adoleſcenti & libero.
P. At te dij perdant. G. quid ille quæſo? T. perditus.
Riſu omnes qui aderant emoriri: deniq;

Metue-

Metuebant omnes iam me. G. non iniuria.
T. Sed heus tu, purgon' ego me de iſtac Thaidi,
Quod eam me amare ſuſpicatur? G. nihil minus,
Immò magis auge ſuſpitionem. T. cur? G. rogas?
παρασκευὴ ἐπιτάσεως in prima fabulæ parte.
Scin' ſi quando illa mentionem Phædriæ
Facit aut ſi laudat, te ut male urat? T. ſentio.
G. Id ut ne fiat hæc res ſola 'ſt remedio:
Vbi nominabit Phædriam, tu Pamphilam
Continuo, ſi quando illa dicit, Phædriam
Intromittamus commeſſatum, tu Pamphilam
Cantatum prouocemus, ſi laudabit hæc
Illius formam, tu huius contra, deniq;
Par pari referto, quod eam mordeat.
T. Siquidem me amaret, tum iſtuc prodeſſet Gnato.
P. Quando illud quod tu das, expectat atq; amat,
Iam dudum amat te: iam dudum illi facile fit
Quod doleat: metuet ſemper quem ipſa nunc capit
Fructum, ne quando iratus tu aliò conferas.
T. Bene dixti, ac mihi iſtuc non in mentem uenerat,
G. Ridiculum, non enim cogitaram, cæterum
Idem hoc tute melius quanto inueniſſes Thraſo?

MAgnas uero agere th.g.m.hic ſermo ſic prodit ut & poſt cœnam inchoatus eſſe uideatur. continet autē aſſentationē paraſiticā, & ſtultitiā glorioſi militis. Agere, plus ſonat infinitus modus finito. Ingentes, uide quantū adijciat paraſitus, ille magnas dixit, hic reſpondit ingētes. Illa læta eſt. his triumphat. Id uero ſerio, id ob id, ut Id amâbo ad iuua me. Serio id, ob id amâbo alias. at nūc idem. Parelcon ꝓductionis locus eſt, quā abs te datum eſt, maioris eſt gratiæ tantū potuiſſe amorē militis, ut meretrix minus lætaretur ob lucrū. Triumphat, nunc militaribus dictis tangit militē paraſitus. Hoc pro. ut ubi tēpus fiet, tertia ꝑſona uenit in ſcenam, ſed ſeparatim loquitur & ſecū. Sed ec. mi. iniurioſe militē honorifice ꝓprio nomine dicitur. ut in ſubiectis. audire uocē uiſa ſum modo militis. Eſt iſtuc da. fato decretoq; cōceſſum, ut Non dabitur regnis iſtos ꝓhibere Latinis. Vt gra. ſ. q. oma, gratæ nobis aut res aut ꝑſonæ, ſed nunc res dicit. Aduerti hercle. i. approbat dictum, & hoc ait animo. Vel rex mi. ſ. gratias agebat, quā intempeſtiue miles ad regē tranſitum fecit cum de meretrice agatur. Quę fa. omnia, eclypſis, uel ſyllepſis, uel rex ut in Hecyra. Vel hic Pamphili. iurabat quo. hac quàm ſancte. Vel. r. m. ſ. a. ſubauditur gratias, ab eo quod ſupra dixit. Magnas u. a. t. g. m. Partam gl. i. quæ paritur, ut Vectus æquo ſpumantis &c. Qui. h. ſ. Sal. neutraliter condimentū eſt, maſculine ſapiētia. Verbis in. ſ. t. q. h. ſalem, mire adulatur, hoc attribuit militi quod minime habet uel uerba uel ſalem. Quod in te eſt, quod tu habes. intelligis habes, quod em̄ tenemus corpore, habemus animo, quodq; idem animo habemus intelligimus. habes pro intelligis, ſic dicitur accipe, hoc eſt habe. habes etiam. i. dicis. ut Salu: Tarteſum Hiſpaniæ ciuitatem, quā nunc Tyrij mutato nomine grandirus habēt. Rex. t. e. i. o. ſ. geſtire uide inconditā properationem laudari ſe cupientis adeo, ut non ſinat uerba impleri. Quando perfecti mei. ſ. Verum &. c. o. ex. magis irridebis ſi conſideres militē motū eſſe qui crederet oēm exercitū & conſilia ſub obtētu militis, ea ſtultitia ſcripſit breuiter comitē regium acceptumq; imperatori. nam qui nunc credit exercitum, credit & conſilia. Virg. Nulla. m. ſ. t. q. g. r. Seu pacem, ſeu bella geram. ti. m. r. Verborumq; fides, conſilia. Auxeſis, plus eſt cōſilia quā totus exercitus. Mirum, melius per ironiā ꝓnunciamus. mirū q. d. quis non crederet tali uiro, ſed poteſt etiā ſimpliciter pro admirantis geſtu accipi. Vbi ſa. h. aut negocij ceperat. Reipu. princeps duas res patitur, homines & negocia. i. perſonas & res hominū, aut negocij eos qui gerunt, & ea quæ gerūtur. Sacietas. h. a. n. o. ſi quādo cœperat proprie reddidit, & decenter hominū ſacietas negocij odium, nō enim par erat Reip. principē odio laborare. Quieſcere. u. u. bono uerbo uſus eſt. Nā ceſſat deſidioſus, requieſcit defeſſus. Quaſi. n. græce expreſſit ſtulti

infantiā militis, qui ante uult intelligi qđ ſentit quā ipſe dicat, & pro-
prie hoc morale eſt ſtolidi, ſiue ꝛuditer loquentis. Quaſi em̄ apoſiope-
ſis, pro habes hoc, hoc eſt quod ſupra intelligit, quaſi.u.i.e.m. ubi pro
quando, & in his & ſupra expueret. Expuere eſt cū faſtidio aliquid reij
cere & expellere. nā expuere eſt extra pus mittere.i. foras. Nam pus eſt
omnis humor corpori oneroſus. Tum me cō.ſo.abdu.ſibi, hoc ſuperat
quis ſ. eſſet magiſter magnarū rerum.i.cōſiliarius uoluptatibus, quoq;
regis princeps eſſet, & uide quo ſignificatu dicatur me & conuiuā ſolū
& adducebat, nam nō uocabat, & ſi quaſi nō propter me. ſed ut ſibi be-
ne eſſet. Tum me cō.i. cum ſacietas hominū eſſet cum odiſſet negocia.
Regem elegantem narras, qui eligere ſciat, aut qui ipſe ſit eligendus.
Perpaucorū.h. aut qui paucis utitur, aut qui de paucis eſt, aut qui pau-
cis placet, hoc eſt bonis, & ſapientibus, qui fere pauci ſunt. Immo null.
arbi. hoc aduerſus ne miles audiat, poteſt tamē & aliter intelligi maxi-
me cum milite. Inuidere omnes mihi, plus poteſt ad ſignificandū infini-
tum tempus, quā finitum. Ego uero floccipendere, quod morderēt clan
culum, uel quod inuiderēt. Conuiuā abducebat, ut Solam, nam ꝑfidus
ille. ſignificat autē ſæpiuſculę factum. Illi inuidere.m. Miſer enim eſt cui
animæ miſeria ineſt. Verum unus, proprie unus, nam unus ex multis
dicitur, & mire facta nullius ponderis repetitio ad inertiam loquentis
exprimenda. nam poſtquam dixit inuidere omnes mihi, repetit inuide-
re miſere, cum & impenſe & miſere idem ſignificent, & mox tamen ſi-
ne ullo actu addidit, uerum unus tamen impenſe, aut plus miſere quā
impenſe. Elephantis.q.in.p. & hoc ſtulte, cum ad dignitatē ſumit, & ſic
pronūciat, ut magna eſſe prefectura uideatur hæc ipſa, & hoc à ſtolido
milite ſic profertur, tanquā magnum in hominē uelit eſſe qui ſibi inui
deret & indicis πρὸσ ἀντιδιαστολὴν maurorū qui & maiores ſunt.
Is ubi.m.m.eſt. more ſuo magis addidit, ne diceret moleſtior. Quæſo
inquā ſtra. ſtrato nomen accōmodatum militiæ. Eo ne es ferox, cauſale
eſt, ideo ne es ſignatur. Quia habes.im.in.b. mire extulit imperiū in bel
luas. ſic Virg. illa ſe iacet in aula Aeolus & clauſo uentorū carcere reget:
Pulchre.m.h. dum immodica laudatione uertit etiam ſi quid facete di-
ctum eſt, ſufficeret enim pulchre quod eſt ſapienter, quia & iugularas.
Iugularas.h. pulchre tāgit militē iugularas dicendo nō occideras, quaſi
gladio non uerbo uſus ſit. Mutus illico, tam hoc ſtultū eſt, quaſi diceret.
ſtatim nihil. Recte autē diceret. Ex illo mutus fuit, tale eſt illud. Tacere
feſtinat. Quid ni eſſet, hoc eſt ut poſſet eſſe iugularas. Hominē perditū.
de eſt ó; ut ſit ò hominē ꝑditum, ſed ſic melius ſonat, maioris em̄ ſtupo-
ris eſt hoc modo ꝓnunciatū. Hominē perditum miſerumq; uide, quan-
tum addiderit, qui nō hominē ſimpliciter, ſed ꝑditum & miſerum illū.
nec malum ſed ſacrilegū dixerit. Quo pacto.h.t. luſerim fatigauerim,
nam tangere cum multa, tum etiā hoc ſignificat. Nunquā ſed nat. ob cal

lide

ſide paraſitus intelligit ad hoc ſe interrogatũ ut audire poſtulet. Plus milies audiui, hypbole, aut ſupfutura, ut æquetur, aut ſubiacet ſupfutur, æquatur milies ſubiacet, ut tantũ non milies conuenit ſtultũ eundem & immemorem eſſe, cui intelligẽtia non eſt. Forte habui ſcortũ, uide quẽadmodũ miles dum uult ad dictum ſuũ peruenire fateatur, interim quã contemptus ſit atq; deriſus, abdomẽ * in corpore fœminarum patiẽs iniuriæ coitus ſcortũ dicitur, & dicitur ſcortũ, quia tunc aperiuntur dura coria dicta ſcorta, à parte ergo meretrices ſuis ſcorta dicũtur, uel ἀπὸ τοῦ σκάιρειν. quod græce palpitare intelligit. quod illæ faciunt ſaltando aſſidue, uel potius criſſando, ut Lucre. ait. Ob eã cauſſam ut conciniorem uenerem exhibeant uiris, aut ſibi abigant conceptũ qđ in uulua fœminæ in ipſo coitu nõ ſe mouẽtis incidit. Lepus tute es &.p.q. lepus pro infamia multa ponitur, uel quod magis à poſteriori parte hoc eſt armis, pulpamentũ de ſe prebeat, cum in cõuiuio capitur appoſitus, ut Hora. ait. Fæcundi leporis ſapiens ſectabitur annos. Vel quod uenantur illum, & pſectantur canes, quos pro amatoribus allegorice intelligimus, ut ipſe Ter. ait, Ceruã uidere fugere ſectari canes. Vel qđ illũ ſic fugiant om̃es conſtituat, ut hunc libido effœminata, uel quod à phyſicis dicatur incerti ſexus, ac eſſe modo mas, modo fœmina. Lepus tute &.p.q. quod in te habes hoc quæris in altero, eſt tropus in allegoria. Ah ah eh. paraſitus hic interiectiõe riſu, addidit, quo magis tunc primũ hoc audiſſe credatur. Quid eſt hæc interrogatio, geſtum uultumq; cõtinet cuiuſdam alacris & certi qui laudandus ſit Facete. facetus eſt qui facit uerbis quod uult. Lepide. lepidus qui politus eſt. ut λεπίσ. i. lamina. Laute. lautus qui mũdus & ſplendidus eſt. Tuum'ne ob. hoc dictũ erat, & dicta & pűerbia, & adagiones qui rem agãt facetis hominibus aſcribuntur, & hoc laudis genus eſt ad potiores referre, quod aliter pbatur dixiſſe. Vetus credidi, quia omnia uetera magna ſunt. Sæpe & fertur in primis. non ex ipſo. nam eſſet cõtrarium ſuperiori. Meum eſt, non ſenſu tantũmodo, ſed uerbis quoq; ipſis agreſte eſt, quod nunc dicit meũ eſt. Dolet dictum imprudenti adoleſcentulo & libero, deeſt mihi, ut ſit dolet mihi, & dictum participium eſt id quod dixiſti, addidit em̃ paraſitus quo grauius ſit dictum cõmiſerationem eius in quẽ dictũ eſt, utpote imprudentẽ adoleſcentẽ in liberum. Scit em̃ homines ſtultos malos uideri uelle, & inde paraſitũ in ijſdem uerſarij, cum ait ſupra. Iugalaras hic dolet dictum imprudenti. ſ. qui minime crederet tali ſe percuti poſſe conuitio, aut cum tali uiro ſibi rem futurã, & ſic laudat militẽ. ut miſeratione iam dignus ſit adoleſcens, cum necnon infeſtat, ut etiã miſereri inimicorum uacet. At te di perdant, noue inquit Parmeno nõ cum ipſo ſed de ipſo loquitur non audiente eo, ironicos Parmeno hic male facit. At te dij perdant inquit. Riſu om̃es qui. a. e. diſciplina eſt comicis ſtultas ſentẽtias uerbaq; uitioſa aſcribere ridiculis imperitiſq; pſonis. ut Plau.

ſibi diminuerē ſtipendium inquit ex pſona militis, itaq; hic emoriri dixit. At uero Atticus adoleſcens in hæc. At te.e.c.uide igitur poetam, pro loco ac tempore ſcire quid dicat. Metuebāt.o.i.me, ne cui dicerē, lepus tute es & pulpamentū quæris. Aut eo ne es ferox quia habes imperiū in belluas. Non iniuria, hoc ſic ꝓnuncia, quēadmodum illud ſupra. Quid ni eſſet. Purgem ego me de.i.t.œconomia ad litem futurā inter militem & Thaidem. Quod me.e.ſ.eſt quia apparet illam militi quoq; oſtendiſſe qđ dixit Phædriæ. Immo auge magis ſuſpitionē. hæc erit cauſſa reijciendi militis. Scin ſiquando monētis eſt dicere, ſcin uel ſcito. Siquādo illam mentionē, ſiquādo & prima ſyllaba acui poteſt, & media tamē uariat ſententiā. Id ut fiat, modo ne nō ſignificat. Hæc res.ſ.eſt.r.ſi te ſuſpicetur amare Pamphilam. Vbi.n.ph.& locum & tempus ſignificat. Tu Pamphilam continuo, hic magna œconomia eſt, quā Terentius ꝑparat quemadmodum iurgiū inter Thaidem, militemq; & Gnatonē per ſuas partes ſerpat fabula. & bene cōtinuo, ut intelligat meretrix non tā Pamphilam amari, quā ſibi uicem dari. Pamphilam.e.pro elegāter, quia ille foris eſt, hæc intus. Illum intromittamus, illā ꝓuocemus, hæc eſt in uerbis poetæ Germana proprietas. Tu huius cōtra, hic contra uicem ſignificat. Quod eam.m.quod par, aut abſolute quod quæris. Siquidem me non amaret tunc illud prodeſſet Gnato. his uerſiculis perſonam militis & Gnatonis continens pro œconomia inducitur, quod ueriſimile ſit, facile militem ferre poſſe anteponi ſibi Phædriā, qui ſe ſemꝑ intellexerit non amari, nam ſi hoc tollas aut excludendus eſt Phædria, aut ex dolore militis in hac fabula ſit exitus tragicus, & hoc miles ut ſapiens locutus eſt, ergo meminiſſe conuenit ridiculas perſonas non omino ſtultas & excordes induci à poetis comicis, nā nulla delectatio eſt, ubi omino qđ deducitur nihil ſapit. Stultitia autē eſt in his quatuor modis, aut non uenire in mentem quod oportet, aut ſi uenerit nō tenere. aut bonum cōſilium amittere, aut malum admittere. Vnde ergo ut hoc quod cōmode miles uiderat non tenuerit, totumq; amiſerit, hoc autē iccirco interpoſuit poeta, ut oſtēderet quid ueneni haberet aſſentatio, per quā non modo errantes decipiuntur, ac ꝑcipites eunt, uerum etiā ſapientes interdū ſaniq; euertuntur. Quando illud.q.tu.d.e. hac ſententia tollitur militi, quod recte ſenſerat, nec perſuadetur tamē qđ ametur ab amica. Iamdudum te amat, uel nimiū, uel ualde, uel iampridē. Quod doleat, hoc ad illud refertur, quod ſupra dixit, Par pari referto, quod eam mordeat. Metuat ne quādo iratus tu te aliò cōferas, & hic locum pro perſona poſuit, ut ne diceret ad aliā. At mihi iſtuc.in.m.u.ſic ꝓnūciandum eſt quaſi militi monſtri ſimile uideatur ſapiens dictum, alij prius ueniſſe in mentem quā ſibi. Ridiculum uel hominē uel dictum ſignificamus. Cæterū hoc tu melius quanto inueniſſes Thraſo.ſ. ſi cogitaſſes.

ACTVS

ACTVS TERTII

SCENA SECVNDA.

Senarij omnes.

THAIS. THRASO. PARMENO. GNATO. PYTHIAS ANCILLA.

AVdire uocem uiſa ſum modo militis.
Atq; eccum. ſalue mi Thraſo. T. ô Thais mea,
Meum ſuauium, quid agitur? ecquid nos amas
De fidicina iſtac? P. quàm uenuſte quod dedit
Principium aduenicns. Th. plurimum merito tuo.
G. Eamus ergo ad cœnam. quid ſtas? P. hem alterum
Ex homine hunc natum dicas. Th. ubi uis, non moror.
P. Adibo atq; adſimulabo quaſi nunc exeam.
Ituran' Thais quopiam es? Th. hem Parmeno,
Bene feciſti, hodie itura. P. quò? Th. quid, hunc uides?
P. Video, & me tædet. ubi uis dona adſunt tibi
A Phædria. T. quid ſtamus? cur non imus hinc?
P. Quæſo hercle ut liceat, pace quod fiat tua,
Dare huic quæ uolumus, conuenire & colloqui.
T. Perpulchra credo dona, haud noſtris ſimilia.

P.Res indicabit.heus,iubete iſtos foras
Exire,quos iuſſi,ocyus,procede tu huc,
Ex Aethiopia eſt uſq; hæc.T.hic ſunt tres minæ.
G.Vix.P.ubi tu es Dore? accede huc,hem Eunuchum tibi,
Quàm liberali facie,quàm ætate integra.
Th.Ita me Di ament honeſtus eſt.P.quid tu ais Gnato?
Nunquid habes quod contemnas? quid tu autem Thraſo?
Tacent,ſatis laudant.fac periclum in literis,
Fac in palæſtra,in muſicis,quæ liberum
Scire æquum eſt adoleſcentem,ſolertem dabo.
T.Ego illum Eunuchum ſi ſit opus uel ſobrius.
P.Atq; hæc qui miſit,non ſibi ſoli poſtulat
Te uiuere,& ſua cauſſa excludi cæteros.
Neq; pugnas narrat,neq; cicatrices ſuas
Oſtentat:neq; tibi obſtat,quod quidam facit.
Verum ubi moleſtum non erit,ubi tu uoles,
Vbi tempus tibi erit,ſat habet ſi tum recipitur.
T.Apparet ſeruum hunc eſſe domini pauperis,
Miſeriq;.G.nam hercle nemo poſſet,ſat ſcio,
Qui haberet,qui pararet alium hunc perpeti.
P.Tace tu,quem ego eſſe puto infra omnes infimos
Homines.nam qui huic animum aſſentari induxeris,
E flamma te petere cibum poſſe arbitror.

T.Iam-

T. Iamńc imus? Th. hos prius introducam, & quæ uolo
Simul imperabo, poſtea continuo exeo.
T. Ego hinc abeo, tu iſtanc opperire. P. haud conuenit
Vnà ire cum amica imperatorem in uia.
T. Quid tibi ego multa dicam? domini ſimilis es.
G. Ha, ha, hæ. T. quid rides? G. iſtuc quod dixti modo,
Et illud de Rhodio dictum in mentem uenit.
Sed Thais exit. T. abi, præcurre ut ſint domi
Parata omnia. G. fiat. Th. diligenter Pythias
Fac cures, ſi Chremes huc forte aduenerit,
Vt ores, primum ut maneat, ſi id non commodum'ſt,
Vt redeat, ſi id non poterit, ad me adducito.
Py. Ita faciam. Th. quidquid aliud uolui dicere.
Hem curate iſtam diligenter uirginem.
Domi adſitis facite. T. eamus. Th. uos me ſequimini.

AVdire uocem modo uiſa ſum militis. Hic inducitur multiplex concurſus diſſimilium perſonarꝝ, tamen uirtute & conſilio poetæ diſcretarū, ut cōfuſio nulla ſit facta ſermonis, ſimul etiam pro ſe cuiq́ꝫ accōmodata mira repͤſentatur oratio. Audire uocem modo uiſa ſum militis, oīes ſenſus uiſa dicuntur, ab eo quod eſt certiſſimū oculorꝝ. ergo uiſa ſum. Senſi ut Virg. Viſæq́ꝫ canes ululare per umbrā. Aduentāte dea. Salue mi Thraſo, quaſi cum nomine militis apud illū Thraſo non honeſtum ſit, eſt quædam actio cuius nomē honeſtum eſt, ſicut orator, philoſophus, quædam cuius nomen offenſum eſt, ut miles. lanarius. Meum ſuauiū, tria ſunt oſculandi genera. Oſculum ſcilicet baſium, & ſuauium, oſcula officiorum ſunt, baſia pudicorū affectuum, ſuauia libidinum uel amorū. Meum ſuauiū, cum oſcularetur dixit. Quid agitur?

&hoc

& hoc blandimenti genus eſt poſt oſculum, ſed duri eſt & agreſtis, inſert enim. Ecquid nos amas, ecquid aliquantulū ne ſignificat, & ideo illa primū intulit. Cicero in Catilinā. Ecquid attēdis, ecquid animaduertis horum ſilentium. De fidicina iſtac. de propter, ut ſit propter fidicinā. & uide non puellam, ſed fidicinā quaſi ab amatore dictum, & eo amatore qui quaſi memor ſit artis, qua delectatur, & quia puella ſit æmula meretricis, nam meretricū eſt fidicinā eſſe. Quā uenuſte quod. d. p. bene reprehendit Parmeno, nam in beneficijs debet obliuiſci qui dedit, & meminiſſe qui accipit, & eſt grauis ironia, quā uenuſte. Plurimū. m. t. facete meretrix amorem ſuū non ad auaritiam retulit, ſed ad officiū. & cum de fidicina inquit te amem, tum præcipue merito tuo. Alij ſic reſpōdere intelligūt ut ipſa de fidicina gratias agat, nam cum ille dixerit, ecquid nos amas, illa reſpondit plurimū. Quod autem de fidicina dixit, illa hæc ſubiecit merito tuo. i. quoniā mereris dando eam, ſed melius eſt ut præter munus meritum dixerit, quanquā multi munus meritū ſuum intelligant, ut eſt illud Virg. Quiq; ſui memores alios fecere merendo. i. gratos ſibi reddere munerando. Eamus ergo ad cœnā, decuit ergo paraſitum de cœna etiā importune admonere cum quadā Emphaſi, uelut magnæ rei. En alterū, bene alterum quia duo ſunt. Hem alterū, ſi hoc reprehendatur miles alterū dictum, ſi paraſitus alterū hominem, uult ēm Parmeno & paraſito eſſe uerſutior, qui & debet eſſe, cum peioris conditionis ſit. Ex homine. h. n. d. Recte reprehendit Parmeno duos, quorum unus de beneficio Thaidem exprobrat, alter pro beneficio cœnā oſtendit tanquā ad eam currendum ſit. nam hoc ſignificat. Quid reſtas. q. d. quid ſtas, quaſi ſit cauſſa properandi. Vbi uis non moror, eamus ad cœnam, ubi uis retulit ad quid reſtas nō moror. Quaſi nūc. e. mire nūc exeam, quaſi iam prope acceſſurus, quippe qui iamdudum procul ſteterit ubi uidelicet.. En alterū, ubi alterum non reſpectiue, ſed abſolute poſuit, ac ſi dixiſſet aliud dictum, uel alterū ſtultum. Ituran. t. q. ut experiatur Thaidis animū, fingit neſcire quo eat. Hem Parmeno, uide deprehēſam meretricem uelle blandimētis ſatisfacere Parmenoni. Bene pol. f. quid bene fecit Parmeno, an quaſi ꝑturbata hæc loquitur, etiā de nihilo blandiens, utpote meretrix faceta, an quod illuſerit cōuitia. Hodie. dulciter additum hodie, quaſi cum exceptiōe, quo ſe ſignificat nō perpetuo obſecuturam militi, & ut quæ ꝓmiſerit biduū tantum abfuturū Phædriā. Quid hunc. n. u. ſi dixit ad militē, lædit præſentē, ſi ad amicū lædit Parmenonē. Mire igitur ꝓnomen adinuenit. Video & me. t. opportune Parmeno fatetur odium militis ut retrudat ab eo amorē Thaidis. Vbi uis. d. a. t. nihil potuit exitioſus militi cōtingere, quā ut cōtinuo riualis mitteret munus & poſterior & corā ipſo. Dona adſunt. t. a. p. cum illa ſub pronomine celauerit nomē militis ex arte Parmeno ꝓnunciauit à Phædria. Quid ſtamus, quid ſtamus ad morā refertur. Cur non. i. h. ubi ſeruus riualis & Parmeno. Quid ſt. his uerbis miles inſulſus dolere ſe indicat.

eat.Pace quod f.t.pace aut gratia,aut uoluntate,& deeſt cũ.& ſic locu-
tus eſt,quaſi bellũ his uerbis omĩbus indixerit. Pace q̃d fiat.i.d.h.&c.
ꝓprie quia pax, datio,deditio,cõuentio, colloquiũ militiæ uerba ſunt,
& inuidioſe ſic ait,quaſi per eum non accipere dona liceat Thaidem,&
ſit ꝓnunciandum ut ſubaudiatur uel,ut ſit uel dare,uel cõuenire,uel col
loqui,ut inter hoſtes ſolet.Salu. Quæ pacta in cõuentione non pręſtitiſ-
ſent.& alibi.Cuius aduerſa uoluptate,colloquio militibus ꝓmiſſio cor
ruptio facta paucorũ,& exercitus Syllæ datus eſt. Conuenire &.c. ſic
pronunciandum eſt,ut quaſi dicat liceat per te miles,quod etiã inter ho
ſtes & in bello licet.Dare.h.q.u.hęc ſingula cũ inuidia ꝓnunciãda ſunt.
Perpulchra.c.Ironia de fiducia pulchræ uirginis.Noſtris.ſ.& his ſimi-
lia,& horum ſimilia dicimus. Res in.ſcit Eunuchi nomẽ poſſe contẽni,
& ideo uideri uult potius quã ſperni munera ſua.i.Chęream.Iube.i.f.e.
quos iuſſi ocyus.cum fiducia & alto uultu ꝓnunciat, & feſtinat ne oc-
cupet miles prius abire quã uideat. & eſt ordo ocyus exire . Procede.t.
h.bene ꝓcede dixit nõ accede, aut ueni, ut appareat dignitas in inceſſu.
& callide ab inferiori incipiet munere, hoc eſt à puella ad Chæreã uen-
turus,ſimul ut à uero mancipio incipiens ad falſum ſine ſuſpitione tran
ſiret.Ex.æ.e.u.h.quod Thais cupiebat.nam ſupra cupere ex Aethiopia
uſq; ad dictum,ut lõginquitas mõſtraretur,& hoc eſt quod facit ſupra
munus noſtrum ornato uerbis quoad poteris.Hic.ſ.t.m. callide munus
ad precium reuocauit,ut ad auaritiã conuerteret meretricem, ne officio
donãtis gratia leniretur,& ideo nõ dixit tria dona,ſed tres minæ,quaſi
iam uendenda ſint.Ex.æ.e.u.hic oſtendit quid ſit ex Aethiopia addẽdo
uſq;,ut ex longinquitate dignitas muneris põderetur, & quid erit iam
criminis in colore quando ipſe dicere gloriatur, unde ſit, & mire ab in-
feriore cœpit, ut auxeſim doni faceret in Chærea, & turpi præcedente
lenociniũ compareret ſecuro pulchro, uſq; modo, aduerbiũ uſq; de loco
eſt.ut Siculo ꝓſpexit ab uſq; Pachinno. Vix,uix aut difficile ſignificat,
aut non,ut ſit nec hoc.Lucil.Carcer uix carcere dignus.Vbi tu es.d.tan
quam quærat ut nomen indicet, quo audito magis diſſimulet Chæreã.
Vbi tu es.d.ac.uultu eo dicit, quo debuerat dicere, ut dicto æmulorum
læſus & confidentia deſtitutus, uelut in eo ſe duntaxat conſpectu Chæ-
reæ confidens.En.eu.t.mire poſtquã dixit Eunuchũ tibi intuli, quia ſo-
læ his utũtur reginæ,quaſi dicat Eunuchũ dixi te uelle, Eunuchum tibi
repperi. Quàm.l.f.non narratiue laudat, ſed per interrogatioem, quæ
maior fiducia eſt.Quam.æ.int.ideſt quæ florent puberes.ut Virg. Atq;
integer æui.Aſcanius.Ita.m.dĳ.a.h.eſt.iurauit ideo ut non amore Phæ-
driæ,ſed ueritate cogi ad laudãdum uideatur corã milite.Honeſtus eſt,
pulcher.Virg.& lætos oculis afflarat honores. Nunquid.h.q.con.ha-
bes pro inueniſti, plus eſt contẽnas quã uituperes, & deeſt in hoc, ut ſit
nunquid habes quod in hoc contẽnas.Tacet.ſatis laudat. Taciturnitas
confeſſionis genus eſt, præſertim cõtra aduerſarĳ interrogationẽ, ideo

tacere hoc uel quaſi laudis argumentū eſt, quia ſupra tacere uitupauit. ideo & ipſe ſic ait. Quid tu ais Gnato, nū quid habes quod contēnas. tacet ſatis laudat. Et quid tu Thraſo, quia ſupra contempſerat puellam.
Fac. p. in literis fac. in. p. in. m. ſi totū ſingulariter diceret, eſſet ὁμοιοτέλευτον litera, palæſtra, muſica. Quæ. libe. ſ. æ. eſt, quondam liberi pueri his artibus erudiebātur, & eſt figura eclipſis, deeſt enim his. Solertē ado. ideſt diſertum, utrum hunc ſolertē ut Hora. Docte ſermonis utriuſq; linguæ. An aſſumēdum ſit his extrinſecus ſolertē, deeſt his. Solers quaſi totus ex arte conſiſtens. ut * quod latinis * uerbis quaſi ſolus in arte ſit, hui iners contrarium nam ſolers quaſi dictus * ab ὅλον, quod eſt totū, cum em̄ totum ſenſiſſe dicimus. Ego illum Eunuchū ſi opus ſiet uel ſobrius, hoc ut militare eſt, ita importunum pręſente Thaide, extra quā miles ſi ſaperet nihil amatorie contēplari debuit, ſed & hoc accedit ad eius odium pręter quā quod iam in ſuſpitione eſt amicæ ſuæ qđ fidicinā magis diligat, & hoc mire. quod nemo prior Eunuchū eſſe Chæreā quā miles credidit, adeo ſtultus etiam nomine ſuo appellauiſſe ſtatim. Stulte miles, primo quidē conuitium ipſi Eunucho facit, in quo poteſt iam lædere amicā, deinde atteſtatur hoc dicto pulchritudinē huius muneris. Quid igitur ꝓficit, ſatis autem, ioculare eſt, ſi cogites Chæreā eſſe, qui hæc de ſe audiat, & tacere cogatur. Vel ſobrius. honeſta eclipſis propter mulieris præſentiā. ut Virg. Nouimus & qui te. & ipſe in Heauton. Qui ſe uidente amicam patiatur ſuam. hoc tamē miles coactus à Parmenone dicit, quia rep̄henſus eſt tacuiſſe. Atq; hæc qui miſit, ideſt tanta munera. hoc em̄ hæc ſignificat. Non ſibi ſoli poſtulat, hoc eſt ut iſtum æmulū quoad potes ab ea pellito. Sua cauſſa ex. c. nihil potuit dici inuidioſius, non em̄ dixit Phædriam, ſed cæteros quaſi futuri amatores fuiſſent, niſi metuerent exemplum Phædriæ. Neq; pugnas narrat. deſcriptio militis tantum excepto nomine. Neq; cicatrices. inſigne fœlicitatis. nam apud meretricē quid aliud cicatrices ualent. Nam cicatrices & ſi ſemper glorioſæ ſint, nō tamen etiam apud meretrices quibus poſt preciū fortuna placet. ut Salu. quoq; fatetur. Hæc ſunt uirtutis inſignia. de honeſtamēto tamē eſſe corporis maxime lætebatur. Neq; ob. t. quin à te repellas amatores tuos. Quod. q. f. quidem recte. nam & figuratū & aptum ſententiæ eſt, & cōtemptum indicat hoc uerbū. ubi. m. n. e. ad ſuperiora retulit quod nunc dicit, ſcilicet, at nō ſibi ſoli poſtulat te uiuere, & ſua cauſſa excludi cæteros. neq; pugnas narrat. Vbi. m. n. e. ubi tu uoles, an neq; tibi obſtat, ubi tempus tibi erit, & mire occupat animū meretricis, cum illā huius impulſu inducit fateri quicquid dure fecit excludēdo Phædriā. Hic igit̄ qui ſcit præcepta de beneficijs æſtimādis, intelligit oratorie in utranq; partem dicta om̄ia. Verum ubi. m. utrū tibi moleſtum an alijs, ſed alijs quia illaturus eſt. Vbi. t. t. c. nō amatori, ſed ubi tu uoles, non ut nūc, ſed

ubi

ubi tẽpus tibi erit, iam ẽm in milite pateris. Sat.h.ſi.t.r.his dictis & mili-
tem repulit ab animo meretricis, & cõmendauit adoleſcentẽ, & perfe-
cit ne iniuria uideatur apud Thaidem quæ ſponte ſuſceperat Phædriã.
Apparet.ſ.h.d.eſſe.p. triſtiores ẽm ſunt ſerui paupeꝶ, & ob hoc ipſum
neqores, & hoc melius erat, quãuis illd aliter paraſitus exponat. Demi
ni.p.m.bene additũ miſeri, quia non cõtinuo paup & miſer eſt. Nã her-
cle nemo poſſet ſecundũ illud. Ait aio. approbat paraſitus qđ miles di-
xit, & eſt ordo. nam hercle ſatis ſcio nemo poſſet hũc perpeti, qui habe-
ret, qui pararet aliũ ſeruũ. Nam hercle nemo poſſet. Aliã cauſſam ſubti
liorem aſſignat paraſitus, quæ præſupponit hãc quã dixerat miles, qui
haberet, qui pararet. Prius qui pronomẽ, ſequens aduerbiũ eſt. Quem
ego eſſe infra infimos puto omes homines, nam hæc ſententia uult illũ
hominẽ ſeruis etiam eſſe priorẽ, quia & ſeruus homo, ut in Phormio-
ne. Seruũ hominem cauſſam orare leges non ſinunt. Qui aſſentari huic
animũ induxeras, proprie. nam animus inducit aduerſum obiectas dif
ficultates. E flamma te petere.c.p.ar. petere cibum hoc eſt alimentum,
unde ſine damno aut malo nihil poteſt auferri, E flamma hoc intelligit
non ex foco, aut ex medio igni, ſed ex flãmis, incendio. nam non intelli
gibile eſt ut e foco cibũ peteret. nam antiquũ uerbum eſt petere cibum ẽ
flamma. E flamma, mordaciter utrunq; ſimul, ut neſciat quẽ prius ui-
tuperauerit, huius ne famẽ, an illius immanitatẽ uel uoraginẽ, & ſimul
uide cõuitium redditũ. unde coniectũ eſt idem de pauptate & egeſtate.
Iam ne imus, odium Parmenonis & ſtomachũ militis iſta indicat feſti-
natio, & tota iam increpatio mora eſt. Poſt.h. continuo exeo. legitur &
poſtea, & poſt. ut ſit pro poſtea. & quomodo pro poſtremo poſt. Ego
hinc abeo, conſequens erat ut offenderet miles tam diligẽter riualis mu
nus ſuſcipiente meretrice. Vnà ire cũ.a.impe.in uia. uide* *
futuræ litis inter Thaidem & militẽ. Cum.a. mirifice amicã dixit non
meretricem. Imperatorẽ in.u.cõgrue in milite quaſi ipſe ſit ſub quo eſt.
& hic ſeruat Parmeno quod ſibi mandatũ eſt, & iſtum æmulum quoad
poteris ab ea pellito, & bene mutat nomina hinc ad honorẽ, hinc ad in-
uidiam, hanc non meretricem, ſed amicã dixit. hunc non militẽ ſed im-
peratorem. Quid.e.t.m.d.d.ſi.es. non habuit aliud miles ſtultus, & re-
dit ad illa quæ ſupra dixit. Pauperis.m.d. Similis es, ineptus iocus iniu
riæ in quo ſeruus uice domini cõparatur. Quid.r.& hoc eo uultu dicit,
quaſi ſibi conſcius ſit miles actum facere dicti cõuitij. nam nõ quod ne-
ſciat cauſſam riſus, interrogauit quid riſerit. ſed ideo ut denuo laudet.
Et illud de rho.d. hoc eſt illud. Eorum ingenia admiror, ſimul & huic.
ut apparet ſit amitior. ideo facilius ab amica quã à paraſito ſeparabit.
Abi præ.ut.ſ.d. non dixit quæ, quia intelligitur. Fiat, faciam, uel fiet di
ceret ſeruus. liber uero fiat, tanquã & ipſe iubeat ſibi, ut ſint parata do-
mi, & hæc Eclypſis ethica, in qua plus uultu ſignificat quã uerbis. Si for
te.ch.h.ad.m.n. œconomia ad litem futurã & exitum fabulæ, & hoc nõ

 audit

audit miles, nam ſi audiret nimis iraſceretur. Ad me. ad. modo ubi ſum ſignificat. Quid. a. u. d. hinc eſt illud Cice. Quanquã recte non admones polycletum eſſe dicebant. Curate. i. d. u. hæc res eſt quæ faciet uirginem cludi in lectulo collocari & obdormire. Curate. d. u. ridiculum cum cõtra euenturum ſit. Vos me ſe. ſunt puellæ quæ ſequuntur.

ACTVS TERTII
SCENA TERTIA.

Senarij omnes.

CHREMES. PYTHIAS ANCILLA.

PRofecto quanto magis magisq́; cogito,
Nimirum dabit hæc Thais mihi magnum malum:
Ita me uideo ab ea aſtute labefactarier.
Iam tũ cũ primũ iuſſit me ad ſe adcerſier
Roget quis, quid tibi cum illa? ne noram quidem.
Vbi ueni, cauſſam ut ibi manerem repperit:
Ait rem diuinam feciſſe ſe, & rem ſeriam.
Velle agere mecum, iam tum erat ſuſpicio,
Dolo malo hæc fieri omnia. ipſa accumbere
Mecum, mihi ſeſe dare, ſermonem quærere.
Vbi friget, huc euaſit: quàm pridem pater.
Mihi & mater mortui eſſent. dico iam diu.
Rus Sunij & quod habeam, & quàm longe à mari.
Credo ei placere hoc, ſperat ſe à me auellere.

Poſtre-

Poſtremo,& qua inde parua periſſet ſoror,
Et quis cum ea unà;quid habuiſſet cumperit,
Et quis eam poſſet noſcere,hæc cur quæriter?
Niſi illa forte,quæ olim perijt paruula
Soror,hanc ſe intendit eſſe,ut eſt audacia.
Verum ea ſi uiuit,annos nata'ſt ſedecim,
Non maior,Thais ego quàm ſum maiuſcula'ſt.
Miſit porrò orare ut uenirem ſerio.
Aut dicat quod uolt,aut moleſta ne ſiet:
Non hercle ueniam tertio,heus heus.Py.hic quis eſt?
Ch.Ego ſum Chremes.Py.ò capitulum lepidiſſimum.
Ch.Dico ego mihi inſidias fieri.Py.Thais maximo
Te orabat opere,ut cras redires.Ch.rus eo.
Py.Fac amâbo.Ch.nõ poſſum inq̃.Py.at apud nos hic ma(ne,
Dum redeat ipſa.Ch.nihil minus.Py.Cur mi Chremes?
Ch.Malam rem hinc ibis.Py.ſi iſtuc ita certum'ſt tibi,
Amâbo,ut illuc tranſeas,ubi illa'ſt.Ch.eo.
Py.Abi Dorias cito hunc deduce ad militem.

PRofecto.q.m.m.q;.c.Hæc perſona apud Menandrum adoleſcẽtis ruſtici eſt,& incõſequens oratio,ſed conceditur ſecũ loquentibus multa tranſcendere quæ taciti intelligunt. eſt em̃ integrum hoc modo. Profecto.q.m.&c.nimirũ intelligo, uel inuenio, quod da.tha.m.m.malũ,poteſt autem nimirũ & pro confirmatione accipi ut nihil deſit,ut ſit nimirũ ſine dubio pro certo. Nimirũ d.h.th.m.m.m.Solue nimirũ, & fac non eſt mirũ. & ſtatim cõſequens erit,per Aſyntheton tota ſententia,

tentia, quaſi dixerit non eſt mirū, & ſub diſtinctione interpoſita mox intulerit. Dabit.h.th.m.m.m. nam ni, ne ſignificat, & ne non, ni pro ne. Virg. Læti diſcrimine paruo ni. teneant ne pro nō. Plaut. Ne uult inqt, pro non uult. Nimirū.d.th.m.m.m. his uerbis intelligitur ſe ſentire paulatim, labi in amorē meretricis, quāuis inuitū & adhuc retinentē mentem. Roget quis quid tibi cum illa, prius intulit quā interrogauit. Ne noram.q.ubi.u.c. ut ibi manerem repperit, manerē modo non dormirem ſed remanerem ſignificat. Ait rem.d,f.ſe. rem diuinā ſacrum ſignificat. Et rem.ſ.u.a.m.ſ. quæ non poſſit nunc agi cum operetur. An rem ſeriā magis agendam, tunc putabat, cum rem diuinā feciſſet. Dolo.m.h.o.f. dolus à ledendo dictus, ideſt à dolando, ideſt minuendo, nam & δόλος græce læſio dicitur. & dolones tela quædam bellica, & dolare fabri lignum eſt aſcia ſcindere, quod autē addidit malo, aut Archaiſmos eſt, quia ſic in.xij. tabulis à ueteribus ſcriptū eſt, aut Epitheton doli eſt ꝑpetuum, aut Diaſtole eſt, quia eſt & bonus, quo à medētibus falli ægros, non tantū decipi Lucre. poeta teſtatur. Accūbere.m. mecū penes me ſignificat. Mihi.d.ſ. non poteſt magis ſignificari ꝓfuſa petulantia. Sermonem.q. ſermonē quærimus quādo nō ſolum quod dicimus quærimus, uerum etiam quomodo alter nobis reſpondeat, & obloquatur, puta cū deficientibus ſermocinādi cauſſis, Quota ſit hora. & an ſatis recte quis ualuerit percontamur. Quā pridem.p.m.&c. hoc propter ætatem puellæ inquiſitum eſt. Huc euaſit, tanquā imprudenter contenderit ad hanc inquiſitionem. Iam diu, iam olim. Et quā lōge amari. hoc ideo meretrix inquiſiuit, ut ſciret utrū rapina prædonibus fuiſſet. Et qua in die parua perijſſet ſoror, quippe ad mediterraneū locum, qui acceſſus eſſe potuit pyratis, ſed tamen non abhorret à ſuſpitione meretricis qđ & ſcire uellet, cuius prædij fundū habeat Chremes. hoc eſt quā amœnum uel quā maritimū. Hoc ſperat ſe.p.a.m.a. bono uſus uerbo auellere tanquā ꝑtinaciter retinente. Quid.h. cum.p. pro quādo, aut cum periret. Hæc cur quærit, & in geſtu ac uultu id quod reſtat oſtenditur, nam deeſt neſcio. Hanc ſe.in.e.ut eſt.a. ꝓprie intendere eſt crimen in aduerſarium iacere. Maiuſcula eſt, diminutiue dixit, ut oſtenderet utranqꝫ primæuā. Miſit.p.o. pro poſtea. Vt uenirē ſerio, utrum ut uenirē ſerio, an orare ſerio. Aut.d.q.u. aut moleſta ne ſiet. ꝓ quid uelit. In Hecyra. Ac uide quā immerito ęgritudo hęc oritur mihi abs te Soſtrata. Aut moleſta ne ſiet, aut hoc moraliter, nam cui hoc imperat, aut cum quo hoc agit. Heus heus ecquis hic eſt. hæc ſeparatim ꝓnuncianda ſunt, nam apparet inter hæc uerba pulſatam ianuam ꝑſonare. Ego ſum.c. uide quantū diſtet, ac uaria ſit huius ruſticitas. Ego ſum Ch. à faceta meretricis diſciplina. O capitulū le. nam ruſticū eſſe ſtatim magis apparebit ubi dixerit rus eo, & dico ego mihi inſidias fieri. blādimentū ruſticus inſidias putat. Rus eo, pro potiori negocio rus poſuit, & maiori negocio eſt, quaſi diceret non

huc

hucuenio. Non poſſum inquã, plus eſt quã nolo. Dum redeat ipſa, ipſa uel domina, uel ipſa de qua agitur. Nihil minus. deeſt faciam. Malam in rem abi, hoc aduerbialiter dixit, quemadmodũ dicimus domũ abis, &c. apparet illum manu tactũ eſſe qui ſic iraſcitur, quia dixit Pythias, cur mi Chremes, quaſi dicat, cur meus ſic indignatus eſt adoleſcẽs. nam ab eo qđ eſt meus uocatiuus mi facit. Amâbo ut. i. t. u. illa eſt. uide non eſſe ocioſum, quod omnia prætenta ſunt potius quã res impportuna fieret, ut cum ad militis domũ Chremes deduceret. neq; enim hoc cõueniebat perſonæ bachanali. quoniã aut infacetũ, & præter uſum, aut importu- num, ideo hoc ipſum Doriæ præcepit. ut illuc tranſeas ubi ea eſt, ut bre uem uiam demonſtraret, non eas, ſed trãſeas dixit. Amâbo, interiectio eſt amantis, ſic uerbum ſonat.

ACTVS TERTII

SCENA QVARTA.

Senarij, ſeptenarij, Quadrati catalectici.

ANTIPHO ADOLESCENS.

HEri aliquot adoleſcentuli coimus in
Peiræo,
In hunc diem ut de ſymbolis eſſemus,
Chæream ei rei
Præfecimus, dati annuli, locus, tempus
conſtitutum'ſt:
Præterijt tempus, quo in loco dictum'ſt, parati nihil eſt
Homo ipſe nuſquam'ſt, neq; ſcio quid dicam aut quid
conіectem.
Nunc mihi hoc negoci cæteri dedere, illum ut quæram.
Idq; adeo uiſam ſi domi'ſt. quis nam hinc à Thaide exit?
Is eſt,

Eſſemus à uerbo ſũ Plau. Minore nuſquam bene fui diſpendio et ſæpe aliâs

Is eſt, an non eſt? ipſus eſt, quid hoc hominis? qui hic ornatus eſt?

Quid illud mali eſt? nequeo ſatis mirari, neq; conijcere.

Niſi quicquid eſt, procul hinc libet prius quid ſit ſciſcitari.

HEri aliquot adoleſcētuli coimus in pyręo. In hoc proloquio inſinuatio perſonæ eius eſt. cui narraturus eſt Chærea, quæ à ſe poſt ſcenā facta ſunt. Fit autem hoc populi cauſſa, ut ſpectator auribus accipiat, quod ſubijcere oculis poeta nō potuit. Coimus, coimus, conſenſimus, ac pepigimus, ne ſit ſolœciſmus. In pyræo, pro pyræum. Heri. a. a. bene inuēta ꝑſona eſt, cui narret Chærea, ne unus diu loquatur, ut apud Menādrum. Vt de ſymbolis eſſemus. Plau. in Menechmis, Minime eſſemus minore, non cum ſui diſpendio, ſed melius eſſemus ꝓducta è litera. Præfecimus. i. συμαπτοσιαρχειν fecimus. Dati annuli. nihil interim de ſcorto apparet ephebo eſſe. Præterit tempus, quia tēpus conſtitutū eſt. Quo in loco, quia locus conſtitutus eſt. Homo ipſe, quia Chæreā ei rei præfecimus. Cæteri dedere. cęteri exceptis me atq; illo. Quiſnā hic th. e. cauſſa ſciſcitandi eſt admiratio de habitu cōmutato, & uix ſibi agnitus eſt Chærea. Quid hoc. h. eſt, uide an longā narrationem poſſit audire, qui nondum amico narrat, & iam affectus pendet. Is eſt an nō eſt, ipſus eſt, uide an potuerit meretricē ignotā hoc habitu atq; ornatu fallere, qui ab Antiphone uix agnoſcitur. Quid. h. h. eſt. quod à Thaide ephebus exit. Quid hic ornatus, quia Eunuchi ueſte indutus eſt. Quid illud mali eſt, quod timidus egreditur. Quid ſit ſciſcitari, ſciſcitari eſt occulta magis, & ſecretiora mirari ac uelle cognoſcere, ut Suſpenſi Eripylum ſciſcitatum oracula phœbi.

ACTVS TERTII

SCENA QVINTA.

Octonarij & ſeptenarij.

CHAEREA. ANTIPHO, ADOLESCENS.

Nunquis

NVnquis hic eſt? nemo eſt. nunquis hinc me ſequitur? nemo homo 'ſt:
Iamne erumpere hoc licet mihi gaudium? prò Iuppiter.
Nunc eſt profectò interfici, cum perpeti me poſſum,
Ne hoc gaudium contaminet uita ægritudine aliqua.
Sed neminem curioſum interuenire nunc mihi,
Qui me conſequatur, quoquò eam rogitando obtundat, enecet: Exordiũ παθητι-κόν.
Quid geſtiam, aut quid lætus ſim, quò pergã, unde emergam, ubi ſiem
Veſtitum hunc nactus, quid mihi quæram, ſanus ſim, an ne inſaniam.
A. Adibo, atq; ab eo gratiã hanc, quam uideo uelle, inibo.
Chærea quid eſt quod ſic geſtis? quidúe ſibi hic ueſtitus quærit?
Quid eſt quod lętus ſis? quid tibi uis? ſatin ſanus? quid me
Aſpectas? quid taces? Ch. ò feſtus dies hominis, amice
Salue, nemo eſt, quẽ ego magis nunc cuperẽ uidere quã te.
A. Narra iſtuc quæſo quid ſiet. Ch. immò ego te obſecro hercle ut audias.
Noſtin hanc, quam amat frater? A. noui, nempe opinor

Narratio qua exponitur πρὸ-
Ϛασις ſecundę partis in fabula.

Thaidem.

Ch. Iſtam ipſam. A. ſic commemineram. Ch. quædam hodie eſt ei dono data

Virgo, quid ego eius tibi nunc faciem prædicem, aut laudem Antipho,

Cum ipſum me noris quã elegans formarũ ſpectator ſiem?

In hac commotus ſum. A. ain tu? Ch. primam dices ſcio, ſi uideris.

Quid multa uerba? amare cœpi, forte fortuna domi

Erat quidam Eunuchus, quẽ mercatus fuerat frater Thaidi

Neq; is deductus etiã tum ad eã, ſubmonuit me Parmeno

Ibi ſeruus, quod ego arripui. A. quid id eſt? Ch. tacitus: citius audies.

Vt ueſtem cum eo mutem, & pro illo iubeam me ducier.

A. Pro Eunuchon?? Ch. ſic eſt. A. quid ex ea re tandem ut caperes commodi?

Ch. Rogas? uiderem, audirem, eſſem unà quacum cupiebam Antipho.

Num parua cauſſa, aut parua ratio eſt? traditus ſum mulieri.

Illa illico ubi me accepit, læta ad ſe adducit domum.

Commendat uirginem. A. cui? tibi ne? Ch. mihi. A. ſatis tuto tamen.

Ch. Edicit, ne uir quiſquam ad eam adeat, & mihi ne abſcedam

dam imperat,
In interiore parte ut maneam ſolus cum ſola, adnuo,
Terram intuens modeſte. A. miſer. Ch. ego, inquit, ad cœnam hinc eo.
Abducit ſecum ancillas, paucæ, quæ circũ illam eſſent, manent
Nouitiæ puellæ: continuo hæ adornant ut lauet.
Adhortor properẽt, dum apparatur, uirgo in cõclaui ſedet
Suſpectans tabulam quandam pictam, ubi inerat pictura hæc, Iouem
Quo pacto Danaæ miſiſſe aiunt quondam in gremium imbrem aureum.
Egomet quoq; id ſpectare cœpi, & quia cõſimilem luſerat
Iam olim ille ludũ, impendio magis animus gaudebat mihi
Deum ſeſe in hominem cõuertiſſe, atq; per alienas tegulas
Veniſſe clanculum, per impluuium fucum factum mulieri.
At quem deum, qui templa cœli ſumma ſonitu concutit.
Ego homuncio hoc non facerem? ego illud uero ita feci, ac lubens.
Dum hæc mecum reputo, adcerſitur lauatũ interea uirgo,
It, lauit, redit, deinde illam in lecto illæ collocant:
Sto expectans, ſi quid mihi imperent, uenit una, heus tu inquit Dore,
Cape hoc flabellũ, & uentulum huic ſic facito, dũ lauamus

Templa cœlum ipſum ſignificant.

Vbi nos lauerimus, ſi uoles lauato, accipio triſtis.

A. Tum equidem iſtuc os tuum impudens uidere nimium uellem,

Quis eſſet ſtatus flabellum tenere te aſinum tantum.

Ch. Vix elocuta'ſt hoc, foras ſimul omnes proruunt ſe.

Abeunt lauatum, perſtrepunt, ita ut fit, domini ubi abſunt

Interea ſomnus uirginem opprimit, ego limis aſpecto

Sic per flabellum clanculum, & ſimul alia circumſpecto

Satine explorata ſint, uideo eſſe, peſſulum oſtio obdo.

A. Quid tum? Ch. quid tum fatue? A. fateor. Ch. an ego occaſionem

Mihi oſtentatã tam breuem, tam optatam, tam inſperatam

Amitterem? tum pol ego is eſſem uere qui aſſimulabar.

A. Sane hercle, ut dicis, ſed interim de ſymbolis qd actũ'ſt

Ch. Paratum'ſt. A. frugi es, ubi? domin'? Ch. immo apud libertum Diſcum.

A. Perlonge'ſt, ſed tanto ocyus properemus, muta ueſtem

Ch. Vbi mutẽ? perij, nam domo exulo, nunc metuo fratrẽ,

Ne intus ſit: porrò autem pater ne rure redierit iam.

A. Eamus ad me, ibi proximum eſt ubi mutes. Ch. recte dicis,

Eamus, & de iſtac ſimul quo pacto porrò poſſim

Potiri, conſilium uolo capere unà tecum. A. fiat.

Nunquis

NVnquis hiceſt. In hac ſcena uerba geſtũ uultũq;
indicant exeuntibus, cui obuia perſona obijcit,
ſub cuius occaſione ſpectatoribus geſta narra⸗
buntur. Nunquis hic. eſt nemo eſt. Nũquis. h. m.
ſ. duo metuit, ne quis obuius cõprehenſor occur
rat, & ne quis ſui pſecutor exiſtat. Iamne. e. h. l.
m. g. erumpere quaſi actiuũ uerbum poſuit pro
neutrali, ut ſi liceat mihi erumpere, quaſi exire
mihi, pro à me. Nemo homo eſt, quãuis p nemo
homo intelligatur, tamen addit homo, ut uete⸗
res ſolent. * Erumpere. utrum erumpere pro emittere po⸗ *
ſuit. an erũpere pro exclamare, ut erumpere uocẽ dicitur qui exclamat.
nam proh Iuppiter dicturus eſt. Nunceſt. p. t. ordo & ſenſus hiceſt. Nũc
eſt profecto tempus cum. p. m. p. in. hi c autẽ cur ipſe dixerit, ſtatim ſubij
cit cauſſam, cum pperi me poſſum. Vbi animaduertendũ eſt quod ſi cũ
coniuncte legeris, quando ſignificat, ſi ſeparate uero, dum ſignificat.
Nunc eſt pro, figurate ac coniuncte lege ſine diſiunctione. Contaminet.
u. æ. a. mire uitæ crimen oſtendit, uelut ipſa ſit cãpus, poſſeſſioq; fortu⸗
næ inſtabilis uariorũ. Sed ne. n. & c. apparatus ad intentionẽ futuræ nar
rationis dicit. Qui me. ſ. id cupit gaudens quod triſtibus moleſtum eſt.
nam contra Menedemus grauatur narrare quæ dolet. Obtũdat. inſtet,
ac repetat, obtũdat moleſtus & tedioſus ſit. Enecet, quaſi enecet. Quid
ge. deeſt quærẽs ut ſit rogitando obtundat. enecet quærens quid geſtiã.
geſtire eſt motu corporis monſtrare quid ſentias, conſtat autẽ à pecudi
bus ad homines eſſe translatum, geſtire proprie eſt ſenſum corporis ge
ſtu indicare, quod magis brutorũ eſt animaliũ. Virg. Et ſtudio in. u. g. l.
Et quid. l. ſ. propter quid. Vnde. e. proprie dixit emergam. ut ex luſtris
atq; inhoneſtis locis, utpote meretricis domo. Cicero. At ne tum quidẽ
emerſiſti lutulente quæſo ex naturæ tuæ ſordibus. Veſtitũ hunc nactus.
bene nactus dixit, ut qui non ſumeret niſi ſuaſiſſet hæc occaſio. Adibo.
atq; ab eo gratiam. ordo eſt. adibo ac ab eo gratiã hanc inibo. gratiam
inire, eſt dare beneficiũ, ac per alicuius rei gratiã. i. amicitiã mereri. ſed
hæc eſt allocutio, gratiam ab eo inibo, pro eius gratiã merebor, nam
adeo amat Terentius ab eo pro eius ponere, ut in Andria. Primũ anim
aduertenda ab eo iniuria eſt. i. eius iniuria. Inire autem gratiã, eſt mere
ri gratiam. Plau. Iniet tamen ſolidam & grãdem gratiam. Quid eſt qđ
ſic geſtis, aut quid ſibi hic ueſtitus quærit? Facete repetit uerba eius in⸗
terrogationis, ut ſciat ſe iampridem eſſe præſentẽ. Quid ſibi hic ueſtitus
quærit, facete & figurate dictum eſt, ſic & alibi. Vt pnoſcatis quid ſibi
Eunuchus uelit. Quidem quod. l. ſ. uide aliud eſſe geſtire, aliud lętũ eſſe.
Quid tibi uis? * Quid mihi uelim. Satin ſanus es? * *
Sanus ſum an ueſanus. Quid me aſpectas? quid taces? his
duabus interrogatiũculis deſcripſit uultũ dicturi. O feſtus dies homi⸗

nis amice ſalue. decet à ſalutatione incipere luculente dicturũ, illud autẽ ueriſimile eſt & pcuſſum re noua, & audiendi cupidũ immemorẽ extitiſſe ſalutãdi. O fe. dies, utrũ qui cauſſa eſt feſti ac læti diei, an quia ipſe tantus ſit, quãtus eſt feſtus dies. O fe. d. pro homo feſti diei. ſic dicitẽ etiã ſcelus homo. Ennius. O pietas. Amice ſalue, nemo eſt omniũ quem ego nunc magis, bene additũ, ut magis his amicis ſe antepoſitũ intelligat, quos cũ optet uidere Chærea tamẽ eum magis, adeo ut alijs amicis antepoſitum neminẽ cupit. Immo. h. o. bonũ compendiũ ne multa diceret ad commẽdandam, ut ſolet, narrationẽ futuram. Immo. h. o. ut bene cõtulit uerba. ut ex his appareat quid agere uelit, ille dixit quæſo, hic obſecro. Noſti hãc.. q. a. ſ. quærit an ueriſimile ſit Antiphoni notã eſſe Thaidem, quã frater ipſe neſciuerit, ſed intelligere debemus modo notitiam nõ uultus, ſed famæ poſitã eſſe, quã famam potuit ex Phædria Antiphõ ſcire, at uero aliam notitiam negauerat Chærea ſibi fuiſſe cum Thaide, hoc eſt uiſus, uultus, oris, & corporis. Noui. n. o. thai. ueriſimile eſt hæc ſcire Antiphonẽ, qui adeo ſit familiaris Chæreæ, & eſt ordo hic. Noui nempe opinor Thaidem, opinor Thaidem optime & ab illo tacitũ, & ab hoc nomen oblatum eſt, ut appareat quã nouerit, & quã poſſit aſſequi quæ dicentur. Quid eius tibi. f. p. a. l. prædicamus ut res ſunt, laudamus extollimus, uel prædicamus uoce, laudamus argumentis. Quàm elegãs. f. ſ. ſ. elegans eſt concertantis & faſtidioſi iudicij, nõ quid placet facile. Quid ego eius tibi, ordo hic eſſe debet, qd ego eius tibi. n. f. p. aut laudem Antipho, cum meipſum noris quã elegans formarũ ſpectator ſiem, ut ſit ſenſus in hac cõmotus. ut ille qui ſolet & ſcit formas eligere ac faſtidire pro merito. Spectator probator, ut pecuniæ ſpectatores dicuntur. In hanc cõmotus ſum, non conſequens eſſet ſi diceretur in hanc commotum me ſcias, erit ergo ordo & ſenſus quã ſupra. Primã dices ſcio fiduciam elegãtiæ, & de alienis oculis iudicare. Quid multa uerba. amare cœpi. ordine egit. nam prius eſt cõmoueri, inde amare, & bene non ante dicit quid aggreſſus fuerit, niſi amoris mẽtione prælata, quo cogente nihil eſt infectum cupientibus. Submonuit me Parmeno, leniter monuit, & recte. quia arripui dicturus eſt, totum optime, nam ut nõ erat boni adoleſcẽtis hanc technam reperire, ſic ab illo quæ repta fuit, plane ueri amatoris arripere. Tacitus ſis, citius audies. in oratione ſolemus corripere extra ordinẽ percontantẽ, & bene celeritatẽ pmiſit, qua facile tenetur auditor, & mire tanquã ſola interrogatio morę ſit. Et pro illo iubeam illuc deducier, iubeam me dixit tanquã inter honeſta ſit qđ uile ſit, & turpe factum plerũq; perſeuerante impudentia releuat. Quid ex ea re tandem caperes cõmodi: tranſit à rephenſione facti ad cauſſam ipſius facti. Num parua cauſſa, aut parua ratio eſt? ſic illata interrogatio eſt, quaſi ad hanc annuere & uultu conſentire Antipho ſit coactus. Læta uero ad ſe deducit domũ, omia mire, quod læta, quod deducit domum quod cõmendat uirginẽ. Specta ſingularẽ & miram uirtutẽ poetæ,

tæ, hic enim cõmendandus eſt locus erroris initiũ continẽs apud Thaidem conuitiũ. Tibi ne, non interrogat, ſed miratur. Satis tuto tamen, utrum hoc, etſi meretrix tamen ſatis tuto agit, an & ſi Chærea ſatis tuto tamen, quia nullus accedat alius. Edicit. edicimus iubemus uel iure dicimus. Edicta enim imperatoris ſunt. Et mihi ne abſcedã imperat, certe nullus uir accedit. Maneam ſolus remaneã, pſeueremq; in loco, ac p hoc ſum miſer, utpote dono datus, & ſeruientes meretrici, & eſt ironia. Ego inquit ad. c. hinc eo ad impudentiã mulieris exprimẽdam, quæ hoc die erit ſecura de cuſtode Eunucho. Abducit ſecũ ancillas. memoriter, nam dixerat abiens uos me ſequimini. Paucæ quæ circum illam eſſent, relictæ nõnullæ ut laudari poſſit ea uirgo, quæ ſub uitij huius occaſiõe nuptura eſt. hoc enim totũ ſic inducit poeta ut nõ abhorreat à legitimis nuptijs, in ea præſertim quæ uxor futura eſt. Manent pro remanent. Nouitiæ puellæ, eclypſis nouitiæ, & puellæ. Continuo hæc adornant. u. hæc pluraliter pro hæ, ut in Phormione. Hæc illæ erant itiones. adornãt autem ex medio ſignificatu p apparãt. Dũ apparatur impſonaliter dixit, & dum apparantur pro dum apparetur, & ſedet pro ſedebat. Virgo in conclaui ſedet. cõclaue eſt ſeparatior locus in interioribus tectis, uel qđ intra eum loca multa & cubicula clauſa ſint adhærẽtia triclinio. Suſpectans quandam tabulam pictam, bene accedit repente pictura ad ornamenta aggrediendæ uirginis, ideo quia nõ ad hoc uenerat Chærea, ut continuo uitiaret puellam, ſed ut uideret, audiret, eſſetq; unà, cum nihil amplius cogitaret, auſus incitatusq; dum picturã cerneret. Iouem quo pacto. mira inuentio, quia hæc pictura domui tribuitur. meretricis aduerſus omniũ pudicitiam amorum, contra parſimoniã, contra dignitatem, contra pudicitiã eſt. Iuppiter. q. p. m. a. bene aiunt, quia fabula eſt, quia tã turpis Ioui, quã apta meretrici. Quo. p. d. & c. quæ aptior pictura domui meretricis ad amatorũ illecebras quã hæc? quæ exemplũ continet amoris, & amoris puellæ, & amoris ad Iouem ptinentis, & amoris gratuiti, nec paruo præpoſiti, ſed auro in gremiũ fluẽte uenalis, tũq; in gremiũ Danaæ ſe Iuppiter ut ſplendidus imber illabitur, nonne uidet in meretrice ducente adoleſcentulos illã corporis partem auctore Ioue uelut inauratã fuiſſe, imbrem aureũ non rorem, uel pluuiã, ſed imbrẽ addidit ad auaritiã meretricis. Egomet quoq; ſpectare cœpi, moris eſt ad id oculos uertere quod uidemus, & eum quẽ aſpicimus intueri. Iam olim ille ludum. bene non ſcelus ſed ludum dixit. Impẽdio. i. magis magisq; luſerat. Et iam olim ille ludum, ut Hunc oro ſine me fu. an. fu. figura archaiſmos. Deum ſe in hominẽ conuertiſſe. philoſophice nunc Terẽtius demonſtrauit quã cladem moribus hominũ & ciuitatibus afferant figmenta poetarũ cum exempla ſcelerum afferant. Atq; in alienas tegulas, hic apparet Iouem ſeparatim auri fuiſſe picturã. Deum ſe in hominem cõuertiſſe. utrum quia Iuppiter humana forma aurũ infundens pictus erat in tabulis, an pro Ioue aurũ, an in hominẽ, id eſt in hominis au-

daciam,

daciam, atq; flagitia. Atq; in alienas tegulas, ſatis comico charactere locutus eſt, & preſſo ſtilo. Veniſſe clanculū per. i. hæc cōmia, non ut difficilia factu, ſed humilia & Ioue digna pferunt, ut merito ſequatur. Ego homuncio. h. n. f. quod nō ſolum Ioui, ſed ne homini quidē niſi furi aptum erat. Fucum factum. ideſt ut fucum faceret, hoc eſt inſidias & fraudem. fucum, aſtutam fraudem, & mulieri pro fœminæ. Qui templa cœli ſumma ſonitu concutit, ab auctoritate pſonæ, ut fit in exemplis. Sonitu concutit. παρῳδία de Ennio. Tēpla cœli, ſententia tragica, ſed de induſtria non errore. Ego homuncio. &c. Oratorie ut Iouem extulit, ita detraxit ſibi, utputa ille eſt deus & magnus, ego nō homo ſed homūcio. Dum. h. m. &c. ſeruauit ordinē nuptiaꝝ, & proprio uerbo quaſi de nupta dixit accerſitur, ut alibi. Quā mox uirginē accerſo, nunc ipſe illam eſt habiturus uxorem. Dum. h. m. &c. hic oſtendit nō ſibi primū hæc nunc in mētem ueniſſe, ſed tunc etiā cogitata fore cum eſſet in domo meretricis.

* It, lauit, rediit. * quia his ſeparatim utimur. Deinde eā in l. c. uide an aliquid deeſt ita legitimis nuptijs, nam & ipſum uerbum collocarunt proprium eſt, & aſcribitur pronubis. Sto ex. ſi. m. in. energia, non enim dixit ſtabā. Sto expe. deſiderans, & mire omne tēpus executus eſt ſalua ueritate in qua Virg. negligens inuenitur, cū poſt occiſum Mezentium non facta noctis mentione ſtatim intulit. Occeanum interea ſurgens aurora reliquit. Cape hoc flabellum, uētulum, præclare nō

* ſenſum, ſed uerba ipſa per * induxit, per quā puellaris error exprimitur. Ventulū huic ſic facito. d. l. demonſtratiuū & geſtu explicandum. Cape hoc fla. quā particulatim, cū qua diligētia iubet quaſi nouitio & imperito. Vbi nos. l. ſi. u. l. uide uſum uerbi tam cito uariatū dum lauamur, & ubi nos lauerimus. Accipio triſtis. i. triſti ſimilis, ut nāq; ut conſpectu in medio turbatus. Sic uoles. l. quaſi ſatisfaciētis eſt, cum ſolum illum relinquat cum uirgine. Accipio. t. bene triſtis tanquā aliud magis uellet, hoc eſt lauare, aut ludere. Metuit em̄ ne quod cupit prodatur gaudio. Tum iſtuc os. t. im. u. u. licet iocanti & amico conuitium iocunde facere. Qui eſſet ſta. ſtatura corpori aſcribitur, ſtatus ad habitum refertur, ergo ſtatus eſt ſcenici, ſtatura longitudo corporis. Flabellū. t. t. a. t. quia hoc miniſteriū delicatorum ſeruorum eſt. Oēs pro. ſe. uerbo neutrali, quaſi actiuo uſus eſt. Domini ubi ab. ubi & temporis & loci poteſt eſſe. Interea. ſ. u. o. utpote cōpreſſam ſomno, & oblectatam flabello, atq; ab Eunucho nihil metuentē. Ego. l. aſ. limis nominatiuus ſingularis eſt, tranſuerſus ſignificat, ſi ſeptimus pluralis deeſt oculis. Nam limis eſt tranſuerſus, unde limē dicitur quoq; quod ingredientibus exeuntibusq; trāſuerſum eſt. Cum igitur diſſimulātur homines ſe uidere quod uident, & non recta facie, ſed tranſuerta intuentur limes dicunt aſpicere. Sic. p. fla. c. ſic eſt neceſſario additum, nam & limis & per flabellum ſine demonſtratione parū intelligitur. Limis aſpecto.

tum limi dicunt obliqui generaliter, & hoc tamē proprie de oculis dicitur. Peſſulum oſtio obdo. ſ. ut admoueret, arceretq́; auxilium uirginis. Quid. t. ſ. quid em̄ præter uitiū ſupeſt, ubi amator eſt adoleſcens. & uirgo dormiens, & in clauſo guttere explicata narratio eſt, quā audientis curioſitas finit, & cuius in extrema parte maior attētio eſt. Fateor me fatuum, qui hoc quæſierim ſubauditur. An. e. o. uide quanta dixerit, non uoluntatem, ſed occaſionē. non animaduerſam, ſed oſtentatā, non hāc, ſed tantam, non anguſtam, ſed breuē, non appetitam, ſed exoptatā, non repentinam, ſed inſperatā, aliud enim ſibi ꝓmiſerat, ut ſupra diximus, nō quod pictura occaſioq́; ꝑſuaſit. Tum pol ego is eſſem, Eunuchus. ſ. Sane hercle ut dicis. deeſt ita eſt. Sed interim de ſymbolis quid actum? bene memor eſt perſonæ quā induxit poeta per hanc interrogationem. Sed interim de ſymbolis. * Frugi es. utilis & neceſſarius, ut fruges ſunt humano generi. frugi eſt ergo in quo eſt aliquid quo fruamur, ideſt utamur. Diſcum. nomen eſt propriū. Sed ocius pro. dixit pro ambulemus. Muta ueſtem. h. * ad id qđ in domū Thaidis rediturus eſt Chremes. Vbi mutem? perij. uultu oſtendit quod ſubauditur neſcio. Nā domo exulo. deeſt prope, aut ueluti, ut ſit prope iam exulo. Exulo duobus modis dicit̃, & de loco in quo exul eſt, & de loco de quo deiectus eſt. Metuo frater. n. i. ſ. cauſſas oſtendit cur domo penitus ueluti exulet. Pater ne rure redierit. præparatur iam interuentus ſenis, & eſt zeuma ad ſuperiora. nam & hic metuo eſt ſubaudiendum. Ibi proximū eſt ubi mutes, hoc eſt domus mea. Recte dicis ea, ipſa uerba quodāmodo feſtinationem ſonāt. Quo pacto porro poſſim. poſtea deinceps.

ACTVS QVARTI SCENA PRIMA.

Eiuſdem rationis.

DORIAS.

ITa me dij bene ament, quantum ego il-
lum uidi, non nihil timeo miſera,
Ne quam ille hodie inſanus turbam fa-
ciat, aut uim Thaidi:
Nam poſtquam iſte aduenit Chremes

adoleſcens frater uirginis,
Militem rogat, ut illum admitti iubeat, ille continuo iraſci
Neq; negare audere. Thais porrò inſtare, ut hoīem inuitet.
Id faciebat retinendi illius cauſſa, quia illa quæ cupiebat
De ſorore eius indicare, ad eam rem tempus non erat.
Inuitat triſtis: manſit ibi, illa cum illo ſermonem ilico,
Miles uero ſibi putare adductum ante oculos æmulum,
Voluit facere cōtra huic ægre: heus, inquit, puer Pamphilā
Adcerſe, ut delectet hic nos. Illa exclamat minime gentiū.
In conuiuium illam? miles tendere inde ad iurgium.
Interea aurum ſibi clàm mulier demit, dat mihi ut auferam
Hoc eſt ſigni, ubi primum poterit, ſe illic ſubducet ſcio.

ITa me dīj bene ament. q. e. i. Ea perſona quæſita eſt quæ terribilem credat militē, eo magis in experiendo uanus ac ridiculus eſſe poſſit. Ita me. d. a. hoc loco quid poſt ſcœnā geſtum ſit, hoc eſt in conuiuio militis, ancilla demonſtrat, ut quæ iam in proſcenio gerunt ex his poſſumus agnoſcere. Nequā. i. h. illum & ille ſanus ſic affertur, ut omnibus inſuauis miles eſſe noſcatur. Nam poſtquā. i. a. admonet quis. ſ. ſit. Chremes. Militē. r. & hoc quaſi de odioſo milite dixit nō Thraſone. Continuo. i. ut riuali. Neq;. n. au. ut amicæ poſcenti. Inſtare ut. h. in. uide impudentiam meretricis, primū petit ut iubeat eum admitti, poſtea ut inuitet quod eſt maius, id faciebat retinendi illius cauſſa, admonet ſpectatorem ne exiſtimet alteri riuali iniuriā fieri Phæ. & ſimul eſt hic relictus locus uirginis agnoſcendæ. Inuitat. t. manſit ibi cum illa adoleſcens. ſ. & manſit pro remoratus eſt. i. recubuit, nec receſſit māſit ſignificat. Simile eſt manſit paſſus eſt. Sic Chr. manſit immoratus cōuiua neceſſitate diſceſſit accipiendus eſt. Triſtis, inuitus nō libenter, ut contra Virg. Vobis lætus &c. & accipio triſtis eodem modo. Sermonē. o. ſermonem colloquiū dicit. Miles uero. &c. plus dixit adductū, quā admiſſum, &

ſimul

ſimul quia uidebat furibūdum Chremē, totum crimē reuocat ad Thai
dem. & hæc eſt cauſſa ut cur à milite in eius domo nullā rixam patitur
Chremes: Voluit.f.c.h.æ.huic Thaidi nō adducto. Heus inquit.p.hic
oſtendit qđ ſupra apparatū eſt. Accerſe.p.non ꝓuoca, ſed accerſe, quia
non actum militi. Vt del,h.nos.q.d.quod hæc nō facit, ſed delectare fi-
dicinæ eſt, quia ſupra de illa dixerat. Et fidibus ſcire, & bene hic, quaſi
inſuauiter nunc tractemur. Illa ex.non reſpōdit inquit, ſed exclamat.
Minime.g.hoc magis mirū minime gentiū, quā nuſquā gentium. In cō.
illam * Vt cantādo tu illū. Illam, deeſt accerſes, & eſt figu
ra. * Miles ten. proprie dixit tendere, quod ſignificat ꝑtina- *
cem contentionē, ut uaſto certamine tēdunt. Inde ad.iu.ſubaudit uentū
eſt. Interea.a.&c. ne aurum ꝓ uirgine quod retinebat amitteret, uel au-
rum demit ut eſſet ad fugam expeditior, uel ad rixam, & opportune mu
lierē dixit, non Thaidem, ut oſtēderet malitiā ſexus, hoc eſt ſigni. Vbi
p.p. * ad quā rem ſigni. Vtrū hoc ſigni quāobrem metuā, *
ne quā ille * hodie inſanus turbā faciat, aut uim Thaidi, aut
hoc eſt ſignū, unde ſcio ubi primū poterit. Se illinc ſub. erit igitur ſubau
diendum ſic, unde & qđ, ut ſit unde ſit ſcio quod ubi primū poterit.

ACTVS QVAR TI SCENA SECVNDA.

Senarij.

PHAEDRIA.

DVm rus eo, cœpi egomet mecum inter uias,
Ita ut fit ubi quid in animo eſt moleſtiæ,
Aliam rem ex alia cogitare, & ea oīa in
Peiorem partem, quid opus'ſt uerbis?
dum hæc reputo,
Præterij imprudens uillam, longe iam abieram,
Cum ſenſi, redeo rurſum, male uero me habens,

Vbi ad ipſum ueni diuerticulum, conſtiti?
Occœpi mecum cogitare, hem biduum hic
Manendum'ſt ſoli ſine illa? quid tum poſtea?
Nihil eſt, quid nihil, ſi non tangendi copia'ſt?
Eho ne uidendi quidem erit? ſi illud non licet,
Saltem hoc licebit: certe extrema linea
Amare, haud nihil eſt, uillam prætereo ſciens.
Sed quid hoc eſt, quod timida ſubito egreditur Pythias?

DVm rus eo cœpi egomet. Hic nunc cauſſa narratur, cur ſtatim in urbem redeat Phædria, qui diſceſſerat abſuturus biduũ, ad tollendum iurgiũ militis, ſed importune redit. Dum rus &c. iam tempus eſt reuocãdi in ſcenã Phædriã, poſtquã acta ſunt om̃ia quæ illius abſentiã deſiderabant. Cœpi ego. m. ordo. cœpi aliã rem ex alia recogitare. Inter uias. figurate & noue inter uias. Et ea omnia. &c. utrũ ſubaudiat cogitare, aut ibãt, aut urgebant, aut quid tale. Dum. h. p. i. exiſtimo, ut Virg. Multa putãs fortemq; animo miſeratus iniquã, & eſt ἀφαίρεσις pro reputo, putamus enim inſtãtia, reputamus p̃terita. Vbi ad ip. u. d. Diuerticulum eſt ubi iter de uia flectitur, & proprie diuerticula dicuntur in uia domicilia ad quæ de itinere diuertendum ſit. Conſtiti, plus eſt nunc ſcientem ſtetiſſe, quã præterijſſe neſcientẽ. Hem biduũ hic manendum eſt. hem interiectio laborantis animi. Biduũ, hic pronũcia, ut longum nimiumq; tempus. Tum deinde hic, tanquã in loco ſolo atq; triſti. Solo ſine illa, aut ſine alio oblectamento, ſine illa ſatis amãter, ſine illa. iam cauſſa eſt cur biduũ grauetur. Loco tri. cur ſolatiũ conquirendum. Sunt autẽ qui idem putent ſoli eſſe ſine illa, ut ſine illa ἐξήγησις eius ſit, & ob hoc dicit ſoli. Nihil eſt. q. n. ſi nõ. amantiũ diſputationes intermiſcent quædam conſilia ſane mentis, quæ tamẽ ſtatim reſurgentis amoris ſæuitia deuincũtur. Eho ne. &c. eho ridicule additũ tanquã omnino non ſecum loquatur, ſed cum altero. Saltẽ. h. l. bene his dictum licebit, licet quaſi de re magna loquatur, totũ ergo amatorie. Certe extr. linea, & hoc certe, quia quinq; lineæ p̃fectæ ſunt ad amorẽ. prima uiſus, ſecũda loqui, tertia tactus, quarta oſculi, quinta coitus. an ſic dixit extrema

linea

linea quẽadmodum dicatur lõgis lineis quid fieri.i.de lõginquo. Amare ha.n.eſt amare modo frui, ideſt amore. dicit Plau. in bacchidibus. prius adde per quẽ te amare deſinã, & ſine te amem. Villam p̃. ſciens, quidem ſed nõ minus amator quã prius. Sed quid.h.quod.ſ.t.e.p.ex huius uerbis perſona in ſcenã ueniens & locutura deſcribitur & timida. Timida modo ægra, turbata cõmota. Plau. Manũ ex mari timide, ſed hic ipſe uxorem inquit Philomenã pauitare, neſcio qui dixerũt timere. timidi, aliud naturale, aliud euẽtus eſt, ut addit ſe ſociã, tim.ſup. Aegle.

ACTVS QVARTI SCENA TERTIA.

Quadrati, ſenarij, & dimeter unus.

PYTHIAS. DORIAS ANCILLAE. PHAEDRIA.

VBi ego illum ſceleroſum miſera atq; impium inueniam? aut ubi quæram?
Hoccine tam audax facinus facere eſſe auſum?
Ph. Perij, hoc quid ſit uereor.
Py. Quinetiã inſuper, ſcelus, poſtquã ludificatu'ſt uirginẽ
Veſtem omnẽ miſere diſcidit: tum ipſam capillo conſcidit.
Ph. Hem. Py. qui nunc ſi detur mihi
Vt ego unguibus facile illi in oculos, inuolem ueneſico?
Ph. Neſcio quid profecto abſente nobis turbatum'ſt domi
Adibo, quid iſtuc? quid feſtinas, aut quem quæris Pythias?
Py. Hem Phædria, egon' quem quæram? abi hinc quo dignus es cum donis

Supra ipſe Cherea narrauit ſuũ factum, hic in perſonas ſpargitur, & idem factũ narratur, diſſimili figura orationis. Hic uideas quanta ſit poetæ copia.

Tuis tam lepidis. Ph. quid iſtuc eſt rei?

Py. Rogas me? Eunuchum quem dediſti nobis quas turbas dedit?

Virginem, quam heræ dederat dono miles, uitiauit. Ph. quid ais?

Py. Perij. Ph. temulenta es. Py. utinam ſic ſint, qui mihi maleuolunt.

D. Heu obſecro mea Pythias, quid iſtuc nã monſtrũ fuit?

Ph. Inſanis. qui iſtuc facere Eunuchus potuit? Py. ego illum neſcio,

Qui fuerit, hoc quod fecit, res ipſa indicat:

Virgo ipſa lachrumat, neq; cũ rogites quid ſit, audet dicere

Ille aũt bonus uir nuſquã apparet: etiã hoc miſera ſuſpicor,

Aliquid domo abeuntẽ abſtuliſſe. Ph. nequeo mirari ſatis

Quò ille abire ignauus poſſit longius, niſi ſi domum

Forte ad nos redierit. Py. uiſe amâbo num ibi ſit. Ph. iam faxo ſcies.

D. Peri, obſecro tam infandum facinus mea tu, ne audiui quidem.

Py. At pol ego amatores audieram eſſe mulierum eos maximos,

Sed nihil poſſe: uerum miſeræ non in mentem uenerat,

Nam illum aliquò concluſſem, neq; illi cõmiſiſſem uirginẽ

Vbi ego

VBi ego illum.ſ.m.a.im.in. In hac ſcena operæpre
cium eſt delectationis ſpectatoribus ex quærela
ancillæ Thaidis atq; errore Phæ. Vbi ego illum,
hoc initio oſtenditur tanquã proſequentẽ fugien
tem, ꝓgreſſam eſſe perſonã. Scelerosum miſera,
ſceleroſus eſt multorũ, ſceleſtus uel unius, Scele
roſus ꝓprie auctor eſt ſceleris. Sceleratus in quo
ſcelus ſit conſtitutum uel cõmiſſum. Sceleroſum
accuſatio perſonæ. Sceleroſum atq; impium, ſce
leroſum in Thaidem, impium in uirginem. Au-
dax fa.f.eſſe.a.facinus facere, figura Archaiſmos. Hoc quid ſit uereor, ꝓ
duobus unum dixit.ſ.uereor pro & neſcio, & uereor. Quinetiã inſuper
accuſatio facti. Scelus. αὔξησις. plus em̃ eſt ſcelus quã ſceleſtus. ut Luci.
Carcer uix carcere dignus. Poſtquã.l.eſt.u.argumentũ ab ĳs quæ ſunt
poſt negociũ geſta, & mire poſtquã ludificatus eſt, & cõſcidit dixit, cũ
ille uidelicet dũ uirgo reluctat̃ hoc facere, & mire expreſſit uitium illatũ
uirgini ab eo quidem qui uitiare iam poſſet, ſed tamẽ eiuſmodi ab ado
leſcentulo, cuius propter teneras adhuc uires ad explẽdum uenerẽ lon-
giore noxa aduerſus uirginẽ utendum fuit. Nam ideo præter occaſionẽ
familiæ diſcedentis, tempus, locus &c. attributa negocio, etiam ſomno
uirginem opprimẽs adiuuat Chæream, & mire ludificatus potius quã
cõplexus eſt, aut tale aliquid, quod amorẽ indicaret. Veſtem oẽm &c.
adeo ut non amore fecerit, ſed iniuria, & uide ut ex hoc apparet multũ
uirginẽ reluctatam eſſe. Tum ipſam.c.c. multo melius quã ſi diceret, ca
pillum illi conſcidit. Vt ego unguibus facile illi in oculos inuolẽ. Nonne
credis Pythiam id cõminari, quod à uirgine minus factum ſit, qđ quia
puella nõ potuit. Vnguibus, quibus armatur hic ſexus. In oculos, quaſi
amatori. Venefico, mutãti homines, & ex uirginibus mulieres facienti,
an uenefico amatori, quia amor uenenũ occultum eſt, ut Occultũ inſpi-
res ignem fallaxq; ueneno, & longũ bibebat amorẽ. Neſcio quid. &c.
aut ſubdiſtinguendum eſt, & ſubaudiendũ me, aut Aarchaiſmos figu
ra eſt abſente nobis, pro nobis abſentibus. Pompo. ſine ergo iſtuc præ-
ſente amicis inter cœnã. Varro in Marcellũ. Id pręſente legatis om̃ibus
exercitu ꝓnunciat. Abſente no. cum ſic dicit præpoſitionẽ ponit abſen-
te, ac ſi diceret corã amicis. Quid.f.ꝓperas, turbaris & trepidas. Saluſt.
Properantibus uel feſtinantibus in ſumma inopia.p. Ego.q.q.deeſt ro
gas Eunuchum.q.d.n.q.t.de. aut ἀντίπτωσις eſt, caſus ꝓ caſu, ut ur-
bem quã ſtatuo ueſtra eſt, aut quẽ cum interrogatione ꝓnunciandum,
ut ſit qualem. Quidam uolunt quẽ diſtinguere.q.d.qualem, ſed neſciũt
hac figura multũ ueteres uſos eſſe, Eunuchum em̃ quem ad dediſti uer-
bum retulit, nunc ergo addidit ꝓpter aliud *
aſſumendum extrinſecus is Eunuchus, nam quotiens uno nomine aut
prono-

ꝓnomine diuerſæ declinationis enũciationes cõphenduntur,neceſſe eſt quod alteri accõmodatũ fuerit ab altero diſcrepare, ut quę dediſti, quas turbas dedit,& quem & quas.ſ.accipe,quaſi dixerit,qualem Eunuchum,& quales turbas. Quid ais,hoc admirantis eſt magis quã interrogãtis.Temulenta es,ebria à temeto,quo nomine antiqui graue uinum appellabant,eo quod tentaret mentẽ.i.labefactaret. Virg. Tenuiſq; lageos, Tentatura pedes olim uincturaq; linguam. Vtinã ſic ſient qui.m.m.u.bene ſe non ebriã eſſe in maledictum uerbũ ꝓbat,quaſi uero temulenta eſſe infœlicitatis ſit ꝓcul dubio, quia nõ negat ſe eſſe ebriam,ſed nõ uino, uerum malo ebriam uult intelligi. Ahu obſ.m.p.mea, & mea tu, & amâbo & alia huiuſcemodi mulieribus apta ſunt blandimenta. Quid iſtuc nam mõſtri fuit? quippe mõſtrum eſt omne contra naturam,ſi igitur Eunuchus eſt,& uitiauit uirginẽ, contra rerum naturam factum eſt,& recte monſtrũ eſt,& ordo eſt. Quid nam.i.m.f.quid iſtuc.f.p.e.iſtuc facere honeſtius apud puellã. quã ſi uitiare dixiſſet, & poteſt uideri aliquid nutu ſignificare. Ego neſcio illũ qui ſiet,hoc quod fecit * , bene uitiauit Eunuchi nomen ut uitiaſſe uirginẽ obtinere poſſit. Virgo ipſa lachrymat, nunc oſtendit quid fecerit, & oſtendit argumentis.Neq; cum rogitas &c.quid ſi uerberata eſſet,nõ puderet quæri,hæc autem iniuria apud uirginẽ non habet nomẽ. Bonus uir. ironicos.non eñ Eunuchus dixit.Iam nunſquã apparet.neſcias utrũ fuga eius quæratur,an culpa conſtat hæc argumenta eſſe, quod ipſe uirginem uitiauerit. Bonus uir.bene uir,quia hoc illum eſſe cõtendit. Etiam miſera hoc.ſ.bene,& quia ſuſpicatur uirginẽ uitiatam. Nequeo mirari. ſ.bene hic omnes ſuſpitiones ad Eunuchum quem nouit reuocat, neſcit Chæream ſiquidem hunc eſſe,& mira locutio, pro eo quod eſt neſcio. Nequeo mirari ſatis quo ille abire ignauus poſſit longius. Viſe amâbo ſi domi ſubaudiendum eſt, aut num ſit quod dicis. Sed.n.p.ut uoluntas rei ſit & non facti. Verum.m.n.&c.non nihil poſſe eos, ſed amatores eſſe maximos,ad partem eñ ſententiæ ꝑtinet quod dicit nõ in mentem uenerat,non ad totum quod audiuiſſe ſe dudum etiam,niſi penitus negatiue cõſideraueris cõtrouerſia inerit,ſi eñ nihil poſſe audieras, quid eſt quod in mentem nõ uenerit ut uitares? Vtrum igitur amatores.m.e. m.a.quod ipſum uitandum fuit.Neq; enim hoc ſatis eſt ad pudicitiã ſtuprum uitaſſe,cum impudica fieri uel ſolo oſculo poſſit,quã omnino integram & illibatam uelis,an uerũ non erit coniunctio ſed nomen, ut illud quaſi falſum audierit,hoc autẽ quod uerum inuentũ eſt, non ipſa ſuſpicata ſit,nam in mentem uenire nõ reminiſci tantum, ſed etiam cogitare ſignificat.Sic Cic.In mentem.t.n.&c.non cogitas,non ſuſpicaris. Verum.m.ſi uerũ pro coniunctione accipimus,ſubaudiẽdum erit amatores mulierum eos eſſe maximos.In mentẽ enim uenit, nõ quod audieram,ſed quod hic fecit,an non aliud in mentem uenerat, non ſcilicet facturum fuiſſe quod fecit,non in mentẽ uenerat, aut non erat cogitatum,

aut

aut ab ea recordatum. Nam illum. a. c. mire cōcluſiſſem dixit, ut ſæuam feram. ſic alibi. Concluſam hic habet uxorē ſæuam. Necꝫ illi. c. u. ſi uel amatorem tantum meminiſſem.

ACTVS QVARTI SCENA QVARTA.

Senarij, ſeptenarij, & Octonarij.

PHAEDRIA. DORVS. PYTHIAS. DORIS.

EXi foras ſceleſte, at etiam reſtitas?
Fugitiue prodi, male conciliate. Do. ob ſecro. Ph. oh
Illud uide os ut ſibi diſtorſit carnufex.
Quid huc reditio'ſt? quid ueſtis mutatio'ſt?
Quid narras? paululū ſi ceſſaſſem Pythias,
Domi non offendiſſem, ita iam ornabat fugam.
Py. Habeśne hominem amabo? Ph. quid ni habeam. Py. ō factum bene.
Do. Iſtuc pol uero bene. Py. ubi eſt? Ph. rogitas? nō uides?
Py. Videam obſecro quem? Ph. hunc ſcilicet. Py. quis hic eſt homo?
Ph. Qui ad uos deductus hodie'ſt. Py. hunc oculis ſuis
Noſtrarum nunquam quiſquam uidit Phædria.
Ph. Non uidit? Py. an tu hunc credidiſti eſſe obſecro

Plautinū eſt in Pen. Vt narratio & longior fiat, & magis ridicula, pergit in perſonas ſpargere.

Ridiculus error.

Ad nos deductum? Ph. nanq; alium habui nemine. Py. hau
Ne comparandus hic quidem ad illum'ſt. ille erat
Honeſta facie, & liberali. Ph. ita uiſus eſt
Dudum, quia uaria ueſte exornatus fuit,
Nunc eo tibi uidetur fœdus, quia illam non habet.
Py. Tace obſecro, quaſi uero paulum inter ſiet.
Ad nos deductus hodie eſt adoleſcentulus,
Quem tu uero uidere uelles Phædria.
Hic eſt uetus, uietus, ueternoſus, ſenex,
Colore muſtellino. Ph. hem quæ hæc eſt fabula?
Eo redigis me, ut quid egerim egomet neſciam.
Eho tu num' ego te? Do. emiſti. Py. iube mihi denuo
Reſpondeat. Ph. roga. Py. ueniſtin' hodie ad nos? negat.
At ille alter uenit annos natus ſedecim,
Quē ſecū adduxit Parmeno. Ph. age dum hoc mihi expedi
Primum, iſtam, quam habes, unde habes ueſtem? taces?
Monſtrum hominis, non dicturus? Do. uenit Chærea.
Ph. Fraterne? Do. ita. Ph. quando? Do. hodie. Ph. quàm dudum? Do. modo.
Ph. Qui cum? Do. cum Parmenone. Ph. noras ne eū prius?
Do. Non. Ph. unde igitur fratrem meum eſſe ſciebas? Do. Parmeno
Dicebat eum eſſe, is dedit hanc ueſtem mihi. Ph. occidi.

Do. Meam ipſe induit, poſt unà ambo abierunt foras:
Py. Iam ſatis credis me ſobriam eſſe, & nihil mentitam?
Iam ſatis certum'ſt uirginē uitiatā eſſe? Ph. age nunc belua
Credis huic quod dicat? Py. q̄d iſti credam? res ipſa indicat
Ph. Concede iſtuc paululū, audin'? etiā nunc paululū, ſat eſt
Dic dum hoc rurſum, Chærean' tuā ueſtem detraxit tibi?
Do. Factum. Ph. & ea'ſt indutus? Do. factum. Ph. & pro te huc deductu'ſt? Do. ita.
Ph. Iuppiter magne, ò ſceleſtum, atq; audacem hominem. Py. uæ mihi.
Etiam nunc non credis indignis nos eſſe irriſas modis?
Ph. Mirum ni tu credas quod iſte dicat, quid agam neſcio;
Heus tu, negato rurſum, poſſum ne hodie ex te exculpere
Verum? uidiſtin fratrem Chæream? Do. non. Ph. non poteſt ſine
Malo fateri uideo, ſequere hac, modo ait, modo negat.
Ora me. D. obſecro te uero Phędria. Ph. i intrò. D. hoi, hei
Ph. Alio pacto honeſte quo modo hinc abeam neſcio,
Actum'ſt ſiquidem, tu me hic etiam nebulo ludificabere?
Py. Parmenonis tam ſcio eſſe hanc technā, quàm me uiuere
Do. Sic eſt. Py. inueniam hodie parē ubi pol referam gr̄am
Sed nūc quid faciendum cenſes Dorias? Do. de iſtac rogas
Virgine? Py. ita, utrum taceamńe an prædicem? Do. tu

pol ſi ſapis,
Quod ſcis neſcis, neq; de Eunucho, neq; de uitio uirginis,
Hac re & omni te turba euolues, & illi gratum feceris.
Id modo dic, abiſſe Dorum. Py. ita faciam. Do. ſed uide-
on' Chremem?
Thais iam aderit. Py. quid ita? Do. quia cum inde abeo, iam tum inceperat
Turba inter eos. Py. aufer aurum hoc, ego ſcibo ex hoc quid fiet.

EXi foras ſceleſte at.e.r.f. Iocũdus error in quo nõ dubitet Phædria ipſum eſſe qui quæritur. uerum inſuper ſic aggrediť tanquã ſit ipſe, ſceleſte, quale eſt ſceleſtum appellari qui nihil ſciat. Reſtitas, neceſſario reſtitat qui miratur ſe ꝑtrahi. Fugitiue, & ſceleſtum, & fugitiuũ increpat, in hunc crimẽ transferens Chæreæ. Prodi male conciliate. Opportune adoleſcens hic exprobrat munus magno emptum, male magno ſignificat, ut Plau. in Amphitrione. Hæc nox ſita eſt exercendo ſcorto conducto male, ergo male conciliate. magno empte ſignificat, nam omnis cõuentio conciliatio nominať, conciliatũ ergo magno emptum. Os ut ſibi diſtorſit, & hic memor adoleſcens inſinuandi muneris, dicit illum ſibi os diſtorſiſſe. Os autem dicimus illi diſtorquere, quem natura pulchrum deturpamus. Quid tibi huc reditio eſt. eleganter ei reditio obijcitur, q' reuera loco ſe non mouerit. Quid ueſtis mutatio, ſic ueteres. Plau. in trinũmo. Quid tibi interrogatio. aut conſiliũ huc acceſſit Cecilius * quid tibi aucupatio, argumentũ. aut de amore uerificato eſt patri. Paululũ ſi ceſſaſſem Pythias, familiare eſt iratis auertere ſe ad aliam perſonã ab ea in quã commoueãtur. Ita iam adornabat fugam, ueſte mutatus. nam liberi ueſtẽ habebat, utpote Chæreæ, ſeruiq; uero atq; Eunuchi depoſuerat. Ita iam adornabat, figura ut ſupra adornant ut lauent. Habes ne hominẽ amâbo. hæc omia Pythias cernẽs Eunuchũ dicit. Id enim erat iocundum, ut quærat illum quẽ uidet. Quidni habeã, quidni, quid niſi, hoc eſt cur non habeam. Vbi uero eſt. Dorionem non contemplata dicit ubi eſt, quia nõ ipſum ſed alterũ nouit, Rogitas, non

uides

uides ſtomachabatur uterq; errans mirifice. illa quod Eunuchum credidit Chæream uidens, hic quod Eunucho obijcit quod cõmiſit Chærea, pro eo. ſ. hunc iam tangens Eunuchũ dicit hoc Phædria. Hunc oculis ſuis. n. n. quiſquã u. Phæ. Archaiſmos eſt figura pro noſtrorũ uel noſtrarũ idest quæ familiæ noſtræ ſunt, ut parũ ſit non uidiſſe Thaidem. niſi addatur ne familiariũ quidem ullam eſſe quæ hunc uiderit. Quiſquã. antiqua locutio eſt. Non uidit, totidem ijſdem uerbis repetit, & interrogatio admirantis, ſtuporem oſtendit etiã ueluti cõſentientis. Nam qui aliũ habui neminẽ. bene ad illud quod ait, An tu hunc quaſi ex multis. Hau, ne comparandus quidem eſt. hau interiectio eſt cõturbatæ fœminæ, nec conſtantis ſibi. Ille erat honeſta facie ac liberali. * *
erat, quaſi de mortuo, aut qui non eſt in domo Thaidis, quia fugit. Honeſta fa. ac li. cõmode deſcriptus eſt Chærea. Nũc eo tibi uidetur fœdus. facere uidetur fœdus, non enim eſt. Tace obſecro. apte dictum eſt tace fœminino ſtomacho, quaſi impudenter aſſiſtenti formæ improbæ, & argumenta inaniter, pertinaciterq; inuocanti. Tace obſecro. de conſuetudine dictum eſt tace, & bene additur obſecro, ne tace ipſum uideatur iniuria. Quẽ tu uidere uero uelles Phædria, cõmota aduerſus Phædriã cogitur eum laudare cui irata eſt, & ideo totum callide. Quem tu. u. facete quaſi nec hunc, nec ipſum qui miſit cõſpectum uelit. Quem tu, quẽ talem, & breuiter forma eius laudata eſt, cum prolixius illius ſit deſcribẽda deformitas. Quem. t. u. u. uero pulchre, pulcher enim eſt cuius forma nec odium nec cõuitium commeruit. Luci. in ſaty. Attinidi ſacci ex facie delegeris. Quem. t. u. quare tu. an quia iſta iam non uelit uideri irata ſcilicet ob uitiatam uirginẽ, an tu quaſi ſpectator elegãs formarum, & qui amator ſis Thaidis. Hic eſt uietus. u. ſe. ſic hoc totum pnũciandum quaſi iraſcatur huic propter quẽ laudauerit Chæream. Vietus, mollis, flacciduſq; & flexibilis corpore, unde & uimina, uineta, uites, uietores dicuntur, & uiere religare dicitur, quia uietis uirgis religare poſſumus quodlibet. Lucre. Araneæ dixit uietam ueſtẽ, ideſt putri mollicie præditam. Vetus ad uituperationẽ modo, nõ ad laudem ponitur, ut Veteris poetæ. m. r. uetus eſt cuius diminutiuũ eſt uetulus. Veternoſus, morbo uetere confectus, ideſt ueterno, quales ſunt qui hydronẽ patiuntur, & recte, nam ſæpe Eunuchi in ſenecta ueternoſi fiunt, & cito hoc laborant morbo. Senex. ex morbo ægritudineq; rugoſus. Senex. utrum ſenex, an quia ita uidetur ob deformitatem. Colore. m. errauit Teren. non intelligens Menandri cum illud * ait autem ſtellionem animal quod lacertæ non diſſimile eſt maculoſo corio, nãq; ad id genus coloris * facies exprimitur Eunuchorum, quia pleriq; lentiginoſi ſunt, hinc ergo errauit, ideo, quia * muſtella dicitur * ego Adheſionem ſequor, qui recte intellexit Teren. dicentẽ muſtellino colore Eunuchum dixiſſe coloratũ, uelut ſubliuido colore, quia uere Eunuchi aut ex candidiſſimis lentiginoſi fiunt, ut ex gallis & huiuſmodi occiden

talibus, aut ex fuſcis ſubliuidi, ut ex Armenijs & alijs orientalibus. Vt quid.e.c.n.pro non meminerim, uel nō agnoſcam. Eho.tu.e.e.irato ſtomacho ſic ait, & an hoc fecerit, ut ex alio conatur audire. quatenus hæc audiat.an hæc fecerit dubitatiue. Mihi.d.r.hoc eſt quod Cic.in rheto. ait contra firmā argumentationem.aut aliquā æq; firmam. aut firmiorem opponimus.hæc eſt autem æq; firma. Denuo autem ad reſpōdeat pertinet non ad mihi.Denuo.r.iube uero mihi.denuo intelligendū eſt. Roga, mire utriusq; fiducia confertur, & apud utrūq; eſt ueritas, cum uterq; fallat. At ille.a.u.bene inſtitit, quaſi ex parte iam obtinuerit Pythias.Age.d.h.m.ex.hæc Plautina ſunt, cum in ijſdem lōga ſit diſputatio, ſed mire à Teren.proferūtur ad eius exemplum, & quod eſt plus carent Plautinis nugis. Age dum, hortantis eſt, & adiuuat ex animo loquentem. Taces, & recte taces. quia metuit Chæreā. Monſtrum.h.bene Eunucho dictum eſt, monſtrū hominis, hoc eſt nec mas nec fœmina exiſtens, ſicut & ſupra ſenē dixit mulierē. Quādudum.m. Nota modo apte pro præterito tempore dictum eſſe.i.quādudum. nam qui uitiauerat uirginem nō modo longe ante ueſtem mutauit cū Eunuucho Phædriæ. Qui cū, præpoſitio cum his dictionibus ſupponitur, qui cum nobiſcū, uobiſcum, in cæteris uero ita ut ipſum nomē præſcribit præponitur, ut cum amicis, cum exercitu, cū aduocatis. Vnde igitur fratrē meum eſſe ſciebas, utpote Nouitius. quiq; ex Pyræo raro diſceſſerit, & lōgo interuallo in aſtu uenerit, & hæc ſunt obliquę interrogatiōes, quibus uti oratores uidemus, cū deriuare teſtimoniū nituntur, & ideo ſic ait Phædria, ut fruſtretur omīa quæ confeſſus eſt Dorus, uult em̄ fratri eſſe conſultū Parmeno.d.e.e.prope infirmatum teſtimoniū eſt. Quod em̄ ſic ait Parmeno, dicebat eum eſſe, falſum eſſe poteſt, & mire ſic ait, ut, Sola mihi talis caſus Caſſandra canebat. Sic autem dicimus quādo non ſemel qđ factum fuerit, ſed ſæpius demōſtramus. Iam ſatis credis ſo.m. quia ſupra dixit, Temulenta es, & quaſi grauem iniuriam hoc dicto paſſa ſit & memoriter dictum retulit, ut En ego uicta ſitu, & pulſus ego, Iam ſatis.c.eſt.u.u.ordine agit, cum primū de ſe, tum de aduerſario loquitur. Credis.h.q.d.a.perſonæ qualitate derogat fidem, nam quid credēdum eſt ſeruo Eunucho fugitiuo. Et quidni iſti.&c.hoc à perſona quæ cū uincebatur, oratorie ad factum ſe retulit. Concede iſtuc.p.ad ſe uerſum dicit iſtuc, longe ſit à Pythia, Eunucho enim dixit Phædria. O ſceleſtum atq; aud.h. Chæream.ſcilicet uel Parmenonē, ſed ſic ꝓnunciādum eſt, ut putet ancilla de Eunucho dici hoc ipſum q̄ præſto eſt, ideo illa infert. Væ mihi.e.n.n.c.ue mihi.hoc totū uæ mihi quidam à Pythia uſq; ad irriſas modis dici exiſtimāt. Mirū ni tu & c.an ſerua quod ſeruus, an ſtulta quod ſtultus, an fœmina quod Eunuchus. Mirū ni tu, clare dicit quidam preſſus putant. Heus tu negato rurſum.rurſum non ad negationē pertinet, ſed ad interrogationē, ut ſit rurſus interrogatus. Rurſus retro, ideſt è contrario, ac per hoc contrariū ſuperioribus dicito. Non poteſt

ſine

ſine malo fateri uideo, amplificatio & dilatio quæſtionis argumentum eſt nihil conſtitiſſe ad id quod pro pœna minatur, non tanquã iam incerto, ſed etiam falſo teſte, deinde ipſum fateri conſideramus quale ſit, non eſt teſtis fateri, ſed rei igitur ut in illum culpam transferat uniuerſam fateri dixit non indicare, ut ipſe reus nõ alieni facti teſtis eſſe dicatur. Non poteſt ſine malo quaſi nec hæc fuerit, nec illa confeſſio, in quibus nulla ueritas ſit. Sequere hac, quaſi ad tormenta. Modo ait. modo negat, teſtis ab aduerſario conuincitur falſitatis, aut à ſeipſo ſi uariauerit dicta priora. quia non potuere cõuinci ab inconſtantia teſtis, præſidiũ defenſionis inquiſitum eſt. Ora me, hoc lentius ut ſit cauſſa ſæuiendi. Obſecro te uero Phædria, bene uero, nam quia ille dixerat ut ſimularet preces, hic anxius uero addidit, oſtẽdens uero ſe rogare & ex animo, nõ ut ille uidebat dolo. I intro, terribiliter dummodo eum ſubmoueat. Intro, utrum intro domũ ad Phædriam, an ad Thaidem, ſed non oportet ad Thaidem intelligi, ne celandarum rerum iudex teneatur. *

Hoi hei, bene hoi hei. * Ruſticum poſuit, utpote & ſerui & nouitij, & eſt deploratio ab eis ſic dicta. Actum eſt. ſiquidem hoc rurſus clare & ſic dicit, tanquã adhuc iratus Eunucho ſuo. Alio. p. honeſte cõtra officium fuit mentiri docuiſſe ſeruũ, & affuiſſe mendacio liberalem adoleſcentulum, ſed uide quemadmodum defendatur animoſe, dum ſe mentiri coactum ſentit, dum conſulit honeſtati, hanc autẽ cauſſam longæ ſermocinationis ad hoc induxit artifex poeta, ut apud omẽs iam certum ſit à Chærea uitiatam uirginẽ, ne ullo errore impediantur ulterius nuptiæ. uel finis fabulæ differatur. Alio pacto. h. nullo alio. ſ. niſi ꝑ hanc fallaciam. Parmenonis tam eſſe hanc. t. quã me. u. ſcio, deeſt magis, ut ſit magis ſcio quã me uiuere. Inueniam hodie pol parem. hæc eſt præœconomia ad futurũ exitum fabulæ, nam dum ſe ulciſcitur Pythias, fit indicium patri Chæreæ, & confirmantur nuptiæ. Vtrum ne taceam an prædicem, tertium parelcon, abũdat enim aut utrum, aut ne, aut certe, hoc fit ut ſit figura πλεονασμος. Tu pol ſi ſapis quod ſcis neſcias. Non poſſumus neſcire quod ſcimus, ſed ita ut cõcordia diſcors. Virg. Sequiturq; ſequentem. De Eununcho quod fuerit tu pol ſi ſapis quod ſcis neſcias, Videmus cur nolit poeta de uitio uirginis cõtinuo ſcire Thaidẽ, ne de improuiſo malo uehementius cõmoueatur ac doleat, an ut ex eiuſdem uirginis habitu, uultuq; iſta cognoſcat, qđ eſt auctuoſius, an qđ proximũ uero eſt, ut illam & Thais & frater ignorãtes uitiatam animoſius aduerſus militem defendant, reperitum eam uenientem cum tanto ſtrepitũ ac minis, nam quo ore præterea diceret Thais Chremeti de ſororis pudore ſollicito. Educata eſt ita, ut teq; illaq; dignum eſt. ſi ſciret eam uirginem non eſſe de Eunucho, quod Chærea ſit non Eunuchus. Quod ſcis eñ de Eu. unde in Heauton. Neſcias quod ſcis ſi ſapis, & hoc eſt quod dicitur. Quod ſcis neſcias, prouerbiale eſt, & multũ apud Dia

lecticos

lecticos tractatum, ut facio, & non facio, & amicus ſum & non ſum, & audio & non audio, & cætera huiuſmodi. De uitio uirginis, qđ iam mulier facta ſit. Hac re de.o.t. euolues te. cauſſa quæſita cur ante iurgium cum milite Thais neſciat uitiatam uirginē. Et illi gratum feceris, cui niſi uirgini, cuius crimen ut ſupra à ſilentio texeris, præſertim tacentis iniuriam ſuā, & ſic dolentis amiſſam uirginitatē, ut nec confeſſionē ſuæ calamitatis ſubire poſſit. Id modo dic.a.d. id pro hoc ſubiunctum ꝓ præpoſitiuo. Thais iam.a. bene dixit aderit, huic enim aderit Thais. Quia cum in.a. aliam cauſſam ex alia ſuppoſuit.q.d. uideo cauſſam.

ACTVS QVARTI SCENA QVINTA.

Octonarij.

CHREMES. PYTHIAS.

AT at, data hercle uerba mihi ſunt, uicit uinum quod bibi.

Ac dum accubabam, quàm uidebar mihi eſſe pulchre ſobrius?

Poſtquam ſurrexi, neq; pes, neq; mens ſatis ſuum officium facit.

Py. Chreme. Ch. quis eſt? ehem Pythias, uah quanto nunc formoſior

Videre mihi quàm dudum? Py. certe tu quidem pol multo hilarior.

Ch. Verbum hercle hoc uerum eſt: SINE CERERE ET LIBERO FRIGET VENVS.

Sed Thais multo ante uenit? Py. an abijt iam à milite?

Ch. Iam

Ch. Iam dudum ætatem, lites ſunt inter eos factæ maxumæ

Py. Nihil dixit, tũ ut ſequerere ſeſe? Ch. nihil, niſi abiens mihi innuit.

Py. Eho nonne id ſat erat? Ch. at neſciebam id dicere illam niſi quia

Correxit miles, quod intellexi minus, nã me extruſit foras

Sed eccam ipſam, miror ubi ego huic anteuerterim.

AT at data hercle uerba mihi ſunt, uicit uinũ. Hic ſemigrauis inducitur uino Chremes, priorũ memor titubans in præſentibus ut fere appetiti ſolent. Atat interiectio eſt paulatim ꝑcepti atq; intellecti mali. Data uerba, fraus facta, dicta hercle uerba à milite, an à meretrice, cuius iampridẽ dolum malum, in omĩ re ſuſpectum, an magis à uino, quaſi captioſo aliquo data uerba ſunt, q̃a bibere dulce eſt, ebriũ fieri turpiſſimũ, adeo his quæ ſequuntur, quaſi ſubtilẽ fraudem ebrietatis inducit, Plau. de uino. Pedes captat primo luctator doloſus. Virg. de uua. Tentatura pedes olim uincturaq; linguã. At dum ac. hic uerba data ſunt. Quàm uidebar. m. e. p. ſo. nihil elegantius, non dixit uidebar mihi tunc eſſe ſobrius, ſed hoc ipſum iam erroris eſſet ac uinolẽtiæ accumulatio, uidebar inq̄t mihi nimiũ ſobrius pulchre, fortiter ac nimis. Neq;. p. ad inceſſum. Neq;. m. ad facta, ad dicta. Satis. ſ. f. of. bene. nõ ẽm omino non facit. nam hæc inſani eſt. ſed non ſatisfacit quod eſt ebrietatis. Quid eſt hem. p. * & ſatis miro exemplo mutatã credit. poſtquã ipſe mutatus eſt. Quantoꝑ nunc. f. u. m. quã. hoc multum academicos iuuat, qui ut aiunt, ꝓut habiti fuerimus atq; affecti, ita nobis aliud atq; aliud uideri, & ideo nihil certi cõprehendi poſſe. Certe tu. p. e. et certe & pol, ut apparet hanc uere loqui quæ ſobria eſt, illum uero ex uitio falli, & honorifice, atq; ut ſobria non dixit temulẽtior aut laſciuior, ſed alacrior. Verbum. h. h. uerbum, ꝓuerbium. ut idem in Andria. Verbum illud uerum uulgo quod dici ſolet. Sine cerere & baccho friget uenus, hoc ſi ad ſententiã reuoces non conuenit ad ebrioſi petulantiã, qua ſic ante dictum eſt. Nã & improbior factus eſt, & quũ tropice locutus ſit, tamẽ ordinem naturalẽ ſeruauit. Nam primũ cibus, deinde potus, poſtremo libido Venerea. Friget autẽ, quia omĩs eiuſmodi uoluptas in

calore ſanguinis conſtituta eſt. qui his rebus alitur, & friget, ꝑprie non adhæret, translatum enĩ hoc ꝓuerbium friget à picatione uaſorũ, quæ frigidam picem non tenent, cum alia multo meliora ſunt ad uſum frigida, ut ferrum, argentũ, aurum, & cætera huiuſmodi. nam ſic alibi. Vbi friget huc euaſit, & uide tres metonymias, cererem, liberum, uenerem. Sed Thais multo ante uenit, interrogatiue ꝓnunciandũ hoc, & ſcias de his interrogationibus hanc ipſam eſſe, in quibus ita quærimus, ut qui interrogantur, reſpõſuri nobis ſe neſcire uideantur. Iamdudum ætatẽ, quia iamdudum infinitæ moræ eſt, addit ætatẽ, ut oſtendat multũ abeſſe temporis ut factum eſt. Iamdudum ætatem, pro longinquo tẽpore. Luci. Vt multos mẽſesq́ꝫ, dieſq́ꝫ, nõ tamen ætatẽ, ætatẽ diu lõginquoq́ꝫ tempore ac prolixo, ut eſt ætas, nam ſic dicimus de die, & dieculam aliquantulã moram. Nihil dixit tum ut ſequerere ſeſe, nihil pro non. Virg. Deponunt animos. &c. Nihil niſi abiens mihi innuit, apparet & quaſi iratam diſceſſiſſe Thaidem à milite, & tamen ſic iratam, ut illi ira conſilium non ademerit, innuit inquit cum abiret. Eho nonne id ſat erat? adeo ſimplex hic inducitur adoleſcens, ut à Pythia reꝑhendi poſſet, nam quid opus fuit dicere niſi innuit. Sed neſciebã id dicere illam, dicere ꝓ uelle uel ſignificare, ſic alibi. Quaſi tu dicis factum id conſilio meo. Niſi quia correxit miles, quod intellexit minus, hoc uidetur facetius, & ſapientius quod dici ab ebrio, ruſtico, & adoleſcente debuiſſet, hoc uitium tunc fit cum poetæ ingeniũ ſuum in perſonas conferunt. Quo intellexit minus, ueriſimile hunc tantũ extruſum fuiſſe, non uapulaſſe, quia miles Thaidi magis quã huic iraſcitur. Miror ubi. e. h. a. ideſt præceſſerim. Vbi, in qua parte uiæ.

ACTVS QVARTI SCENA SEXTA.

Octonarij & ſeptenarij.

THAIS. CHREMES. PYTHIAS.

παρασκευή motus eius, quẽ miles excitabit oppugnatur[y] ædes.

CRedo equidem illum iam affuturũ eſſe, ut illam à me eripiat, ſine
Vt ueniat, qui ſi illã digito attigerit uno, oculi ilico effodientur.
Vſq́ꝫ adeo ego illius ferre poſſum ineptias, &

as, & magnifica uerba,

Verba dum ſint: uerũ enim ſi ad rem conferent̃, uapulabit.

Ch. Thais ego iamdudum hic adſum. Th. ò mi Chreme te-
ipſum expectabam.

Scin tu turbam hanc propter te eſſe factam? & adeo ad te at-
tinere hanc

Omnem rem? Ch. ad me? qui? quaſi iſtuc. Th. quia dum ti-
bi ſororem ſtudeo

Reddere, & reſtituere, hęc atq; huiuſmodi ſum multa paſſa

Ch. Vbi ea'ſt. Th. domi apud me. Ch. hem. Th. quid eſt?

Educta ita uti teq; illaq; dignum'ſt. Ch. quid ais? Th. id
quod res eſt.

Hanc tibi dono do, neq; repeto, ꝑ illa abs te quicquã pretij.

Ch. Et habetur, & refertur à me Thais tibi, ita uti merita es
gratia.

Th. At enim caue ne prius, quàm hanc à me accipias, amit-
tas Chreme.

Nam hæc ea eſt, quam miles à me ui nunc ereptum uenit.

Abi tu, ciſtellam Pythias domo effer cum monumentis.

Ch. Viden' tu illum Thais? Py. ubi ſita eſt? Th. in Riſco.
odioſa ceſſas?

Ch. Militem ſecum ad te quantas copias adducere.

Th. At at at. num formidoloſus obſecro es mi homo? Ch.

apageſis,

Egon' formidoloſus? nemo eſt hominũ, qui uiuat minus.

Th. Atq́ ita opus eſt. Ch. hau metuo, quem tu me eſſe hominem exiſtimes?

Th. Immò hoc cogitato, qui cũ res tibi eſt, peregrinus eſt,

Minus potens quàm tu, minus notus, amicorum hic habens minus.

Ch. Scio iſtuc, SED TV QVOD CAVERE poſſis, ſtultum admittere eſt.

Malo ego nos proſpicere, quàm hunc ulciſci accepta iniuria

Tu abi, atq́ oſtium obſera intus, ego dum hinc tranſcurro ad forum. (ne.

Volo ego adeſſe hic aduocatos nobis in turba hac. Th. ma-

Ch. Melius eſt. Th. mane. Ch. omitte, iam iſtic adero. Th. nihil opus eſt Chreme,

Hoc dic modo, ſororẽ illam tuam eſſe, & te paruã uirginẽ

Amiſiſſe. nũc cognoſſe, ſigna oſtende. Py. adſunt. Th. cape

Si uim faciet, in ius ducito hominẽ, intellextin'? Ch. probe

Th. Fac animo hæc præſenti dicas. Ch. faciam. Th. attolle pallium.

Perij, huic ipſi eſt opus patrono, quem defenſorem paro.

Credo

CRedo equidem illum iamdudum affuturum. Vides ne ex ipſis apparere uerbis quã concitata & recens à litigio ueniat Thais. Itaq; nec nominat militem nec uirginẽ, ſed ꝓnomine utrunq; ſignificat, quaſi in medio conſtituta negocio. Affuturum eſſe. i. aduenturum. Vt affuit & Mneſteus. Sine ueniat, quaſi dicat ſine nullis, & cõminantis eſt, ut ſine modo. Atqui ſi. i. d. a. u. moris commiſnantium eſt ad exiguum reuocare cõmiſſa que ſe ulturos prædicẽt. Oculi illico effodientur, & fœmineæ minæ ſunt, & in libidinoſos quã maxime, nã hunc ſuſpicat̃ amatorem eſſe uirginis, ſic & alibi, ut Ego unguibus facile illi in oculos inuolem ueneſico. In oculos autẽ maxime ſæuire fœminas & tragœdiæ ferè omnes & comœdiæ ꝓteſtantur. Vſq; adeo illius. &c. nõ dixit uſque adeo illum poſſum amare, ſed quã inſuauis iamdiu ſit oſtendit, dicẽdo ferre poſſum, & cito oſtendit quę ſit amicitia militis, ineptias inquit & magnifica uerba. Verba dum ſint. hoc eſt quę uim nõ admiſceant. Verꝫ ſi ad rem cõ. u. ſi diſceſſerit à uerbis, & rem experiri cœpit uapulabit, & bona locutio, ut ſi dicas uerba ad rem cõtulit, hoc eſt agere quod dicebat aggreſſus eſt. Ad me, qui quaſi iſtuc, & ruſticus & timidus, & pudens cõmotus eſt meretriculæ dicto. Hæc atq; h. m. ſum. p. mulier facũda meretrix hæc imputat adoleſcenti quæ uidit, & alia quibus nõ interfuit. Reddere & reſtituere, proprie reddit̃ cupientibus, ut domino ſeruus. Reſtituitur cupiens, ut patriæ ciuis, & redditur & reſtituitur cupiens cupientibus, ut parenti filius, ergo in hac utrũq; eſt & reddi & reſtitui. Hem, extimuit adoleſcẽs cum ſororẽ ſuam in domo meretricis eſſe audiuit, cui rei ſtatim occurrit Thais. Educata eſt, ſubaudit̃ domi apud me. Educata ita uti teq; illaq; dignũ eſt, bene purgauit qđ ex faſtu meretricio ſpectabatur, non inquit ut me dignũ eſt apud me eſt. Quid ais? recte quia mirum apud meretricẽ liberaliter educata. Hanc tibi dono do. melius dixit quã dono, ut donũ placidius uideatur & pręſtantius. Neq; repeto pro illa quicquã abs te precij, ex eo qđ potuit iure facere beneficium demõſtrauit oratorie dicens ſerio non eſſe facturã. Et habetur & refertur Thais, qui habet apud ſe gratiã nondum retulit, retulit qui deſtitit habere, multũ ergo hic dixit, & habetur gratia, & refertur, habeti tamen, quẽ ſenſum tranſtulit Salu. in bellum Iugurthinũ. Arma, pecuniam ſume, utere, & quoad uixeris nunquã redditam tibi gratiã imputaris, ſemper apud me integra erit. Ne priuſquã hanc. a. a. chr. hoc in comœdia licet more uulgi dicere, cæterum nõ poteſt amitti quod nondum acceptum ſit, an quia iamdudũ ſumptum ſit. Nam hæc ea eſt &c. non ad deterrẽdum, ſed ad præparandum animũ adoleſcentis hæc dixit, quem audacem putat, aliter autem res ipſa eſt. nam mox Thais mutabit orationem & dicet. Qui cum res eſt tibi, peregrinus, & minus po

tens quã tu minus notus. Abi tu ciſtellam Pythias domo affer cum monumentis, monumẽta ſunt quæ græci dicunt λείψανα σπάργανα. Viden tu illum Thais. longe uidere timoris eſt indiciũ. Vbi ſita eſt. trepidantes perſonas immiſcuit. In riſco. ciſta pelle contecta, nomen Phrygium. Quantas copias. proprie dixit copias, nam ſic dicuntur legiones in unum collectæ, cõuenit tamẽ rudi & ruſtico adoleſcenti ſex homines copias dicere, militẽ. ſ. Paraſitum, Doracem, Syriſcum, Sigmalionem, Sangam. Num. f. es. mi. h. formidoloſus, & terribilis, & timẽdus intelligitur. Apageſis, ſic Plau. in trinum. Apage amor. Atq; ita. o. eſt. ut nullus formidoloſus ſis. Metuo qualem tu me. h. exi. uidetur ebrius factus hic Chremes, & iam diſplicere nolle mulieri, nã iccirco fatetur ſe timere malam opinionem Thaidis de ſe. Sed metuo qualem, noue dixit ꝑ metuo ne ignara ſis. Peregrinus eſt. m. p. quã tu, quã, poſtquã tamen ipſa non eloquitur quid efficiatur, ex eo qđ ait peregrinus eſt minus. p. quã tu. bene ſic dixit, quia tardum fuit dicere, Ille impotens, tu potens &c. Sed tu quod &c. oſtendere uult Teren. plures ſententias ad timiditatẽ congruere quã ad audaciam, nam & mox dicturus eſt, Om̃ia prius experiri quã armis ſapientẽ decet, quia ex ꝓuidẽtia timor, ex audacia temeritas prouenit. Stultũ eſt fieri, nec fieri ſinere, & melius dixit quã pati, hoc generale eſt. nam nunc admittere pateſieri ſignificat. Malo. e. u. ꝓ. prouidere ne fiat. i. proſpicere & cauere, ab eo quod p̃cedit id quod ſequitur. Accepta iniuria, hic cauſſa oſtenditur cur illud malit. Tu abi atq;. o. in. ob. Pauidi conſiliũ nihil aliud continet poſt clauſtra & fugã, nam ſera eſt clauſtrum ianuæ. Dum ego hinc tranſcurro, tranſcurro dixit non curro, ut proximitatẽ fori oſtenderet. Volo ego. a. h. a. cupio nõ inquit ſed uolo. In turba hac. uide timidum turbam appellare, quã mulier non timet. Melius eſt. fugiendi occaſionẽ hic cupit dari. Mane. hoc geſtu iam adiuuatur. Omitte me iam adero. ex huius uerbis apparet manu comprehenſum eſſe adoleſcentẽ. Omitte &c. quia cauſſam probari nõ uidet, celeritatem redeundi pollicetur. Nihil. o. eſt iſtis. iſtis utrũ aduocatis, an iſtis om̃ibus quæ dixiſti. Virg. Aut quid petis iſtis. Hoc modo dic. ſ. eſſe. il. t. ordine eſt executus primo utrũ ꝑſonam habet, dic ſororem inquit eſſe illam tuam. Vtrum negociũ habet, & te paruam uirginem amiſſam. Cur hodie agat. Nunc cognoſce, & unde probet ſigna oſtendet, & te paruam uirginẽ amiſſam. hæc om̃ia ſic ꝓnunciãda ſunt, ut & iuſta & factu facilia demõſtrentur. Si uim. f. in ius. d. h. & recte, qa uinolento ciuiliter reſiſti ſolet. Fac animo. h. ut. p. d. hæc non dicerentur à Thaide, niſi in illius uultu pauor nimis appareret. Faciam. adiuuandũ ꝓnunciatione, faciam eñ timide dictum eſt. Attolle palliũ. his uerbis Chremetis demonſtrauit nimiũ liberaliter pauidi adoleſcẽtuli animũ. Attolle pallium. uel quia ſimplex eſt, uel quia ebrius palliũ trahit Chremes. Perij. huic ipſi patrono opus eſt, quã defenſorem paro, hęc meretricis querela rudem adoleſcẽtulum magis & honeſte natum, quã culpandum eſſe demonſtrat.

ACTVS QVARTI SCENA SEPTIMA.

Septenarij & quadrati.

THRASO. GNATO. SANGA. CHREMES. THAIS.

HAnccine ego ut contumeliam tam inſignem in me accipiam Gnato?
Mori me ſatius eſt. Simalio, Donax, Syriſce, ſequimini.
Primum ædeis expugnabo. G. recte.
T. uirginem eripiam. G. probe.
T. Male mulctabo ipſam. G. pulchre. T. in medium huc agmen cum uecti Donax,
Tu Simalio in ſiniſtrum cornu, tu Syriſce in dextrum
Cedo alios, ubi Centurio'ſt, Sanga, & manipulus furum?
S. eccum adeſt.
T. Quid ignaue, peniculon' pugnare, qui iſtuc huc portes, cogitas?
S. Egone? imperatoris uirtutem noueram, & uim militum
Sine ſanguine hoc fieri non poſſe, quin abſtergerẽ uulnera
T. Vbi alij? S. qui, malum, alij? ſolus Samnio ſeruat domũ.
T. Tu hoſce inſtrue, hic ego ero poſt principia, inde omnibus

Epitaſis prioris partis in fabula, eſt aũt ridicula Thraſone digna.

Priſ. cum uecti legit

buſ ſignum dabo.

G.Illuc eſt ſapere, ut hoſce inſtruxit, ipſe ſibi cauit loco.

T.Idem hoc Pyrrhus factitauit. Ch. uiden' tu Thais quam hic rem agit?

Nimirũ conſilium illud rectum eſt, de occludendis ædibus.

Th.Sane qđ tibi nũc uir uideat̃ eſſe, hic nebulo magnus eſt.

T.Ne metuas. C. quid uidetur? G. fundam tibi nunc nimis uellem dari,

Vt tu illos procul ex occulto hinc cæderes: facerent fugam.

T. Sed eccam Thaidem ipſam uideo. G. quàm mox irruimus. T.mane,

OMNIA PRIVS experiri, quàm armis, ſapientẽ decet.

Qui ſcis an quæ iubeam ſine ui faciat? G. di uoſtram fidem,

Quanti eſt ſapere, nunquã accedo, quin abs te abeã doctior

T.Thais primũ hoc mihi reſpõde, cũ tibi do iſtã uirginẽ,

Dixtin' mihi hos dies ſoli dare te? Th. quid tum poſtea? T.rogitas

Quæ mihi ante oculos amatorem coràm adduxti tuum?

Th.Quid cũ illo agas? T.& cum eo clàm ſubduxti te mihi.

Th.Libuit. T.Pamphilã ergo huc redde, niſi ui mauis eripi

Ch. Tibi illam reddat? aut tu illam tangas? omnium. G. ah quid ais? tace.

Ch. Quid tu, tibi uis? T. ego non tangam meam? Ch. tuam autem

autem furcifer?

G. Caue ſis, neſcis cui male dicas nunc uiro. Ch. non tu hinc abis?

Scin tu ut tibi res ſeſe habeat? ſi quidquam hodie hic turbæ cœperis,

Faciam ut huius loci, dieiq́, meiq́ ſemper memineris.

G. Miſeret tui me, qui hunc tantum hominem facias inimicum tibi.

Ch. Diminuam ego tibi caput hodie niſi abis. G. ain' uero canis?

Siccine agis? T. quis tu homo es? quid tibi uis? quid cum illa rei tibi eſt?

Ch. Scibis: principio eam eſſe dico liberam. T. hem. Ch. ciuem Atticam. T. hui.

Ch. Meam ſororem. T. os durum. Ch. miles nunc adeo edico tibi,

Ne uim facias ullam in illam. Th. ego eo ad Sophronam

Nutricem, ut eam adducam, & ſigna oſtendam hæc. Thr. tun' me prohibeas,

Meam ne tangam? Ch. prohibeo inquam. G. audin' tu? hic furti ſe alligat. Plautinū

Ch. Satis hoc tibi eſt. T. idem hoc tu ais? Th. quære qui reſpondeat.

Th. Quid nunc agimus? G. quin redeamus, iam hæc tibi aderit ſupplicans

Vltro. T. credin'? G. immò certe, noui ingeniũ mulierum,

Nolunt ubi uelis, ubi nolis cupiunt ultro. T. bene putas.

G. Iam dimitto exercitum. T. ubi uis. G. Sanga uti fortes decet

Milites, domiq; , fociq; fac uiciſſim ut memineris.

S. Iam dudum'ſt animus in patinis. G. frugi es. T. uos me hac ſequimini.

HAnccine ego cõtumeliam tam inſignẽ. i. m. g. a. hic rurſus inepti uanitas militis demonſtratur ad amicam, tanquã ad hoſtilem exercitum pagentis, irritato animo, concitato curſu, nudanti chlamyde trepidi, & quatientis caput & hæc uerba pro hortatu imperatoris accipiẽda ſunt, quandoquidem om̃ia de exercitu transferunt. Contumeliam. proprie non ut miles, ſed ut nequã. Contumeliam. in me. a. g. apparet Gnatonem & dehortatorẽ eſſe certaminis, & ad pocula militẽ ꝓuocare, maxime cum uideat perſuaſiſſe iſta conſilia, ut hoc certamen mouerent. Mori. m. ſ. eſt, ridicula prſumptio tanquã aduerſus meretricem iurgia nunquã Thraſo ſumere auſus eſſet, niſi morte ꝑpoſita. ergo uelut mortis contemptu opus eſt ad tale ꝑlium. Mori. m. ſ. eſt. tanquã alter miles aduerſus mulierem audere non poſſet, uel quia nihil, uel quia amator. Mori me. ſ. eſt. quaſi ſibi dicat moleſtum eſſe certamen, uel amicã non eſſe lædẽdam. Tam inſignem. ut miles dixit quia inſignia armoꝝ ſunt. Simalio. hoc concite ꝓnunciandum eſt. Sequimini huiuſmodi militia per tumultũ repente ſuſcipitur, & dicitur euocatio, ubi dux alloquatur. ciues. Qui rempu. ſaluam uultis me ſequimini, unde Virg. ſic ait. Deſuetaq; , b. a. i. a. & alibi. Ipſe. n. ſ. t. Primũ. æ. ex. debet hic eſſe uociferatio una ad hoc, ut uerbum militis cum quodam motu ingenti, & per immanes minæ ſine ulla ui rerũ uanaq; cõminatione uelle uideatur ædes expugnare cum fortis ſit meretrix. Male mulctabo, uide ordinẽ belli primo expugnatio mœnium, tum recuperatio captarũ rerum, demũ pœna prædonum. Pulchre poſtquã non obtinuit quod uolebat Gnato aſſentatur

tatur ad omnia, uide autem manifeſtam irriſionẽ ex ipſo genere laudan
di, nam quid eſt rectum in expugnatione rectiſ quid in uirginis ereptio
ne probitatis, quid in mala mulctanda muliere pulchritudinisſ ſed hoc
eſt quod ait ſupra de ſeipſo paraſitus, quicqd dicunt laudo. In me.h.a.c.
u.d. mire compoſita ad contemptũ nomina legionariorũ ſunt. nam Do
rax ab arundine ueluti ſit inanis & fragilis nomẽ ſortitus eſt. Simalio à
ſimio, uel à ſimia deriuatũ eſt, ob fœditatem oris uel naſi. Syriſcus iam
diminutiuũ eſt à ſyro. In mediũ huc, ridicule ſatis armaturas leues non
putat aduerſus Thaidem idoneas, & ideo agmen cum uecte uult uenire
in medium. aut ideo cum uecte, quia ad expugnationẽ uenitur ædium.
Tu Simalio in.ſ. cornu, tu Syriſce in.d. hic agmen inſtituit. facetũ autẽ
cum à rebus magnis res ridiculæ deriuentur. Cedo.a. nõ reliquos dixit.
ſed alios quaſi multi ſint. Sanga, nec ſangarius ſaltẽ ut nomen eſſet. Ma-
nipulus furum. manipulus proprie eſt militis, cũ Romani & Latini ſub
nouo centurione bellum aggreſſuri deputabãtur, ſibi ſertum uel coro-
nam ex manipulo herbæ uel huiuſmodi confidebant quẽ pro ſigno ſe-
quebãtur, merito ergo centurionẽ uidens manipulum deſiderauit, hoc
eſt coquũ uidens conuiuas deſiderat, qui apparauerat quotiens locus
affuit, uel quotiens conuiuiũ eſt inſtitutum. Alij manipulum furum co-
qui diſcipulos dici putant. Eccum adeſt, pro ſe ac pro diſcipulis Sanga.
Quid.i. apparet coquum ad repentinũ ſtrepitum ſic exiſſe, ut ad artem
ſuam fuerat expeditus. Qui.i.pro.ſ. ego ne, hæc cauſſa eſt. Imperatoris
uirtutem noueram, & uim militum, hoc plus habebit ſalis ſi ſic intelle-
ctum fuerit ut Sanga uno eodemq; tempore & quærat ſimulq; reſpon-
deat.q.d. hoc noueram fieri ſæpe, ſed ſine ſanguine fieri nõ poſſe.ſ.
Quid igitur ſi hoc ſciebat ut abſtergeret uulnera. quaſi hoc fuerit auxi-
lij genus. Quid hoc eſt unde uulnera, quorũ uulnera uirorumq; utriuſq;
partis, an quod magis ridiculum eſt ſuorum. Solus.ſ.ſ.do. hæc figura
παρομοιον dicitur. Solus.ſ.ſ.d. Virg. Sola mihi.t.c.c.c. Solus.ſ.d. ꝑ re-
manet ut obſeruet. nam ſeruat domũ rectum erat. Non ſeruat domi, ni-
ſi pro cuſtodit intelligeretur, uel ſeruat ꝓ ſedet, ab eo quod ſequitur id
quod præcedit. nam non ſeruat niſi cui plus in eo loco ſederit. Qui (ma-
lum) malum per parentheſin ſuauiter infertur. Plau. in epidi. Quẽ (ma-
lum) hæc impudentia, & non interponitur malum niſi oculis cõuerſis
ad eum qui id quod rep̄hendimus dixerit. Malum nunc interiectio eſt.
Poſt.p. magnifice ad riſum cõmouendum, nam dicere debuit poſt uos,
& hunc locum ſibi optimũ elegit ut timidus. Poſt principia, militare
dictum eſt, ut ambiguũ militi, an in extremo agmine ſit hic locus, an in
medio. In de.o.ſ.d. tanquã non omnibus dari poſſit. ſi aliunde detur.
Ipſus.ſ.c.l. an loco ſimpliciter, quia poſt principia, an loco opportune.
Teren. in Adelphis. Pecuniam in loco.n.i.m.e.l. an. pro de loco. Idẽ hoc
iam.p.ſ. irridet quidem poeta, uerũtamen oſtendit officiũ imperatoris

hoc eſſe ne ſe in periculum ꝓijciat, ſic Salu. Et in prælijs actu promptus, & hoc totum quaſi in palliata, ſed conceſſum poetis fuit. Pyrrus autem peritiſſimus ſtratagematon fuit. primusq́ꝫ qui queadmodum ars & diſciplina per calculos in tabula traderetur oſtendit. Nimirꝫ cõ. eſt. de. o. æ. illud rectum eſt, & noua locutio & ſuperiori ſimilis. Nimirꝫ dabit. h. th. &c. pro ſine, dubio rectum eſt. Sane qui. t. n. u. u. eſſe. hic figurata locutio, & præterea hypbaton intermixta. nam hic ordo eſt, ſane hic nebulo eſt, ne metuas, an hic ordo & ſenſus, ut ſic dictum, ne metuas ſane. Qui tibi uir. u. eſſe. h. m. m. eſt, & recte, nam dum obterretur adoleſcẽs, & ætate militis quod iam uir eſt, & magnitudine quod magnus corpore, quæ utraq́ꝫ in illo uana eſſe meretrix ut experta denũciat. Nebulo autem uel innanis, uel uanus, aut mollis ut eſt nebula, dicitur, & hoc ironicos dictum eſt meretrix fruſtra metuentẽ corripiens Chremetem. ſane inquit nimis conſilium rectum eſt de occludendis ædibus, & deeſt non eſt, ut ſit non eſt qui tibi nunc uir uidetur eſſe, hic nebulo magnus eſt. ſic & alibi. Si te in platea hac offendero poſt hac nihil eſt quod dicas mihi eſt, alium quærebam, iter hac habui, perijſti, ut ſit non eſt quod dicas mihi. Quid ibi. u. non diceret miles ſi ſtaret in ſententia, ſed iam uidetur timore mutatus. Quid uidetur. dubitãdum eſt quod dictum ſit quid uidetur. Ego ſane hoc militem puto dicere, quẽ paulatim à uiolentis atq́ꝫ acribus principijs ad terrorem deſidiamq́ꝫ perducit timor. Nam. p. i. p. utpote qui dicat ſequamini, dum deniq́ꝫ propius deuctum poſt principia refert pedem, poſt iam nihil ipſe audet, ſed quærit conſiliũ paraſiti, deniq́ꝫ ubi quo minus res gerenda eſt dixit mane, & continet irruentes, ad poſtremũ diffiſus neſcit quid agat, ad paraſitum ſpectans quid agimus inquit. Fundam tibi nunc. mire paraſitus hoc ait, uel quia militem nolle uidet, uel quia nõ audet impugnare conſiliũ formidoloſum & aptum metuẽti dedit ſubtiliter tamẽ, nam funda pugnant qui cominus nõ poſſunt. Ex occulto qui non audent palam, ſed honeſta cauſſa, nõ quia timent inquit, ſed ut fugiant tanquã uiſi hoſtes fugerint, non ſit tutũ accedere. Fundam tibi, nõ dixit haſtam aut lanceam, ſed ſagittã fundam, quæ nimiũ longe iactatur, ut ex hoc interuallo pauorẽ oſtenderet non audentis accedere, & mire tibi, tanquã ipſe paraſitus ne hoc audeat. Sũt autem qui putant hæc à Thaide ad Chremetẽ dici, ſed male, non enim conueniunt iſta meretricis dictis ſuperioribus, niſi quia mouet, meq́ꝫ ex occulto dicit, conſtantia ei dudũ uideri militis, & ipſum non uidiſſe cũ qua pugnaturus ſit, ut illos procul ex occulto meretricem. ſ. cum ſuis, ut alibi. Hos prius introducam. Facerent fugam. deeſt rurſus, ut ſit rurſus facerent fugam, uel aſyntheton illatũ eſt. Facerent. ſ. deſiderat coniunctionem. n. ut ſit facerent. n. fugam. Vt cederes, ꝓcedendo cogeres, ut facerent fugam. Sed eccam. t. i. eccam & ipſam, figura eſt Emphaſis, quaſi eccam principem belli te ipſam contra quã pugnaturus eſt. Quã mox irruimus, hoc paraſitus irridens militẽ dixit, & irruere proprie dicunt

qui

quí cum furore prælium ineunt. Omnia prius.e.u.quã.a.ſ.d.animad-
uerte quantã uim habeant ad delectandũ in comœdíjs, ſeueræ ſententiæ
cum à ridiculis ꝑſonis ꝓferũtur, quale eſt apud Plau. ubi miles ſuã for-
mam admirans ait, Nimia eſt miſeria, nimis pulchrũ eſſe hominem.
Quã armis.ſ. ἀνακόλουθον pro qua arma, aut eclypſis eſt, ſi ſubaudia-
mus agere, & mire nõ dixit me, ſed ſapientẽ, quod magis ridiculũ eſt.
Qui ſcis.an.q.i. & mire non uelim, ſed iubeã dixit, iubeam pro uelim,
ut iubeo Chremetẽ. Dij.ut.f.bona analogia, qui leuiora laudauerat hic
exclamare iam debet, & hoc eſt quod ſupra ait, Id rurſum ſi negat lau-
do. Hic quoq; negat rurſum male pugnãdum eſſe, qui ſuperius retineri
non poterat, quin in prælium uel moliturus irrueret. Dij ueſtrũ.f.n.&c.
mire egit perſonã admirãtis per ternam Apoſtrophã ad deos. Dij.u.f.
ad ſeipſum. Quanti eſt.ſ.militem. Nunquã accedo quin, ridicule paraſi-
tus, nunquã accedo ad te dixit, qui nunquã recedit. Quin abs.t.a.d.ni-
mis impudens aſſentatio ſe fieri doctiorẽ ex militis ſapientia. Thais.p.
h.uide amiſſam intentionem repetendę uirginis, non eñ iam puellam,
ſed pactum exigit ut amator. Cum tibi do.ꝓ cum tibi darem. Quid tũ
poſtea.aut dixi reſpondendũ erat, aut nõ dixi. ſed uide contumaciã me-
retricis in contemptione perſonæ militis, quæ per interrogationẽ poti-
us quã per inductionẽ illum alloqui uoluit. Rogitas contentionis genus
interrogatiue. Quæ mihi ante oculos coram, utrumq; ſignant, ut inepti
militis dictum ante oculos minus eſt quã coram, poteſt & ante oculos
longe intelligi, coram proximitatẽ ſignificat. Quid cum.i.a.omino me-
retrix non putat illum idoneũ, cui reddenda ſit oratio, cuiq; ſe purget,
adeo apud illam amicitiæ eius perteſum eſt, nam errant qui dicerent ſe
uelle militi reconciliari. Et cum eo clam te.ſ.m.inuidioſe, & cum eo di-
ctum eſt. nam ut ſupra legimus excluſit Chremetẽ. Subduxti mihi fur-
tim, ſubtraxiſti mihi. Virg. Et ſi dum.c.f.e. Libuit ſuꝑbum eſt, & mere-
trici uerbum. ſic de Chilone. Cicero ait, libenter ait ſe facturum. Huc
redde, idioma eſt pro contumelia repoſcentis. ſic & in Hecyra. Renume
ret.d.h.c. Niſi ui.m.e.utrũ, niſi pro non & ſi. ut ſit ſi non. Tibi illã.r.hic
ſe primũ interponit Chremes ut adoleſcẽtulus potuit iam fracto milite.
Aut tu.i.t.o.aut utrũq; Chremes nõ quia dixit niſi tibi mauis eripi, ad-
didit tu illam tangas omniũ, & eſt ἀποσιώπησις ſecuuda. ſic autem lo-
qui ſolent plus geſtu quàm uerbis conciti. Quid tu.t.u.recte cum Thai-
de enim loquebatur nõ cum hoc. Ego nõ tangam meam, bene addidit
meam, huic enim ꝓbatur iniuſte dictũ ut illam tangas. Tuam autem.f.
incongrue ut imperitus adoleſcens liberum ſeruilibus officijs ſagittat.
Caue ſis ne.c.m.animaduerte paraſitũ, neq; tacere omnino, ne defuiſſe
patrono uideatur, neq; in aliena cauſſa rixã in ſe transferre. Non tu hinc
abis, hoc paraſito, illud militi dixit Chremes. Caue ſis, quia impetrati-
ua uerba ſunt uelut cõtumelioſa, addebãt ueteres ſis, qđ ſignificat ſi uis.

Tibi illam, magna uis in ꝓnominibus, & ſignificatio eſt, ut Cantando tu illum. Scin tu, nõ paraſito, ſed militi dicit. Faciam. ut. h. & c. moris eſt magnas eſſe minas hominũ meticuloſorum. Specta ergo quã acriter timidus cõminetur. Huius loci dieiq́; meiq́;, loci in quo læſus, diei in quo cæſus. meiq́; à quo cæſus. Miſeret me tui, hic paraſitus non quaſi monitor Chremeti reſpondet. Qui hunc tantũ. h. ſ. i. t. ne nunc quidem paraſitus à militis aſſentatione diſcedit. Diminuã ego caput. t. h. n. a. ruſticus dixit caput tuum diminuã. q. d. diminuã tibi caput. Ain uero. c. hoc uerbo canis impudentibus inimicis conuitiũ fieri ſolet. nam militare dictũ eſt in hoſtem canis, & apud Homerũ pro graui contumelia in aduerſarium dicitur τιμηv ἀρνιμενοι μενελαωσ οἱ τε κηvωππα. Quis tu homo es, q̃d tibi uis πέρι πλεονασμός figura eſt, ubi multa terribiliter interrogãtur. ut State uiri, quæ cauſſa uiæ. q. u. e. i. a. Scibis, non obſequenter, ſed figurate dicitur ab irato. Principio eſſe eam dico liberã, quo tollitur tuam uideri. Scibis & ſcies, & ſcibis dicitur pro ꝓductione tertiæ cõiugatiõis. Principio, in tria diuiſit officiũ defenſiõis ſuę, in aſſertoris principio eam dico eſſe liberã, in cognitoris ciuem Atticã, in fratris meã ſororẽ, & bonus eſt ordo, libera ciuis nobilis. Ciuem Atticam, quo etiã negocium poteſt ei fieri qui ſe pro domino geſſit in ciuem. Hui, hem, & cætera huiuſmodi generis ſane ſunt aduerſus eos q̃bus iraſcimur. Meã ſororem, quo conſtat pręſto eſſe ad defenſionẽ puellæ, quaſi ex oĩbus hoc ſit impudentius, & quod ſororẽ ſuam dicat. Os durũ, os impudẽs, & contra mollis frontis dicunť qui ſunt reuerentes. Nunc adeo. e. t. ut ſuperbe quaſi militi, nam edictum prætoris dicitur & imperatoris. Miles nunc adeo edico tibi, miles cõtumelioſe dixit. ab his eñ officijs qui ſuo nomine uocandi ſunt data uocabula cõtumelioſa cenſenť, ſicut in Adelphis. Delibera hoc dũ ego credo leno. Ne uim facias. u. in. i. ſeruauit p̃cepta meretricis adeo ut meminerit. Si uim facit in ius ducito hominem. Ego eo. ad. ſ. hoc lentius dixit ad Thaidem Chremes. Prohibeo inquã, non ſatis exercitate adoleſcens totidem uerbis dictum repetit militis. Audin tu. hic. f. ſ. a. Gnato occaſionẽ finiendi litigij iamdudum quærit, ob deſiderium menſæ & cibi, & ideo quaſi de iure conſilium ſuggerit, hunc reum militi eſſe poſſe qui paratus ſit alienã rem ſuam dicere. Audin tu. ideſt iniuſte profiteri, hoc eſt apud prætorem. ergo furti ſe alligat ideſt reum ſe efficit fraudis. nam metalepticos furtum pro oĩ fraude & dolo accipimus & iniuria. Alligat, aſtringit, illaqueat, & obnoxium facit, omne igitur quod fraude fit furtum eſt. ſic Virg. Inſidias furta paro belli, & dulcia furta. i. adulteria. Furto lætatus innani diſtulit, furtum duobus modis dicitur, uno cum omne maleficiũ generaliter ſignificať, altero cum res ſurrepta demõſtratur. nunc ergo furtũ maleficium eſt. Satis. h. eſt. t. ad repetendam. ſ. uirginẽ ſumendamq́; iniurię uindictam. Quære. q. r. & contempſit interrogantẽ, & indicit inimicitias, ꝓfeſſiõe

iracun-

ſracundiæ cum dicit, indignũ milite. Idem hoc.t.a. Thaide idem.i.hoc quod Chremes, & tanquã Chremem & ipſam circũuenturus interrogat, quod illa intelligens malitioſe ait. Quære qui reſpondeat, ſatis contumelioſe. Illud eñ quæritur quod difficile reperitur. ergo nõ modo indignus inquit, cui ego reſpondeam, ſed uix inuenies qui te dignũ reſponſo iudicet. Quid nunc agimus. uide ut euanuerit actio militis, primo dixit, Omnia experiri prius quã.a.ſ.d.poſt, idem hoc tu ais Thais, & poſtremo. Quid nunc agimus, & languidi atq; defeſſi eſt. Quid nũc.a. ubi eſt illud quod ait. Primũ ædes expugnabo & cætera. Sed uani impetus hunc exitum ſemp accipiunt. Quin.r.quin modo immo. nõ habeamus inquit, ſed redeamus, ut irritos conatus uno uerbo oſtenderet. Credin, ex parte conſentiri qui ſic interrogat. Credin, credere dubitãtis eſt, certum eſſe fidentis. Vbi nolis.c.u. plus intulit ſpei nõ reuocando uerbum quod expectabatur, hoc eſt uolunt, ſed cupiunt, ergo uariauit, nõ enim intulit uolunt ultro. Bene putas, hoc eſt recte putas, ſapis uel intelligis. Virg. Multa putãs.ſ.q.a.m.l. uel coniſcis, uel putas diſputas, uel putas diſputas, uel putas cogitas. Iam.d.e. dimitti exercitus dicitur, uel pace facta, uel uexatis hoſtibus, ridicula ergo magnificentia dictui eſt cũ ſint facta deformia. Sanga.i.u.&c. mire in coquum qui focum curat domi, quia milites uix fortiter pugnant qui ſunt memores domorũ, uide ergo quã utrumq; comicũ ad ineundum prœlium reſq; bellicas. Dorax enim primus eſt ad res domeſticas. Sanga uero coquus qui uiciſſim domi foco miniſterium ſatagebat. Domi fociq;.&c. domi & foci genitiui ſunt. Ceci. Decorã domi. Plau. Quanquã domi.c.ob.t. Iamdudũ.a.eſt.in.p. hic apparuit cauſſam poeta cur & inuitus Gna. iret ad litem, & libens domũ redeat. Frugi es, utilis & neceſſarius, à frugibus, quæ q̃d ijs fruamur dictæ ſunt inde fructus & frumentũ. Frui autem eſt ueſci à frumine quæ eſt ſumma pars gulæ, à qua re etiam his quæ nec cibo nec poculo ſunt frui dicimus, utpote rebus ueneréis, & delectatione odoris, uiſus, auditus &c.

ACTVS QVINTI SCENA PRIMA.

Senarij, & unus catalecticus.

THAIS. PYTHIAS.

Pergin?

Epitaſis poſterioris partis in fabula deprenſo Chærea.

PErgin' ſceleſta, mecum perplexe loqui?
Scio, neſcio, abijt, audiuit, ego nō adfui
Nō tu iſtuc mihi dictura aperte es quicquid eſt?
Virgo cōſciſſa ueſte lachrymās obticet,
Eunuchus abijt, quam ob rem? quid factum eſt? taces?
Py. Quid tibi ego dicam miſera? illum Eunuchum negant
Fuiſſe. Th. quis fuit igitur? Py. iſte Chærea:
Th. Qui Chærea? Py. iſte ephebus frater Phædriæ.
Th. Quid ais uenefica? Py. atqui certo comperi.
Th. Quid is obſecro ad nos quamobrem adductu'ſt? Py. neſcio,
Niſi amaſſe credo Pamphilam. Th. hem miſera occidi
Infelix, ſiquidem tu iſtæc uera prædicas.
Num id lachrumat uirgo? Py. id opinor. Th. qd ais ſacrilega?
Iſtuccine interminata ſum hinc abiens tibi?
Py. Quid facerem? ita ut iuſſiſti ſoli credita eſt.
Th. Sceleſta, ouem lupo commiſiſti, diſpudet
Sic mihi data eſſe uerba, quid hominis illic eſt?
Py. Hera mea tace obſecro, ſaluæ ſumus,
Habemus hominem ipſum. Th. ubi is eſt? Py. hem ad ſiniſtram uides
Ne? Th. uideo. Py. comprehendi iube, quantum poteſt.

Th.

Th. Quid illi faciemus ſtultæ? Py. quid faciam rogas?
Vide amâbo, ſi non cum aſpicias os impudens
Videtur, Th. non eſt, Py. tum quæ eius confidentia eſt?

PErgin. ſ. m. per. l. Nunc demũ uirgo uiciata eſſe co-
gnoſcitur à Thaide opportune, poſtquã magno-
pere & defenſa eſt & retẽta. nam ſtatim conſequẽ-
tur nuptiæ eius & Chæreæ qui illam uitiauit. Per-
plexe. l. ideo perplexe, quia ſtatuerat crimẽ uirgi-
nis celare. Scio. n. a. au. mire ex dictis omibus pau-
ca decerpit & oſtendit quid pplexe dixerit, & ſto-
machum ſeuientis expreſſit. Domi ſcio flere puel-
lam neſcio uitiatã, abijt Eunuchus, audiui domi
hoc admiſſum. Ego. n. af. cum hæc fierent, acriter
iratorum eſt ea repetere quæ proxime dixerint quibus iraſcũtur. ut. En
ego. u. ſ. e. ſ. Num tu. i. a. m. d. es. q. eſt. non eſt hæc interrogatio. Virgo. c.
u. l. obticet. hæc omnia rixam eſſe ſignificauerant. Virgo obticet, tace-
mus conſilia, ut, Nec tacui demens, reticemus dolores, ut ne uerere, ne
retice, & obticemus quorũ nos pudet, ut in Phor. Heu quidnã obtices.
Eunuchus. a. non Chærea, ſed Eunuchus. non fugit, ſed abijt dixit. Quã-
obrem. &c. hæc Aſyntheta inſtantis dominæ uultũ habitumq́ demon-
ſtrant. Quis fuit igitur. hæc minatiue pnunciãda ſunt, aut quia inuita in-
dicat, aut dubitat de nomine ignoti, aut trepidat per timorẽ, aut ut nõ ui-
deat ſciſſe cum fuerit factum, aut quia nõ libenter dicat eius nomen cui
iraſcitur, ſed ego agnoſco ancillarꝫ conſuetudinem, quæ obliuioſæ ſunt
dominarũ. Ephebus ille. f. Phædriæ. Ephebus nomen ad ætatem retulit
non facinus cõmiſſum. Iſte ephebus, cito oſtendit cur iſte Eunuchus cre-
ditur. Quid ais uenefica, redit rurſum ad iracundiã, aptum cõuitium &
comicum in ancillas ueneficas, utpote uenefica lupa, uipera & ſacrile-
ga &c. Quid is obſecro ad nos, non rogantis eſt obſecro, ſed dolentis.
Niſi amaſſe. c. p. deeſt quod, ut ſit niſi quod ut ſupra. Num id lachrymat
uirgo, ut ſupra. id uero ſerio triumphat, pro ob id. Id opinor. callide Py-
thias opinor dixit cum ſciat. Quid ais ſacrilega, auxeſis. nam primo ſce-
leſta, deinde uenefica, poſtremo ſacrilega. Illuccine interminata ſum
hinc abiens tibi, moraliter. Illuccine &c. p nõ illuc tibi cõminata ſum.
Illuccine &c. apparet hæc poſt ſcenã eſſe mandata, nam ſupra. non me-
minit ſed dixerat, tantum hos prius introducam, & quæ uolo ſimul. i. p.
h. c. e. Quid facerẽ, ita ut iuſſeras ſoli credita eſt, dixerat em̃ prius Chæ-
reæ edicit. ue. u. q. a. e. aderit iuſti. ſyncope metaplaſmus pro iuſſiſti. Sce-
leſta ouem. l. c. bene dilatum tot occaſionibus prouerbiũ perſonæ Thai-
dis aſcriptum eſt, continet enim fœmineã reuerentiam, meretriciũ ſen-

ſum, reditq́; rurſus ad minora cõuitia, quia uidet ſe eſſe cõfictam. & eſt puerbiũ. Ouem. l. c. ſic mihi data uerba, uideí plura fuiſſe dictura, niſi ſuperueniſſet Chærea. Quid illud. h. eſt. per genitiuũ caſum iniurioſe dicitur, per nominatiuũ honorifice. Quid. i. h. eſt, non continuo agnoſcit hunc hominẽ meretrix, quia etſi adhuc Eunuchi ueſte indutus eſt, attamen exiuit. Spadonis inceſſum uultũq́; habitumq́; mutauit, & præter ueſtem totus in Chæream rediјt. Hera mea. t. o. blãde ac puellariter arridet. Tace. non ſilentiũ indicentis eſt, ſed ſecurã facientis, ut Tace egomet conueniam ipſum. Habemus hominẽ, mire hominẽ, dixit ut reum. Iube comprehendi, pro comprehendi, ut iubere uelle ſignificat. Et quãtum potes, deeſt cito. Quid illi faciemus, ſubauditur cõprehenſo. Quid faciã. r. moraliter expreſſit puellæ ſtupentis uerba, & nõ habentis quid reſpõdeat ad ea quæ dicta ſunt. Vide amãbo, ſi nõ cum aſpicias os impudens uidetur, mire ab eo quod reſpõdere cœperat, ad aliud trãſitmirata confidentia Chæreæ. i. non eſt. Tum quæ eſt eius. Non eſt impudẽs inquit, non eſt niſi ſimilis impudenti, ſic alibi. Veritas men. ſic ineſt. i. u. a. u. f.

ACTVS QVINTI SCENA SECVNDA.

Senariј, & unus dimeter.

CHAEREA. THAIS. PYTHIAS.

Placatur Thais, eſtque παρασκευὴ καταστροφῆς.

APud Antiphonem uterq́; mater & pater
Quaſi dedita opera domi erant, ut nullo modo
Introire poſſem, qn uiderẽt me, interim
Dum ante oſtium ſto, notus mihi quidam obuiam
Venit, ubi uidi, egomet in pedes quantum queo,
In angiportum quoddam deſertum, inde item
In aliud, inde in aliud, ita miſerrimus

Fui fu-

Fui fugitando, ne quis me cognoſceret.
Sed eſt ne hæc Thais, quam uideo? ipſa'ſt, hæreo.
Ah quid faciam? quid mea autem? quid faciet mihi.
Th. Adeamus, bone uir Dore ſalue, dic mihi,
Aufugiſtin'? Ch. hera factum. Th. ſatin' id tibi placet?
Ch. Non. Th. credin' te impune abiturum? Ch. unam hanc noxiam
Mitte, ſi aliam unquam ullam admiſero, occidito.
Th. Num meam ſæuitiam ueritus es? Ch. non. Th. quid igitur?
Ch. Hanc metui ne me criminaretur tibi.
Th. Quid feceras? Ch. paululum quiddam. Th. eho paululum impudens?
An paulum, hoc eſſe tibi uidetur, uirginem
Vitiare ciuem? Ch. conſeruam eſſe credidi.
Py. Conſeruam? uix me contineo quin inuiolem in
Capillum, monſtrum etiam ultro deriſum aduenit.
Th. Abi hinc inſana. Py. quid ita uero abeam?
Credo iſti quicquam furcifero,
Præſertim cum ſe ſeruum fateatur tuum.
Th. Miſſa hæc faciamus, non te dignum Chærea
Feciſti: nam ſi ego digna hac contumelia
Sum maxime, at tu indignus qui faceres tamen,

Neq; ædepol quid nunc conſilij capiam ſcio
De uirgine iſtac, ita conturbaſti mihi
Rationes omnes, ut eam non poſſim ſuis,
Ita ut æquum fuerat, atq; ut ſtudui tradere.
Vt ſolidum parerem hoc mihi beneficium Chærea.
Ch. At nunc dehinc ſpero æternam inter nos gratiam
Fore Thais. ſæpe ex huiuſmodi re quapiam, &
Ex malo principio, magna familiaritas
Conflata'ſt. & quid ſi hoc quiſpiam uoluit deus
Th. Equidem pol in eam partem accipioq; & uolo.
Ch. Immo ita quæſo, unum hoc ſcito, contumeliæ
Non me feciſſe cauſſa, ſed amoris. Th. ſcio,
Et pol propterea magis nunc ignoſco tibi.
Non adeo inhumano ingenio ſum Chærea,
Neq; tam imperita, ut quid amor ualeat neſciam.
Ch. Te quoq; iam Thais, ita me di bene ament, amo.
Py. Tum pol tibi ab iſto hæra cauendum intellego.
Ch. Non auſim. Py. nihil tibi quidquã credo. Th. deſinas.
Ch. Ego me tuæ commendo, & committo fidei.
Nunc ego te in hac re mihi oro ut adiutrix ſies,
Te mihi patronam cupio Thais, te obſecro.
Emoriar, ſi non hanc uxorem duxero.
Th. Tamen ſi pater, Ch. quid? ah uolet, certo ſcio.

Ciuis modo hæc ſit. Th. paululum operirier
Si uis, iam frater ipſe hic aderit uirginis.
Nutricem adcerſitum ijt, quæ illam aluit paruolam.
In cognoſcendo tute ipſe aderis Chærea.
Ch. Ego uero maneo. Th. Vis ne interea, dum is uenit,
Domi opperiamur potius quàm hic ante oſtium?
Ch. Immo percupio. Py. quam tu rem actura obſecro es?
Th. Nam quid ita? Py. rogitas? hunc tu in ædeis cogitas
Recipere poſthac? Th. cur non? Py. crede hoc meæ fidei,
Dabit hic aliquam pugnam denuo. Th. Ahu, tace obſecro. Plautus in captiuis.
Py. Parum perſpexiſſe eius uidere audaciam.
Ch. Non faciam Pythias. Py. non pol credo Chærea,
Niſi ſi commiſſum non erit. Ch. quin Pythias
Tu me ſeruato. Py. neq; pol ſeruandum tibi
Quidquam dare auſim, neq; te ſeruare, apagete.
Th. Adeſt optime ipſe frater. Ch. perij hercle, obſecro
Abeamus intrò Thais, nolo me in uia
Cũ hac ueſte uideat. Th. quamobrẽ tandẽ? an quia pudet?
Ch. Id ipſum. Py. idipſum uirgo uero? Th. I præ, ſequor.
Tu iſtic mane, ut Chremem introducas Pythias.

APud Antiphonem uterq;. p. &. m. Etiam rediens in uiciniam ſuam cauſſam reddit Chæ. cur non mutauerit ueſtem. Oportuit autem, & de neceſſitate argumenti fuit Chæream non mutaſſe ueſtem, ut cum meretrix uirginem à Chærea uitiatã audiret, & eum cum turpi habitu incedentẽ intueretur, eum reum uitiatæ uirginis imputaret.

putaret.apđ Antiphonē dixit ꝑ in domo eius. Vterq;.p.&.m.nõ utq; pater,& uterq; mater,ſed utq; parens,quia pater & mater quaſi deditæ opera domi erant. Non tam mirum ſi domi erant, ſed illud magis mirū, quod in ea domus parte qua in ædes introeundum erat adoleſcentulo, qui nullo modo introire poſſet, ſuperius cauſſa continetur cur non mu tauerit ueſtem,inferius autē cur huc redierit. Quin.u.m.quin modo pro quo minus. Dum.a.h.ſ. Antiphonis.ſ.c. Notus.m.q.o.u.an notus q me poſſet agnoſcere,an qui me nouerit.i.amicus. Quantū queo,deeſt uelo citer. In Angiportū, uide illum non uitaſſe ſub una clauſula bis indice re in pedes. In angiportū,angiportum dicebant uicum non paruū.angi portus ergo eſt uia publica. Deſertū.deeſt fugiens. Ita miſerrimus fui.i. fatigatus, laſſus, & languidus ſum dum fugio, & honeſta locutio eſt, ut miſer amando, miſer currendo. Ne quis me.co. Nota improprie dictū pro agnoſceret. Sed eſt ne hæc Thais quā uideo? iampridem ipſe uiſus nunc primū uidet. Hæreo, incertus remaneo, atq; defigor. Primus me tus adimit cõſilium,ſed recogitatio reddit confidentiā. Hem.q.&c. colligit ſe rurſus ad impudentiā Chærea, & uide ſi non eadem eſt audacia in Chærea quæ in ſuſpiciēdo facinore fuit. * Quid.m.&c.
* opportune ſi confirmauit, qui ſe extimuiſſet, & fugiſſet, nihil nuptiæ pro mouerentur. Bone.u.d. hoc totū figurate dicit, ut meretrix & ſubtiliter. Nam ſcit Chæream eſſe quē alloquitur non Eunuchū. hic & magna oc caſio datur meretrici adeundi adoleſcentis, qui habitū non mutauit, & adhuc quaſi Eunuchus & ſeruus eſt. Bone.u.d.ſ. maior obiurgatio eſt ꝑ hanc diſſimulationē Thaidis aduerſus Chæream, quā ſi illum id quod eſt appellet. Hæra.fa. non potuit ſubtilius reſpondere Chærea, quā ac cõmodare ſe interroganti. Satin.i.t.p. hoc poteſt non figurate dici, ſed aperte. Vnam hanc noxiam mitte, triſyllabo nomine noxiā dixit, quaſi noxam. Sic alibi dictum eſt. Dominā eſſe extra noxiam. Si.a.ad oc. uer ba ſeruorum, quibus nihil horribile eſt poſt præſentes plagas, & nõ cæ dito, ſed occidito, & nõ aliâs dixit, quaſi illa dixerit adhuc irriſores, uti fugitiuus. Num.m.ſ.u.es.ut fugeres. Hanc me.n.m. criminaretur tibi. perfecte imitatus eſt uerba fugitiuorū, quæ apud dominos faciunt com prehenſi. Vitiare ciuem bonam, bonā intulit ciuem, quod plus eſt quā uirginem, auxeſis gradatim facta. Conſeruā eſſe credidi, ſed admirabi liter conſeruam dixit, & hoc ipſum miſerabiliter ꝓnunciandū eſt, tan quā miſerabiliter crediderit conſeruā eſſe, quę ciuis erat, atq; eam qua ſi conſeruā uitiare debuerit. Conſeruam, opportune ſtomachabat Py thias facta mentione cõſeruæ. Vix me cõtineo quin inuolem in capillū, minæ iſtæ propriæ fœminarū ſunt, & in ſe & in alios unguibus ſæuien tium, ut Vnguibus ora ſoror fœdās & pectora pugnis, ſed inuolem ab auibus tractum eſt, ut apud Virgiliū. Prædam pedibus circūuolat un cis. Ergo hoc geſtu & dicto, & corporis motu eſt adiuuādum. Inuolem in capillum, apparet more ueterū intonſum eſſe. Etiā ultro deriſum ad uenit;

uenit,mire hoc addidit ad occaſionē ſaltem quod non fugeret. Quid ita ue.debeo ſubauditur. Vero autem ironicos pnunciandum eſt. ſane debere dicimur pœnas pro iniuria ei cui iniuriā fecerimus, quas ſe nō debituram Chæreæ ut furcifero dicit Pythias ſi illi cædem intulerit in ſeruili habitu conſtituto. Si id fecerim, ſi inuolauerim in capillum eius. Miſſa.h.f.quæ hæc.ſ.iocularia & futilia. Non te di. Chærea feciſti, artificioſe meretrix, ab eo quod licuit ad id quod oportuit, trāſit, nec tractat quid ſit legitimū, ſed quid honeſtum, itaq; totam illam partem facti accuſandi omittit, & à ſuccedētibus pſonæ adoleſcentis obiurgat, ſcit em̄ uno uerbo obſtari poſſe, licuit mihi in domo meretricia.ſ.& contra meretricia, ne uideat irrationabilis audacia illa, cuius à poeta inducta eſt. Non te di.ch.f.dignū pro digne, aut deeſt facinus, ut ſit te non dignū facinus feciſti, mira accuſatio mixta laudi & blandimento. Nam ſi.e.d.& deeſt, ut ſit ordo nam & ſi maxime, & bene additū eſt maxime, ut appareat qđ etſi digna pati ſit meretrix, non tamē maxime digna pati Thais eſt. At tu.in.q.f t.re.dixit, quattuor em̄ ſunt modi in huiuſmōi rebus, ita ut aut uterq; dignus ſit, aut uterq; indignus, aut alter dignus, alter indignus, aut contra. Neq; ædepol.&c.intelligit Thais amari uirginē ab hoc, & ideo ſic ait, ut conciliet nuptias, nam ſatis ſigni eſt, quod Eunuchi habitum propter hanc ſumpſit, & uide quemadmodum ad captionem nuptiarū tranſeat, ut quod dicere non audet Thais oſtendat adoleſcenti coniecturis, quē tentat, ſciens amantē uirginem. & uiam oſtendit petendæ ſibi uxoris. Hoc mihi.b.ch.blāde nomen repetitū eſt Chærea. At nunc, dehinc.ſ.nunc iam Chærea uera ueris æquiparans, recedit à iocularibus. Sæpe ex.h.re.hoc eſt turbulenta. Quapiam, quęcunq; uel aliqua. Quid ſi.h.&c plæraq; repentinis impulſionibus nata, miriſq; prouentibus deo aſcribi ſolent, ut Virg. Deſcendo hac ducēte deo flammā inter & hoſtes, & Hic me digreſſum ueſtris deus appulit oris. & Saluſt. Vt tanta repente mutatio non ſine deo uideretur. Quid ſi.&c.uult amorem intelligi deum. Equidem.p.&c.ut æterna inter nos ſit gratia, & ex malo principio cōpleatur magna familiaritas, & uolo euenire ſubauditur, & eſt ſyllepſis tertia. immo.i.q.utrū meretricē, an per os, quæſo.n. utrumq; accipi poteſt, an quæſo unū. Hoc.ſ.ſcio unde ſciat Thais, inepte quæritur cum ipſa res damnet nunquā hanc conditionē ſubiturum Chæream ut pro Eunucho etiā ſeruo ſe fingeret ſine amoris impulſu. Nunc.i.t.quod culpa non ſit hominis ſed amoris. Non inhu.i.ſum.hoc eſt immittis nō ſum quantū putas, ut Non obtuſa adeo geſtamus pectora pœni. Neq; tam imperita.i.non experta. Vt quid.&c.non inhumana quia homo, nō imperita quia meretrix, & neq; tam imperita iugt.q.d. neq; tā pudica ſum, ut qđ amor ualeat neſciā. Te.q.iam.t.bene quoq;. non enim iam hanc ita amat, ut negligat illam, ſed hāc illius cauſſa. Pol. ti.ab iſt.he.intell. facete tanquā ſoleāt capillū ac ueſtem cōſcindere qui amauerint. Non auſim.pro nō audebo, & eſt uerbū huius tēporis tantū non au

non auſim, utrum propter ætatem, an propter fratrē ſuum Phædriā potius. Nihil ti. quicquā. parelcon quartū, aut nihil pro non. Deſinas. pro eo qđ eſt deſine, aut deeſt fac, ut ſic fac deſinas. Ego. m. t. &c. ſatis amatorie, ut appareat nunc maxime captū Chæream, ac mancipatū uirgini, cōmendamus nos cognitis, cōmittimus ignotis, ergo auxeſis eſt maioris officij fidei circa Thaidē. Te mi. ma. cu. t. adiectiui uim habet, ex animo ſupplicantis habitum adoleſcētis oſtendit. Emoriar ſi non. h. u. d. uide amorem adoleſcentuli, cui in ipſo flore nihil dulcius uita eſt, ipſam tamen deſpicere ſi ſibi uxor hæc non datur. Tamen ſi pater, eclypſis aut apoſiopeſis ſecūda. Ah quid uolet certe ſcio, ah quid deeſt dicat, ſed iſta omnia ad confirmationē ualent. Ciuis modo. h. ſ. mire hic in uotum cōuerſus, qui timet potuit non ducturus uxorem. Paululum operiri, & ſi uis iam. ſ. i. a. u. adeo cito probari poteſt. Ego uero maneo, uero modo cōſentientis eſt aduerbiū, aliâs confirmātis, aliâs cōiunctio, aliâs particula ironiam iuuans, ut Egregiā uero laudem & ſpolia ampla refertis. Domi potius operiamur quā hic, a. h. non ignara illecebrarū meretrix, non ſolum Chæreā retinet, uerumetiā, uocat, ubi uirgo eſt, & ſatis callide interrogat, an uelit quaſi neſciat uelle. Immo ꝑcupio, amatorie nō uolo, ſed cupio. Hunc tu in ædes, ꝓnomen in his plus ualet quā accuſatio. Hunc tu in. æ. c. mire cum ille iam uelit cogitas dixit, uolens ut nō recogitet. Cogitas &c. ꝑ ancillæ uerba uult oſtendere quā ſit tractandorꝫ adoleſcentium experta meretrix. Poſthac, poſt hoc factum, poſt hanc audaciam. Crede hoc meæ. fi. puellariter dixit meæ fidei. Dabit hic. a. p. pugnam pro ſtuprū dixit, ut At, non in uenerē ſegnes nocturnaq́ꝫ bella Ferenti & ingēs facinus. ut Lucil. Vicimus ô ſocij & magnā pugnauimus pugnam. Dabit autē ꝓprie pro inducet, ut Magnā dabit ille ruinā, arboribusq́ꝫ. ſ. ſ. Hau. ta. ob. hau interiectio eſt ꝑturbatę mulieris, ut apud græcos ἆυ. Parum perſpe. ui eius au. parum ironia eſt, ut non ſenſiſſe, ſed perſpexiſſe dixit. Iam non ſit expienda illius audacia quæ ꝑfecte cognita ſit. Non fa. py. bene & moraliter appoſitum Pythias. Non pol cre. Chæ. ni. cōmiſ. nō erit, ioculariter ut ille Pythias dixit, ita hæc Chærea. Quin Py. iterum nomē uultuoſe eſt additū, quin ꝓ immo. Neqꝫ pol. f. t. q. d. auſim, totum ioculariter & geſticuloſe, ut puellā cum adoleſcentulo fabulari uideas, Adeſt. o. ipſe. f. optime opportune, & non eſt additū cuius frater, utpote in re manifeſta. Nolo me in uia cum. h. u. u. ſubtiliter adoleſcens quia nihil ꝓfecerat dicēdo ꝑcupio, inuenit cauſſam quā tandem ingredi poſſit. Quamobrem. t. pro tamen, interrogatio hæc increpationem continet impudentiſſimi facti. An quia hæc interrogatio irriſionis plena eſt in eum quē nihil pudet. Idipſum, hoc ueluti moleſto uultu dicitur adeo ut imitetur dictum uultumq́ꝫ eius Pythias. Virgo ue. ironicos, nam ironia eſt, ut Egregiam uero laudem. Virgo, quaſi quæ minime pudicitiæ ſtatum ac uerecundiā uirginalis ueneretur. I præ ſe. manifeſtum

niſeſtum eſt cur meretrix docta capiendorũ iuuenum præire uelit Chæream, in conſequẽdo ipſa ſit tardior, uult enim liberũ ſine arbitris cum puella eſſe colloquiũ & licitum amore, niſi forte putamus Terentiũ hęc ſine cauſſa feciſſe, qui fuit artificioſiſſimus poeta. nam neq; ipſa egreditur cum Chærea, neq; ingredi ſimul ꝑmittit Pythiam. Tu iſtic mane ut Chremẽ introducas. Pythias relicta eſt ob multas cauſſas, & in primis ut poſſit per eam deluſus Parmeno pauore ſuo ſenem cõpellere ingredi ad meretricem, & præſentẽ fieri ad confirmandas nuptias.

ACTVS QVINTI SCENA TERTIA.

Senarij omnes.

PYTHIAS. CHREMES. SOPHRONA.

QVidquid uenire in mentem nunc poſ-
ſit mihi.
Quidnam? qui referam illi ſacrilego
gratiam,
Qui hunc ſuppoſuit nobis? Ch. moue
uero ocyus
Te mea nutrix. So. moueo. Ch. uideo, ſed nihil promoues.
Py. Iam ne oſtendiſti ſigna nutrici? Ch. omnia
Py. Amâbo quid ait? cognoſcit ne? Ch. ac memoriter.
Py. Bene ædepol narras: nam illi faueo uirgini
Ite intro, iamdudum hæra uos expectat domi.
Virum bonum eccum Parmenonem incedere
Video, uide ut ocioſus ſit, ſi dis placet.
Spero me habere, qui hunc meo excruciem modo.

Vt prolixior eſſet riſus ſpargitur καταστροφή in alias perſonas, & terret ſeruulus Parmenon.

Ibo intrò, de cognitione ut certum ſciam,
Poſt exibo, atq; hunc perterrebo ſacrilegum.

QVicquid uenire in mentem. In hoc loco cogitantis diſputatio eſt apud ſeipſam Pythiæ, quatenus Parmenonem dolo poſſit ulciſci. Quidnã, ſic Cicero, Quænam, quidnã referã. Qui, quomodo, uel ut. Qui hũc. ſ. n. ꝓprie ſuppoſuit, nam ut ſubduci dicunt quę nolumus admittere, ita ſupponi quæ non deſideramus. ſic Plau. Huc ſupponitur hircus unctus nauſea. Moue uero nutrix, uero ꝓ interiectione poſuit ſtomachantis. Video ſed nihil promoues, hinc eſt illud Virgilianũ. Illa gradum celerans ſtudio properabat anili. ſ. non re celerabat, ſed ſtudio. Promoues, proficis. Amabo quid agit cognoſcit ne? exhibitũ ſpectatori eſt quid poſt cœnã geratur, ideſt agnitio puellæ. At memoriter, plus intulit, quã interrogabat, nam magna ſunt ſigna in quibus anilis memoria nõ erat. At memoriter, reſponſionis breuitas attulit compendiũ perquirenti, ne plura interrogaret. Nam illi faueo uirgini. q. d. illi faueo non Chæreæ, & ſimul cauſſa eſt cur illum ulciſci cupiat, quia. ſ. multũ illi fauet. Virum bonum, ironia. Eccum Parmenonẽ incedere uideo, res odio dignior nouitate. ſ. inceſſus. Vide ut ocioſus ſiet inuidet illi ſecuritatem, quem ſollicitum reditura eſt. non em̃ ulla alia erit uindicta poſt præter iſtam. Vide ut ocioſus ſit, uultu dicit, & geſtu eum eſſe ſecurũ, & mire poeta lætum deſcribit, ut repente oſtendat cõmotum eſſe. Si dijs placet. proprium eſt exclamantis indignitate alicuius rei. Spero me habere, pro habiturã, aut ſpero pro credo more ſuo. Meo modo. i. ut uolo Ibo intro. &c. eleganter defatigare Parmenonẽ non neceſſarium putat, ſed ex occaſione, nam poſt dicit ſeire intro, exitura autem ut ipſum in timorem conijciat.

ACTVS QVINTI SCENA QVARTA.

Eiuſdem rationis.

PARMENO. PYTHIAS.

Reuiſo

REuiſo quidnam Chærea hic rerũ gerat.
Quod ſi aſtu rem tractauit, Di uoſtram fidem,
Quantam, & quam ueram laudem capiet Parmeno.
Nam ut omittam quod ei amorem difficillimum &
Cariſſimum, ab meretrice auara, uirginem
Quam amabat, eam confeci ſine moleſtia,
Sine ſumptu, ſine diſpendio, tum hoc alterum,
Id uero'ſt quod mihi puto palmarium
Me reperiſſe, quo modo adoleſcentulus
Meretricum ingenia, & mores poſſet noſcere
Mature, ut cum cognorit, perpetuo oderit.
Quæ dum foris ſunt, nihil uidetur mundius
Nec magis compoſitum quidquam, nec magis elegans.
Quæ cum amatore ſuo cum cœnant, liguriunt.
Harum uidere ingluuiem, ſordes, inopiam,
Quàm inhoneſtæ ſolæ ſint domi, atq; auidæ cibi,
Quo pacto ex iure heſterno panem atrum uorent.
Noſſe omnia hæc, ſalus eſt adoleſcentulis.
Py. Ego pol te pro iſtis dictis & factis, ſcelus,
Vlciſcar, ut ne impune in nos illuſeris.

Exagitatur ſeruulus ut ſit καταστροφὴ magis ridicula.

REuiſo quidnam Chærea.&c. Aſtu ꝑ aſtute, mo-
do aduerbiũ eſt, & aliâs nomẽ, ut iam in aſtu ue
nit. Dij ueſtrã fidem, modo non inuocantis, ſed
admirantis, & eſt figura ἐκφώνησις facta. Nam
ut alias. o. quod. e. a. dicit cum dicere deberet, qd
ei amorẽ, & difficillimũ & cariſſimũ. Confeci.
primo quaſi oblitus dicti ſuperioris trãſit ad uir
ginẽ, deinde addit cauſſam ex abundanti, quod
dixiſſet amorem confeci, poſſet intelligi confeci
expediui, perfeci, aſt uero uirginẽ cõfeci quid in-
telligimus niſi hoc unum, quod inſultanter Parmeno confecit ꝑfectam
uirginem. q. d. ſuperatam atq; deuictam, nam proprie hoc uerbũ con-
uenit gladiatoribus his qui grauiſſimis uulneribus occubuerunt. ſic Ci
cero in Cathilinã. Gladiatori illi confecto & ſaucio. conuenit ergo ſer-
uilibus uerbis uelut iocoſo uerniliter iactanti rem confectam eſſe in pu
ella uirgine, & non exhiberi Chæreæ damnũ, uel negociũ à meretrice
auara. Virginem quã amabat, apoſiopeſis ſecunda. Difficillimũ, quia
uirginem quã amabat. Cariſſimũ, quia à meretrice auara. In ue. eſt, ue-
ro niſi ornatiuũ eſſet nihil ſignificaret. Palmariũ, palma dignum. Quo-
modo. a. m. &c. optime nõ meretricis dixit, ſed potius meretricũ. Ma-
ture. cito & ante tempus. Vt cum. c. ſuauiter nõ nouerit, ſed cognouerit
dixit. quod eſt plenũ ꝑſpicaciæ. Vt cũ. co. bene addidit mature, ſerẽ em̃
cognouiſſe obfuit, ſed id ad illecebrã fuit quod cognitus eſt cito. Quæ
dum foris ſunt, apud amãtes. ſ. Videtur nihil mũdius, bene uidetur, nõ
enim ſunt. Videt. m. &c. bona uarietas, nã hęc om̃ia ꝑ magis aduerbiũ
ꝓferri, nec om̃ia ꝑ comparatiuũ gradum. Nec. m. &c. more ſuo ne dice
ret cõpoſitiuis. aut elegãtius. ut ſupra. Hic nemo fuit minus ineptus ma
gis ſeuerus. Quæ cum. a. &c. unũ cum præpoſitio. alterũ coniunctio, &
* dicitur hæc figura liptores. * Liguriunt ἀπὸ τοῦ λιγυροῦ
ſecundũ græcos ſuaue intelligitur. Ligurire dicitur qui elegãter, & mo-
re ſenum multo faſtidio ſuauiora quæq; deguſtat. Harum uidere, ideſt
ordo erat harum uidere ingluuiem, ſordes. inopiam, quã inhoneſtæ ſint
domi, ideſt cum ſolæ ſint, ut ignotæ atq; auidæ cibi, quæ cum foris ſint
cœnant. ſ. Quo pacto ex iure cõpoſitum, aut deeſt madidum, aut mace-
ratum, aut emollitum, nam apparet & ſordidũ eis, & quaſi acre. ut du-
rus uterq; panis qui ex iure extremo ſit condendus, cui contrariũ Salu.
fuit de delitijs militum loquens. Panes em̃ indies mercati inquit. Ex iu-
re heſterno. panem atrum uocat, hoc eſt ut quidã uolunt ex antiquitate
mucidum, quaſi panẽ mucidum, heſterno iure accipientes deglutiunt.
Ego pol te pro iſtis dictis & factis ulciſcar ſcelus. miro artificio poetæ,
& ab initio non placatur Pythias, nec in gratiã redit Chærea, & inſuper
nũc mire à Parmenone irritatur magis, ut per eam Parmeno terreatur,

adeo

adeo ut per eum ingredi ad Thaidem cogatur ſenex, & demũ per ſenẽ, nuptiæ confirmentur, hæc ergo artificibus & eruditis, cætera ſpectatoribus poeta exhibet.

ACTVS QVINTI SCENA QVINTA.

Septenarij, ac quadrati Trochaici.

PYTHIAS. PARMENO.

PRoh fidem deûm, facinus fœdum, ô infelicem adoleſcentulum,
O ſceleſtum Parmenonẽ, qui iſtum huc adduxit. P. quid eſt?
Py. Miſeret me, itaq; ut ne uiderem miſera huc effugi foras,
Quę futura eſſe exempla dicunt in eum indigna? Pa. ô Iupiter.
Quæ illæc turba'ſt? numnam ego perij? adibo, quid iſtuc Pythias?
Quid ais? in quem exempla fient? Py. rogitas audaciſſime?
Perdidiſti iſtum, quẽ adduxti pro Eunucho, adoleſcentulũ
Dum ſtudes dare uerba nobis. Pa. quid ita? aut quid factum'ſt? cedo.
Py Dicam, uirginẽ iſtam Thaidi hodie quæ dono data'ſt
Scis eam hinc ciuẽ eſſe, & fratrem eius adprime nobilem?
Pa. Neſcio. Py. atqui ſic inuenta'ſt; eam iſte uitiauit miſer.

Ille ubi reſciuit factum frater uiolentiſſimus.
Pa. Quid nam fecit? Py. cōligauit primū eū miſeris modis.
Pa. Hem conligauit? Py. atq; eqnidem orante ut ne id faceret Thaide.
Pa. Quid ais? Py. nunc minatur facturum ſe id, quod mœchis ſolet:
Quod ego nunquam uidi fieri, neq; uelim. Pa. qua audacia
Tantum facinus audet? Py. Quid ita tantum? Pa. an non hoc maximum'ſt?
Quis homo pro mœcho unquam uidit in domo meretricia
Deprehendi quenquam? Py. neſcio. Pa. ac ne hoc neſciatis Pythias.
Dico, edico uobis, noſtrum eſſe illū herilem filiū. Py. hem.
Obſecro an is eſt? Pa. ne quā in illum Thais uim fieri ſinat.
Atq; adeo aūt cur non egomet intro eo? Py. uide Parmeno
Quid agas, ne illi proſis, & tu pereas: nam hoc putant,
Quidquid factum'ſt, ex te eſſe ortum. Pa. quid igitur faciam miſer?
Quidúe incipiam? ecce autem uideo rure redeuntē ſenem.
Dicam huic an non? dicam hercle, & ſi mihi magnū malum
Scio paratum, ſed neceſſe eſt huic ut ſubueniat. Py. ſapis,
Ego abeo intrò, tu iſti narrato oēm rem ordine ut factū ſiet.

Proh

PRoh deum fidem facinus fœdum. Vim magnam oſtẽdit deorum implorãs fidem, quaſi in hoc negocio nihil proſit humanũ conſilium. Proh deum fidem, ſimulata perturbatione ſui Parmenonem terret Pythias. Proh deum fidem, hæc ſingula ꝓnunciãda ſunt pauido & attonito uultu. Fœdum, crudele. Salu. Fœdi oculi. O infœlicem adoleſcentulũ. plus eſt miſeriã adoleſcentis dicere Pythiam quã iraſci ei. O ſcœleſtũ Parmenonẽ, ut ꝟba ſunt perijt profecto miſer adoleſcens, cum in eodem peccato iraſcitur Parmenoni Pythias non Chæreæ. Miſeret me. hæc omnia quaſi ſecũ loquitur, & fingit ſe neſcire quod aſſiſtat Parmeno. Quæ futura eſſe dicunt exẽpla in eum indigna. graues pœnæ quæ poſſunt cæteris documento eſſe exempla dicuntur. Quæ futura dicunt. i. e. modo per indigna, fœda crudeliaq; ſignificat, ut atq; illi miſerum, ut. Quæ illæc turba eſt, an quæ loquiẽ, an quæ oſtendat ex uultu ac dictis, ſed apparet ex uultu Pythiæ turbã dicere, ut in Andria. Quid nam. p. e. u. uereor quid fiet. o. u. &c. Rogitas audaciſſime. totũ hoc terribile eſt in geſtu, ac uultu Pythię, ac nimis uſitatũ & fœmininũ. Perdidiſti. i. q. a. pro. e. artificioſe nõ accuſat quid peccauerit aduerſus Thaidẽ, quaſi ex pœna adoleſcẽtis plus doleat quã ſibi iraſcaẽ Parmeno. Dum ſtu. d. u. n. bene ſtudes dare, neq; eñ dediſti. Quid ita deeſt dicis, ut ſit quid ita dicis. Scin eam ciuẽ. h. e. eam abundat quẽadmodum ſupra. Quã amabat uirginem eam confeci ſine moleſtia. Et fratrem. e. ap. n. hæc ad terrorẽ & gratiam aucta ſunt, nam primo uirginẽ poſuit, poſt ciuem, ad ultimũ nobilis ſororem. Neſcio. ꝑturbatus Parmeno nec negare potuit, nec cõſentire uolebat, ſed quaſi defenſionis loco dixit neſcio. Atqui, ſic in: eſt. facile creditu qđ neſciat. ergo Pythias nõ laborat, ut ſuadeat ciuem eſſe. Atqui. ſic. in. eſt. magnũ honorẽ incutit audienti, nõ accuſando, ſed miſerando Chæreã. Frater. u. hoc inuentũ eſt quod daretur ad nobilem. Colligauit. p. e. mira tarditas torquẽdum Parmenonem, ſimul etiã relictis ad ſuccurrẽdum locus. Atqui equidem. o. ne. id. f. t. adeo uiolentiſſimus, & recte hoc additũ ne ſperet auxilium ad Thaidem. Nunc minaẽ ipſe, bene minatur ut ſuccurri poſſit ei qui nõ ſit paſſus. Minatur. p. ſ. ſ. deeſt facturum. Quod. m. ſ. deeſt fieri. Quid ita. t. minus callide Pythias hunc dicit uiolentũ, & tamen iniuſtum audacemq; dici non patitur, ſed defendit, ut magis terreat Parmenonẽ. In domo meretricia. d. q. cauſſa finalis uirginem ciuem apud meretricẽ uitiauit, mercedem offerri petiẽ ad ſuppliciũ. Neſcio, quã aſtute dixit neſcio, ne laborans ad contradicẽdum amitteret fidem ſimplicis ꝑſonæ, ac uera dicentis. Vult eñ magis nuncij officio fungi quã ꝑſuadentis. Dico. e. u. * ut ſupra. * Vbi quærã. u. i. Dico. t. p. Edico oĩbus tuis, ergo ad uniuerſos utrũq; refertur, & dico & edico. Obſecro an is eſt. inſultantis. ut in Phor. Hoccine eras. nã ſciebat eum eſſe. Nunquã. i. e. &c. quã bene ꝓuidet Pythias,

equidem.o.n.n.ſ.i.t. Neqꝫ.i.pro.&.t.p.totū hoc ad id addidit,ut ſenex intromittatur ad confirmādas nuptias ſed poeta hoc agit ꝑſona neſciēte.Quidue inci.ꝑficimus mediocria,incipimus ingētia.Ecce autē.u.r.r.ſ.choragij eſt adminiſtratio ut opportune in ꝓſceniū.Dicā huic an nō, quod non eſſet uериſimile niſi dubitaſſet, quid em̄ ad Chæream ꝑtinet, ſi quid ad ipſum ꝑtinet dubitat.Scio paratū.ſ.n.eſt, hæc cauſſa dubitādi fuit quod hic Parmenonis,illic adoleſcentis periculū cernitur.Sapis, ſapis dicit nō uides quod futurū ſit,ſed tamē deriſiſſe contenta. Sed ne.eſt me.h. dicere ſubaudiendum eſt,ut ſit ſed neceſſe eſt dicere. & à ſynthеton,& inferendum eſt quod ſequit̃,em̄ propterea uel quid tale.

ACTVS QVINTI SCENA SEXTA.

Senarij.

LACHES. PARMENO.

Parmeno ſeſe temere prodit.

EX meo propinquo rure hoc capio commodi:
Neqꝫ agri, neqꝫ urbis odium me unquā percipit,
Vbi ſatias cœpit fieri, commuto locum
Sed eſt ne ille noſter Parmeno? & certe ipſus eſt.
Quem præſtolare Parmeno hic ante oſtium?
Pa.Quis homo'ſt? ehem ſaluom te aduenire here gaudeo.
La.Quem præſtolare? P. perij.lingua hæret metu.L. hem,
Quid eſt quod trepidas? ſatis ne ſaluæ? dic mihi.
P.Here primum te arbitrari quod res eſt uelim
Quidquid huius factum'ſt,culpa non factum'ſt mea.

L.Quid?

L. Quid? P. recte ſanè interrogaſti: oportuit
Rem prænarraſſe me. Emit quendam Phædria
Eunuchum, quem dono huic daret. L. cui? P. Thaidi.
L. Emit? perij hercle, quanti? P. uiginti minis.
L. Actum'ſt. P. tum quandam fidicinam amat hic Chærea
L. Hem, quid? amat? an ſcit iam ille quid meretrix ſiet?
An in aſtu uenit? aliud ex alio malum.
P. Here, ne me ſpectes, me impulſore hæc non facit.
L. Omitte de te dicere, ego te furcifer,
Si uiuo, ſed iſtuc, quidquid eſt, primum expedi.
P. Is pro illo Eunucho ad Thaidem hanc deductus eſt.
L. Pro Eunuchon'? P. ſic eſt, hunc pro mœcho poſtea
Comprehendere intus, & conſtrinxere. L. occidi.
P. Audaciam meretricum ſpecta, L. nunquid eſt
Aliud mali, damniúe, quod non dixeris,
Reliquum? P. tantum eſt. L. ceſſo huc intrò irrumpere?
P. Non dubium'ſt quin mihi magnum ex hac re ſit malum
Niſi quia neceſſe fuit hoc facere, id gaudeo,
Propter me hiſce aliquid eſſe euenturum mali:
Nam iam diu aliquam cauſſam quærebat ſenex,
Quam obrem inſigne aliquid faceret: is nunc reperit,

 Ex meo pro-

EX meo ꝓpinquo rure hoc capio cõmodi. Adnotandum quod huius ſenis nomen apud Ter. nõ eſt, apud Menandrũ Simõ dicit. Ex meo.p.r.&c. confirmatur ſtatus mẽtis trepidantis ſenis, ut adpareat quã inopinato male omen fieri poſſit, qđ ipſum ſuperius etiam in Parmenone ſeruatũ eſt. In paratis enim mentibus mala maiora ſunt. ergo iã ocioſus incedit ſenex, ut neq; mores increpet, nec quidquã ſuſpicet mali, ſed agat gratias proximæ uillæ, cuius beneficio non ſcit quid in urbe agerent filij, & nũc adeſt ubi opus eſt poetæ. & uide hanc cauſſam fuiſſe, cur non ad uillam diuerterit, cũ omẽs uillas comicas ſuburbanas eſſe, cõmoditatẽ ipſam nunc explicat & oſtendit, Neq;.a.neq;.u.&c. tragicus apparatus, delitias memorat, qui periculũ cogniturus eſt. Odium.u.m. faſtidium ex abundantia eſt. Vbi ſa.c. ſuffecerant ad hanc ſententiã duo ſuperiores, ij uerſus, ſed energia eſt ſenilis eloquij faceti & garruli. Simul cõ. mira breuitate duas res explicuit. Simul ubi ſacietas eſt, deeſt nã, ut ſit. nam ubi ſacietas cœpit fieri, & cœpit pro cœperit. Sacietas, odium ab eo qđ præcedit id quod ſequitur. Sed eſt ne noſter ille Parme.e.c.i.e.& dubitauit & firmauit poſtea utpote ſenex uiſu iam languido atq; oculis ætate defeſſis. Quem pręſto. Par. inquit noue, nõ cui pręſtolare, ſed quẽ dixit, aliter Tullius. Qui tibi ad forum Aureliũ præſtolaretur. Præſtolari eſt præſto eſſe, & adparere, hoc eſt obſequi. Quis.h.e. quare quis homo cũ pręuiderit uenientem, utrum nõ uult uideri ꝓuidiſſe ne quid fallaciæ paraſſe uideatur. ſic & in Andria. Quaſi de impr.r.ad.e. uel quia ꝑturbatũ exanimatus qui dum quid apud Thaidem geratur auſcultet, non uidet ſenem propius adcedere, quẽ longe uiderat, an uero idcirco hoc fingit quia quod parabat dicere de Chærea, poſtquã cominus uentum eſt, nõ audet loqui? Lingua.h.m. Virg. Et uox faucibus hæſit. Quid tre. inſtandum eſt ſeni ad audiẽda quæ de facili nunquã fateretur Parmeno. Satin ſalue, integre, recte, commode. Plau. in Trinũmo. Beneuolens tuus atq; amicus. Satin ſal. dic.m. nunc aduerbiũ eſt, producta eſt e litera. Saluſt. Inde ortus.ſ.p.u. Satin.ſ. quã grati ducibus ſuis quãtis familiaribus copus agerẽtur. Here.p.t. Quæ ante narrationẽ confirmatio inducitur cõtra morem & præcepta eſt, ſed merito, quia ꝑturbatus eſt, licet ſimul ut nõ poſſit dicere. Quidquid.h.f. eſt abſolute ut ſupra. Et quidquid huius feci, cauſſa uirginis feci, aut deeſt rei, ut ſit huius rei ſtomachoſe. Quid inter. quis em̃ ante crimẽ quã obijciatur aut ꝓponatur neget? Recte ſa.i. Ter. ipſe ſe reꝑhendit, non ordine factum eſt præ timore & conſciẽtia. Emit.q.p.e. uide narrationẽ à neceſſarijs & urgentibus cœptam, nõ in ſe continere. niſi quod rei conditio cogit fateri. Emit in.e.&c. non dixit

* cui dono daret, aliter ab amoris mentione cœpiſſet, deinde *

quendam ſignificat, huic more ſuo dixit. potius quã meretrici, qui etiã

interrogatus

interrogatus Thaidi potius dicturus eſt, quã ut nomen dicat, quo oſtenditur ſenex. eunuchi etiam ſolius mẽtio neceſſaria eſt, quia dicturus eſt pro Eunucho deductum Chæream. Actum eſt. deſperantis uerbum. Quandã ſi. extenuatio criminis eſt, qđ uirginẽ, qđ ciuẽ uitiauerit. Tum q. ſ. mire ex neceſſario uariauit, ille emit, ut Eunuchum mittat ad Thaidem, hic amat ut deduci ſe pro Eunucho uelit. Hem quid. a. hæc ſingula ꝓnunciãda ſunt ut ſtuporẽ nimiæ indignatõis oſtẽdant? An ſcit. i. i. &c. quia fidicina meretrix eſt. An in. a. u. in Aſtu, in urbem de pyræo, an in Aſtu uenit, ſic Athenienſes uocabant urbem ſuam, unde ipſi incolæ uocantur. Aliud ex alio. m. hoc ſeparatim dixit ſenex fixis in Parmenonẽ oculis. Here ne. m. ſ. &c. ipſum accuſat conſcientia. non em̃ quod leuius eſt dixit, me ſciente. cũ plus inferat, me impulſore. Ego te. ſ. &c. modo omnis ſæuitia comica aut in cõmutatione eſt, aut in adparatu uerboꝝ. Si uis Apoſiopeſis. te ulciſcar, quia neceſſario ſequitur. Sed. i. q. eſt inuẽta cauſſa cur ſupplicia deferãtur, donec uxorẽ ducat Chærea & ipſe purget Parmenonẽ, ſecundum argumenta, qui ſibi ipſe ꝓſpexit, iuſſu coactuq; feciſſet, & impio herilis filij ſui Chæreæ. ſ. Is pro. e. a. t. d. eſt, bene deductor, ipſe ſilet. Pro eu. non interrogat, ſed exhorreſcit. Hunc p. m. p. bene ſtuduit Terentius pro bis numero dicere, & pro Eunucho. & pro mœcho quaſi excuſans dixit. nam uere in uirginẽ Atticam, non pro Eunucho, ſed mœchus. Sic eſt. h. q. p. m. poſtea bene utrũq;, quia neq; Eunuchus eſt qui uitiauit uirginẽ, neq; mœchus qui in domo meretricia, & ſpecta quã oratorie tranſtulerit mentionẽ uitiatæ uirginis. Pro mœcho inquit ut culpam Chæreæ ſub meretricis adcuſatiõe cælaret. Hunc pro mœcho. bene totũ pro. quia neq; Eunuchus qui ephebus, neq; adulter qui amator. Comprehendere intus & cõ. quo dicto uim ingentem inferri ſignificat Chæreæ. Comprehendere ſignificat ſtrictum aliquem in facinore deprehenſum. Audaciam meretricum ſpecta, maior emphaſis adcuſatiõis eſt per pluralem numerum quã ſingularem, ſic alibi, An potius ita me comparem non perpeti meretricũ contumelias? Audaciã m. oratorie auertit iram ſenis à ſe & à Chærea, atq; deriuat in meretricẽ. Nunquid eſt. a. m. d. bene interrogat, quia omnia inuitus ſeruus dicere uidebatur, cum & damnũ malum ſit de proximo collatũ, diſcernitur & damnum ad emptionem Eunuchi, & malũ comprehenſum pertinet, & conſtrictum Chæream. Ceſſo hunc intro erumpere, in tantã formidinẽ coniectus eſt ſenex, ut non mirentur, quod tam cito nuptias firmet, & ephebi & uirginis, quãuis honeſte, tum quia ex ingenti metu, uel indigno matrimonio filij uitam paciſci uellet. Non. d. q. &c. ſuaue eſt neſcire perſonas quid agat poeta, ita non periclitaturus Parmeno. Niſi quia neceſſe fuit hoc facere. neceſſe eſt nomen. Nam neceſſus neceſſis, & neceſſitas & neceſſum lectum eſt. Id. g. ſ. ut ſubcurratur Chæreæ periclitãti. Propter. m. plus dixit. quã ſi per me diceret. Hiſce. à meretricibus, nõ adoleſcẽtibus, & item pluraliter ſuo more, ut audaciã meretricum ſpe-

cta, & non perpeti meretricum cõtumelias. Nam tamdiu aliquã cauſſam querebat ſenex. nota cauſſam pro occaſione. Quamobrem aliquid inſigne faceret hoc manifeſtius Menander explicat, iampridem infeſtũ meretrici ſenem poſt corruptũ ab ea Phædriã, nunc demũ ſe inuenta occaſione uindicaturũ. Quãobrem. quãuis dixiſſet cauſſam intulit, quãobrem. quamuis inſigne aliquid magnũ, & nobile facinus dicturus dixit. Nunc, r. prouerbium in eos qui ipſi ſe produnt, quia ſenex non facile caperetur, niſi emitteret uocem noctu.

ACTVS QVINTI SCENA SEPTIMA.

Septenarij, atq; nonnulli quadrati.

PYTHIAS. PARMENO.

NVnquam ædepol quidquam iam diu
quod magis uellem euenire,
Mihi euenit, quàm quod modo ſenex
intrò ad nos uenit errans,
Mihi ſolæ ridiculo fuit, quæ quid timeret ſciebam.
Pa. Quid hoc autem'ſt? Py. nunc id prodeo ut conueniam Parmenonem.
Sed ubi obſecro'ſt? Pa. men' quærit hæc? Py. atq; eccum uideo, adibo.
Pa. Quid eſt inepta? quid tibi uis? quid rides? pergin'? Py. perij,
Defeſſa iã ſum miſera de te ridendo. P. quid ita? Py. rogas?
Nunquam ædepol hominẽ ſtultiorẽ uidi, nec uidebo. Ah

Nõn poſſum ſatis narrare quos ludos præbueris intus:
At etiam primo callidum & diſertum credidi hominem.
Pa. Quid? Py. ilicóne credere ea quæ dixi oportuit te?
An pœnitebat flagitij te autore quod feciſſet
Adoleſcens, ni miſerum inſuper etiam patri indicares?
Nam quid illi credis animi tum fuiſſe ubi ueſtem uidit
Illam eſſe eum indutum pater? quid eſt? iam ſcis te perijſſe?
Pa. Hem, quid dixti peſſuma? an mentita es? etiam rides:
Itan' lepidum tibi uiſum eſt ſcelus nos irridere? Py. nimiũ.
Pa. Siquidem iſtuc impune habueris. Py. uerum. Pa. red-
dam hercle. Py. credo,
Sed in diem iſtuc Parmeno eſt fortaſſe quod minitare.
Tu iam pendebis, qui ſtultum adoleſcentulum nobilitas
Flagitijs, & eundem indicas: uterq; in te exempla ædent.
Pa. Nullus ſum. Py. hic pro illo munere tibi honos eſt ha-
bitus, abeo.
Pa. Egomet meo indicio miſer quaſi ſorex, hodie perij.

NVnquam æ.q.i. Pythias egreditur ueluti irriſura Parmenonem, ut ipſa putat, egredi autẽ à poeta cogitur, ut doceat populum quid intus egerit ſenex, ergo perſona cachinans inducitur, quærens Parmenonẽ, aſpectuq; eius ob nimiũ riſum uix loqui potens. Nunquã. æ.q. rarum eſt euenire qd uelis & quod maxime uelis id rarum magis. Intro. ad. n. u. e. Non greſſu errans, nec uia. ſed animo & opinione. Mihi. ſ. r. f. ſingulariter dicit ſoli, non recte ſolæ. ſed antique. ut alibi. Hoc ipſa in itinere alteræ dum narrat forte audiui. Quid hoc. a. eſt. ridentem miratur

Parmeno.Nunc id pro.propter id.Quid rides? pergin.ex huius uerbis
oſtendit,quā multum rideat petulans puella.Perij.proprie hoc uerbum
eſt aptum quaſi ſit laſſa ridendo.Nunquā.p.h.ſt.u.rogitas quaſi narra=
tura uidebatur,& redijt ad inſultationē. Quos ludos.p.ex errore & me
tu nimio ſenis credentis conſtrictum filium ſe offenſurū in domo mere
tricis.At etiam.p.c.&c.hæc omnia ſic in ſcena ꝓnuncianda ſunt,ut riſu
interrumpi uerba puellæ uideātur,maiorisq; inſultationis eſſe, ſi is quē
fatigata riſu eſt iterum dicat, ſe ante de illo multū riſiſſe qui illico credi
derit,non autē hoc ideo dicit quod ꝑſonæ ſuæ fidem deroget, ſed quod
res incredibilis fuerit,qua illi ꝑſuaſerit.aut certe ſi credendū fuerit,non
autem ſtatim,neq; examinata,neq; facta rei cognitione.Illico ne.obiur
gatio de tempore.An non.p.ſl.illud qđ ſupra à ſtulto,hoc quod nunc di
cit à malo fieri potuit? illud ab imprudēte, hoc quod peius eſt à ſciente?
An non pœni.flag.parum uidebatur. ipſe alibi. Quantū hic operæ. f.p.
Plau. in truculento. Pœnitet ne te quod ancillā ſolam.nimis erumpere.
Ni miſerum. inſup.p.in.duo obijcit, unum qđ male conſuluerit, alterū
quod male prodiderit conſilia ſua.& bene indicares, nam indiciū dicit
eius qui unà peccauerit.Nam quid illi.a.c.t.fuiſſe adoleſcenti.ſ. Ni miſe
rum.e.i.p.i.ad inuidiā Parmenonis , miſerū dicit adoleſcentē eo modo
quo Iuno accuſans Venerē ait, An miſeros Troas.a.o. Sic eā agimus,
cum ab his qui falſo rei ſunt,in actores culpā ſceleris remouemus. Qui=
dem.i.ſ.t.p. hoc non ſtupentibus ac culpam patientibus dicitur. Hem.
q.p.nunc demū intelligit Parmeno ſe eſſe deluſum. Etiam rides? adpa=
* ret eam ex eius ſtomacho uehementius cachinare. Nos irri.nos ſuꝑbius
dixit, quàm ſi diceret me. Siquidē.i.in. * ſubauditur tamē
nimium. Verum irridentis interrogatio. Sed in diem.i.p.eſt.f. in longā
dilationē,unde dilatio eſt dicta diei prolatio. Tum.iam.p.iam nimiam
uelocitatem ſignificat. De nobilitas fla.duas res ſignificat , ſimul & co=
gis flagitia facere, & facientem indicas. Vterq;.e.in.t.æ.noua ac merita
tormenta, quæ ꝓ exemplis narrātur , aut quæ documēta ſint cæteris ne
delinquant exempla dicunt, & edent & edet legitur, ſi edent, figuratum
eſt, ſi edet recte, & plus eſt edet quā dabit. Nullus ſum. hoc ſecum Par=
meno.Hic.ꝓ.i.m.t.eſt ab eo ἐι ϱωνικῶς & μεταφοϱικῶς pro munere,
& honos numeri ſingularis qui rumigerulis præberi ſolet.Egomet.m.
i.m.q.ſ.proprium ſoricum eſt uel ſtridere clarius quā mures, uel ſtrepe=
re magis cū obrodunt friuola, ad quā uocem multi ſe intendentes, quā=
uis per tenebras noctis transfigunt eos. Plau. Confeſſorem te faciam ſo
ricia uenia, quaſi ſorex. Hodie.p.quia latere potui, nec occidi ſi tacerē.

ACTVS

ACTVS QVINTI SCENA OCTAVA.

Septenarij.

GNATO. THRASO.

QVid nunc? qua ſpe, aut quo conſilio huc imus, quid cœptas Thraſo? καταστροφὴν ordiatur de milite.
T. Egone? ut Thaidi me dedam, & faciam quod iubeat. G. quid eſt?
T. Qui minus quàm Hercules ſeruiuit Omphalæ? G. exemplum placet.
Vtinam tibi commitigari uideam Sandalio caput.
Sed fores crepuere ab ea, perij. T. quid hoc autem eſt mali?
Hunc ego nunquam uideram, & iam hic quid nam properans proſilijt?

QVid nunc? qua ſpe? aut. q. c. h. i. Reminiſcere hũc eſſe qui ſupra militi dixerit de Thaide. Iamdudum te amat, & rurſus, iam tibi hæc aderit. ſ. u. & hinc uidebis quos exitus habeat aſſentatio. Nã idem militi auctor fuit ſummæ deſperationis. & animaduerte quod ſemp à menſa Gnato inuitus abſtrahebatur, nam & ſupra cum ad litẽ uenitur, ex ỷbis Thraſonis manifeſtũ eſt & Gnatonem inuitum ſequi, ubi dicit hanccine ego cõtumeliã tam inſignẽ. a. g. m? & bene ait qua ſpe, & quo conſilio, tanquã omnia expertus, & nec muneribus gratus, nec terroribus metuendus. Quid. n. quã. ſ. à paraſito intelligitur quid agat miles, ſed ad hoc inducitur interrogare ipſum militem, ut populus audiat quo conſilio ueniat ad Thaidem. Quid. n. quã. ſ. ſumma deſperatio eſt apud militem recõciliandæ amicę, ad hoc ut æquo animo ferat admitti Phædriã,

Phædriam, dum ipſe quoq; recipiatur, nam ne ut erit ſine fabulæ contriſtandus. Quid in.t. Incipere magnorū facinorum eſt, & audaciæ. Vt th.me.d. poſt inductionem belli, & inſtructionē pugnæ quid ſequatur niſi deditio ſupatorū. Et.f.q.iu. ꝓprie. Nam in deditiōe uictores iubēt, uicti obſequūtur. Qui minus. quā.h.ſ.o. hic Terentius exprimit cōſuetudinem in qua ignauis rationes criminū. & exempla ſuppeditant, nā ſic, & ſupra de Pyrrho. Omphale Lydiæ regina fuit quæ Herculem ſibi ſeruientem etiam ad Lanificium cōpulit cum ipſe calathum & colum, cultuſq; fœmineos cum ſagittis & claua, leoniſq; tegmine mutaſſet. Seruiuit Her. Omphale ſubauditur, & ego ſeruiā Thaidi. Vtinā.c.t.u. cōmitigari eſt tundendo deprimi atq; deponi. Sandalio.c. plus dixit caput, quā aliam partem corporis, ut alibi diceret uerberari, & mire calciamento caput. Perij, quid hoc autē mali eſt, Eunuchi habitu Chærea, ſed uirili confidentia proſilijt, & militem uelut noui riualis terret aſpectu. Hunc ego.n.u. ideo Chæream miratur.

ACTVS QVINTI SCENA NONA.

Septenarij & octonarij.

CHAEREA. PARMENO. PHAEDRIA. GNATO. THRASO.

O Populares ecquis me hodie uiuit fortunatior?
Nemo hercle quiſquam, nam in me planè Di poteſtatem ſuam
Omnem oſtendere, cui tam ſubito tot congruerint commoda.
Pa. Quid hic lætus eſt? Ch. ò Parmeno mi, ò mearū uoluptatum omnium.
Inuentor, inceptor, perfector, ſcin me in qbus ſim gaudijs?

Scis

Scis Pamphilam meam inuentam ciuem? Pa. audiui. Ch.
Scis ſponſam mihi.
Pa. Bene, ita me Di ament factum. Gn. audin' tu illũ, quid
ait? Ch. tum autem Phædriæ
Meo fratri gaudeo amorem eſſe omnem in tranquillo,
una'ſt domus,
Thais patri ſe commendauit, in clientelam, & fidem
Nobis dedit ſe. Pa. fratris igitur Thais tota'ſt. Ch. ſcilicet.
P. Iam hoc aliud eſt, quod gaudeamus: miles pellitur foras,
Ch. Frater ubi ubi eſt, fac quàm primum hæc audiat. Pa. uiſam domum.
Th. Nunquid Gnato dubitas quin ego perpetuo perierim?
Gn. ſine
Dubio opinor. Ch. quid commemorem primum? aut quẽ
laudem maxime?
Illum, qui mihi dedit conſiliũ ut facerẽ, an me qui auſus ſim
Incipere? an fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit,
Quæ tot res, tantas, tam opportune in unũ concluſit diem?
An mei patris feſtiuitatem & felicitatem? ò Iupiter
Serua obſecro hæc nobis bona. Ph. Di uoſtram fidem incredibilia,
Parmeno modo quæ narrauit, ſed ubi eſt frater? Ch. præſtò adeſt.

P. Gaudeo. Ch. Satis credo, nihil eſt Thaide tua dignius
Quod ametur, ita noſtræ eſt omni fautrix familię. Ph. mihi
Illam laudas? Th. perij, quanto minus ſpei eſt, tanto magis amo,
Obſecro Gnato in te ſpes eſt. Gn. quid uis faciam? Th. perfice hoc.
Precibus, pretio, ut hæream in parte aliqua tandem apud Thaidem. (ris
Gn. Difficile eſt. Th. ſi quid collibuit, noui te, hoc ſi effece-
Quod uis donum, & præmium à me optato, id optatũ feres
Gn. Itane? Th. ſic erit. Gn. ſi hoc efficio, poſtulo ut mihi tua domus.
Te præſente, abſente: pateat, inuocato ut ſit locus
Semper. Th. do fidem ita futurum. Gn. accingar. Ph. quẽ hic ego audio?
O Thraſo. T. ſaluete. Ph. tu fortaſſe q̃ facta hic ſint neſcis?
T. Scio. P. cur ergo in his ego te conſpicor regionibus?
T. Vobis fretus. Ph. ſcis quàm fretus? miles edico tibi,
Si in platea hac te offendero poſt unquam, nihil eſt quod dicas mihi: (cet.
Alium quærebã, iter hac habui, periſti. Gn. eia haud ſic de-
Ph. Dictum eſt. Gn. non cognoſco ueſtrum tam ſuperbum Ph. ſic erit.

Gn. Prius

Gn. Prius audite paucis, quod cum dixero, ſi placuerit,
Facitote. Ph. audiamus. G. tu cõcede paululũ iſtuc Thraſo.
Principio ego uos credere ambos hoc mihi uehementer
uelim,
Me huius quidquid facio, id facere maxime cauſa mea.
Verum idem ſi uobis prodeſt, uos non facere inſcitia'ſt.
Ph. Quid id eſt? Gn. militem riualem ego recipiendum cẽſeo. Ph. hem,
Recipiendum? Gn. cogita modo, tu hercle cũ illa Phædria
Et libenter uiuis, etenim bene libenter uictitas,
Et quod des paululũ, & neceſſe eſt multũ accipere Thaidẽ,
Vt tuo amori ſuppeditare poſſit, ſine ſumptu tuo
Ad omnia hæc, magis oportunus, nec magis ex uſu tuo
Nemo eſt: principio & habet quod det, & dat nemo largius
Fatuus eſt, inſulſus, tardus, ſterdit noctesq́ue, & dies,
Neq́ue iſtum metuas ne amet mulier, facile pellas ubi uelis.
Ph. Quid agimus? Gn. præterea hoc etiam, quod ego uel
primum puto,
Accipit hominem nemo melius prorſus, neq́ue prolixius,
Ph. Mirum ni illoc homine quoquo pacto opu'ſt. Ch. idẽ
arbitror.
Gn. Recte facitis. unũ etiam hoc uos oro, ut me in ueſtrum
gregem

Recipiatis,ſatis diu hoc iam ſaxum uorſo.Ph.recipimus.
Ch.Ac libenter.Gn.at ego pro iſto Phædria,& tu Chærea
Hunc comedendum, & deridendum uobis propino. Ch. placet.
Ph.Dignus eſt.Gn.Thraſo ubi uis,accede.Th. obſecro te quid agimus?
Gn. Quid? iſti te ignorabant, poſtquàm eis mores oſtendi tuos,
Et collaudaui ſecundum facta & uirtutes tuas,
Impetraui.Th.bene feciſti,gratiam habeo maximam:
Nunquam etiam fui uſquam,quin me omnes amarent plurimum.
Gn.Dixin' ego in hoc eſſe uobis Atticam eloquentiam?
Ironia. Ph.Nihil prætermiſſum.ite hac omnes uos, Valete, & plaudite.

O Populares ecquis me.u.h.f. Hic perſona Chæreæ eſt feruens gaudio, ut adoleſcentuli eſt in proſperis rebus.O populares,non mirum ſi inſane exultat nuptijs, qui iamdudũ ob id ſolum quod uitiauerat uirginem lætabatur.Nemo.h.q. & interrogauit & reſpõdit ſibi,Nemo.h.q.parel con tertiũ. Cui tam ſubito tot contingere bona. tam qualitatis,& tot quantitatis eſt.Quid.h.l.eſt. inucta perſona eſt ad quã geſta hæc narrat Chærea, ut populus & miles inſtruãtur quid intus geſtum ſit.Inuentor in. inuenire ſapientis eſt,incipere audacis,pficere cõſtantis, ergo plena laudatio eſt,& conſtat hoc Chæream laudatiue dicere, nam in ſubditis ſolum conſiliũ attributurus eſt Parmenoni.Scin.m.&c.Syllepſis,& nota ſcin me,cum ſufficeret ſcin,ergo me abũdat,& eſt figura ἀρχαϊσμός.Scis.p.m,amatorie dixit meam uel potius ſponſam meam,uel quã amo.Inuentam cognitã.

gnitam. Ciuem, deeſt eſſe. Scis. ſpō. m. deeſt eſſe, & eſt ſpōſam nunc participium. Audin tu. q. h. a. hocuultu mutato & turbato dixit. Amore. o. in. t. bene in tranquillo, quia mari & tempeſtatibus omis amicæ mobilitas & inſtabilitas comparatur. ſic Horatius. Simplex munditijs, heu quotiens fidem mutatoſq; deos flebit, & aſpera nigris æquora uentis, mutatur inſolens, qui nūc te fruitur credulus aurea, & cætera. Thais ſe. p. c. & c. hoc eſt quod ꝓfuit Phædriæ, quia una eſt domus poſt Pamphilæ nuptias. Incli. & . f. clientelam ut ametur, in fidem ut defendatur. Fratris igit. Th. eſt. t. bene tota, ut ne ex parte quidē ſit militis. Miles pel. f. ſunt gaudia ex noſtris bonis, ſunt gaudia ex aliorum malis hoſtium aut inimicorum, ergo utrūq; genus gaudiorū complexus eſt. Viſam do. bene domi queritur amator excluſus, nam neq; ruri neq; in foro eſt. Perierim. p. quia illud perijſſe ſupra temporale uidebatur. Quin. e. n. & c. hic iam militi neq; ſeruiendi amicæ ut apparet prebetur locus. Sine d. o. qa nunc quis dicitur ꝑpetuo perijſſe. Quid eṁ opus hac exceptione eſt. qñ nemo ita perit ut temporaliter pereat & poſtea non ſit ꝑditus. Correxit paraſitus ſtulti dictum militis, non illum ꝑpetuo, ſed ſine dubio perijſſe opinari reſpōdens. nō eſt eṁ contrariū id opinor te perijſſe ſine dubio, pro certo perijſſe confirmatur miles ut poſt tanta munera ex deſperato ſupplex, ex ſupplice patiēs riualis exiſtat. Quid. c. p. διαπόρησις oratoria familiaris laudantibus. Ci. unde igitur potius incipiā. hoc autem fit, ubi omnia & magna uident & paria. Illum. q. d. m. c. attribuūtur pſonis conſilia, facta, caſus, & orationes, ergo hic laudatur conſiliū Parmenonis, factum Chæreæ, caſus fortunæ. Idemq; euentus, oratio ſenis. Illū q. m. d. c. tria ſunt in uita hominū, conſilia, facta, ſucceſſus, conſiliū animi eſt, factum corporis, ſucceſſus fortunę. Illum Parmenonē. ſ. Quæ to. r. t. & c. bene tot res. q. d. Eunuchū pro quo duceretur, cōmendationem uirginis, abſentiā meretricis, occaſionē uitij inferendi, patris interuentum nuptijs. An. m. p. f. etiam patri laus impartienda eſt, nam non erat tranſeundum feſtiuitatē, quæ & feſtiuus amatori non obſtitit, qd' ignouit ut facilis, unde feſtiuitas in dictis, facilitas uero in animo & factis. feſtiuitatem lætitiā, ut feſtiuus dies eſt. Dij. u. f. cito interuenit Phædriā, utpote qui domi erat. Quæ eṁ nimius affectus in utranq; partem defectus orationis amat, eſt ergo eclypſis, deeſt eṁ gaudeo. Satis. c. ſic dici nota agentibus ſolet. recte igitur huic dicit, cui fiunt nuptiæ gaudeo, & ille ſic reſpōdet, ut amicis gratulantibus decet. Satis. c. credo autē ideo, quia multi ſeſe fingunt cōgratulari cum inuideāt, gaudere cum doleāt. Mihi. i. l mihi. ſ. gaudenti, amatorie huic & mihi ꝓnunciatiōe iuuandū eſt. Perij. quanto minus. ſ. e. t. m. a. hic uero eſt ardor inſuauiſſimus, ut Virg. Formoſum paſtor Corydon ardebat ale. q. d. & ꝓfecto ſic & ſapientes ſpe maxime ad amorē cogunt, ſtulti forma tantum. Obſecro. g. in. t. ſ. mire & quaſi deſperatis omnibus auxilijs. abiecta nimis ſupplicatio in-

catio inducitur.nã & obſecro & gna.id ſignificat & in te ſpes eſt. Quid
uis.f.non eſt hoc interrogantis,ſed oſtendentis nõ eſſe quid faciat. Pre-
cibus.p.nihil militi ſupereſt præter preces,ut uicto,& precium ut diuiti
nihil igitur aliud optat quã ſic res eant,ut perſona Thaidis cõueniri poſ
ſit.Precibus.p.aſyntheta uelut afflicta & laſſa pronuncianda ſunt. Pre-
cio,uarie,quia alibi dixit precatio. Vt hæream,ultimũ genus beneficij
eſt.In parte.a.non.n.dixit ut ęqua intelligatur. Tandem & deſperantis
eſt, & difficulter credentis. Tandem.non eſt aduerbium temporis, ſed
nunc ſaltem ſignificat.Noui.t.deeſt perficere, ſed ubiq; plura geſta ſig-
nificat.miles utpote infantiſſimus. Difficile eſt. uultu & pronunciatiõe
& aſſeueratione affirmandũ eſt.Siquid.t.c.eſt eclypſis,ſi quid pro ſiqui
dem,collibitum eſt efficis.Quiduis.d.a.m.p.donum premiũ eſt,& mu
nus præmiũ,ſed donum præmiũ dijs datur,minus præmiũ hominibus
nam ſeperatim donum deorũ eſt,præmium uirorũ eſt fortium,munus
hominũ & donum , munusq; tam ante factum quã prius ſactum datur,
præmiũ non niſi poſt factum eſt,donũ uoluntariũ, præmium debetur,
omnia ergo σύνθετος pronunciauit,primo donũ,& ſic præmiũ quaſi
unam partẽ orationis. Quiduis. d. p. donũ ut à largo homine,præmiũ
ut à præclaro facinore.Quid uis.d.p.& c.donũ optato ob quod præmiũ
accipias.Præmiũ à me.o.totũ militariter,nam & optato dicitur,& op-
tari à militibus,ut alibi.Virg.Fortis optet qđ uolet præmiũ. Si.e.g.& c.
te abſente pateat,prouerbiale eſt.Prẹſente ab.ut ſorſum deorſum,ultro
citro,& cætera huiuſmodi,fanda infanda,iuſta iniuſta, digna indigna,
uelit nolit.Inuocato.u.ſ.l.ſemper inuocato nõ uocato ſignificat.In & au
get & minuit dictionẽ,inuocato male intelligitur præcibus uocato cum
* ſit * .i.etiam nõ inuitando,quin ultro uenire debeat in ſu-
am domum. Do.ſi.iuro confirmo ſpondeo. Accingar. nõ quia difficile
eſt qd negauit ſupra,ſed ſuis uotis paraſitus adductus eſt ad cœnandũ,
imo & accingar dixit,ſic.n.dicimus in magnis rebus ſuſcipiendis,ut ac
cingunt oẽs operi.Saluete, ſupplex ſine gratia & ſine timore modo ini-
micus & infeſtus. Tu.f.q.& c.hoc totũ ſuperbe,ac minaciter inquit ado
leſcens.Scio,cõpendium poetæ ne rurſus eadem dicerentur. Conſpicor
cõ. uerbum eſt conſpicor. Vobis.f.& hoc ſtulte, quis.n.& riualibus &
inimicis fretũ ſe eſſe dicat,deinde ἀνακόλουθον & uitioſa reſponſio eſt,
niſi.n.addideris ſum,erit & ſolœciſmus conueniens loquenti impolito
homini. Sin.quã. f.ab ea ſubaudiendum eſt. Miles.e.t.hoc cõtumelioſe
& proprie ut militi miles inquit edico tibi. Si te. i. p.o. hoc eſt ſi uel caſu
inuenero , & in platea inquit non circa meretricis fores. Nihil eſt quod.
d.nihil pro nõ,ut ſit non eſt quod dicas mihi.i.nihil eſt quod dicas,pro-
ut dicas mihi,ut ſit quod pro ut,aut quod pro quid,ut ſit dicas mihi,cer
tum eſt aũt ſic ueteres locutos eſſe. Alium. q.aut alium pro quendã po-
ſuit,ut ſit quendam querebam.i.aliquem, aut alium, hoc eſt non quem

tu putas,

tu putas, hoc eſt alium non Thaidem, ſed ſi aliam diceret neq; cõmode, neq; * loqueretur, præualet em̄ maſculinũ genus. Periſti, ordo eſt, poſtquã in platæa hac offendero periſti. Eia, interdum hortantis eſt, ergo nunc eia correctionẽ ſignificat. Non. c. ut. r. ſ. locutio annotãda, mire laudauit ut ꝑſuadere potuiſſet. Veſtrum. t. ſ. non ueſtrũ ſuperbũ. * Veſtrum. ſ. abſolute, ut pol, Crito. a. o. ergo ſubaudiamus uel ingeniũ, uel animũ, uel morem, uel inſtitutũ. Prius. a. p. mira inſinuatione agit, qui non ut conſentiat, ſed ut audiant petit, & bene prius. quaſi non obſtet quo minus faciãt quod uelint, tum deinde quod attentionẽ excitat addidit paucis, deinde ſi placuerit, facilius em̄ flectitur cum quo nõ pugnamus ut conſentiat. Prius. a. quid, fiduciã oſtentat ꝑſuaſoriã rem dicturi. Audiamus, bene non faciamus, ſed audiamus dixi, nã prima oratoris impetratio in mala cauſſa eſt audiri meruiſſe. Tu. c. p. &c. Thra. hoc in bonam partẽ accepit, & ideo paret, putat em̄ uel turpe eſſe ſi humiliter præcetur ſuo nomine, ſeq; audiente paraſitus uel incongruũ ſibi eum præſens nõ à Gnatone laudetur. Iſtuc. t. nõ ad ſe uocat, ſed locũ oſtendit quo abeat atq; cõcedat. Principio. e. u. a. uidet neq; ſe odio haberi, neq; offendi animos audientiũ in militis nomine, hoc ergo oratorie pro eo homine in quo offendit eum, in quo nõ offenditur poſuit me. Huius. q. f. &c. deeſt rei, aut eſt, ut ſit me huius quicquid eſt quod facio, id facere maxime cauſſa mea. hic à ꝑſona diſceſſit, & rem non odioſam pro odioſa poſuit. i. paraſiticã pro æmuli amore & cõmodo. Ver ſi. i. n. p. multũ attulit ad ꝑſuadendũ non eſſe cõmodum militi admittit, ſed ſuum cõmodum, & ipſorũ eſſe commodum. Vos em̄ id. f. in. eſt. oratorie, & ſecundũ inſinuationis p̄cepta ſic dixit, nam remittendo & dubitando magis flectit animos, quaſi aperte ac ꝑtinaciter aſſeueret. Militẽ. e. r. r. c. artificioſe ſatis ſemel intulit om̄e quod durũ dictu ad ꝑſuadendum erat. nam quod militẽ & riualẽ dixit ad eam rem ualet ut magis admittendus ſit, quã excludendus, & ſimul fiducia ſic dicentis parat animos ad audienda quæ dicet. Militem ergo. r. r. c. riuales debent æmuli de mulieribus, facta translatione nominis à feris beſtijs quæ ſitientes cum ex eodem riuulo hauſtum petunt, in præliũ contra ſe inuicem cõcitantur, ſic Ci. ꝓ Celio. Sin erit ex illo fonte riualis inquit. & Home. C. * *
Cenſeo, uide uirtutem poetæ. non em̄ dixit peto, ſed. cenſeo tanquã illis modo conſulat, neq; pro milite agat, Militem ego ri. conſidera quo uultu hoc dicendum ſit, & intelliges & militẽ & riualem & recipiendũ. & ego cenſeo quanta ſignificat. non em̄ dixit Thraſonem, ſed militem, qđ nomen ad ſtultitiã ualet, non ſociũ ſed riualem quod oſtendit, quãdoq; riualis in meretrice capiendus eſt, hunc potius eligendum nõ excludendum, ſed recipiendum dixit, ut & oſtenderet adeo ꝓdeſſe ut etiã de induſtria retinendus ſit. non uolo aut rogo, ſed cenſeo, ut conſiliarius nõ paraſitus uideatur loqui. nam quod ego addit, nõ dicto uſus eſt quo uti ſolent qui plus in negocio uident, nam ſic in Phor. Viris. c. Quæ ſi in rem

tuam

tuam intulerit ego faciam ſedulo, hunc dixiſſe credo, ego amplius deliberandum cenſeo. Cogita modo. aut modo tantũmodo ſignificat, aut temporis eſt aduerbiũ, & ſimul incerta diſtinctio eſt. Et lib.u. ideſt bonorum ciborũ extat edax. Suppeditare.p.ſ.ſ.t. aut ſuppeditare ꝓ ſuppeditari, aut deeſt ſe. ut Accingunt oẽs operi. Ad.o.h.&c. locutio eſt ex negatiua tertia, ut agrũ in his.r.m.n.p.h. Ex uſu magis. pro utilior. Et magis.o.ꝓ opportunior. Nemo eſt. hoc eſt opportunus. Habet quod det. ut diues. Et dat.n.l. ut liberalis. Fatuus eſt. hoc eſt ex uſu ſuo. Inſulſus. ſine ſale & ſapientia. aut ſine ſaltu & facilitate. Tardus in uenerẽ.ſ.c. Stertit plus dixit quã dormit. Noctesq́;.d. plus ſignificat quã ſi diceret diebus, noctibus, ut hoc ipſo nomine conſiliarij auctoritas ineſſe uideat̃.

Fatuus inepta loquens, & à fando fatuus dicit̃, inde fauni fatui, & nimphæ fatuæ dictæ ſunt. fatui igitur ſunt qui uerbis & dictis fatui ſunt. Inſulſi uero corde & animo. Tardus. corpore quæ mẽbris. quanquã & intellectu tardos uocamus qui ſtulti ſunt, ſed melius eſt ſic intelligi, ut ea uitia uideatur dicere, quæ inamabilẽ faciant etiã diuitẽ largumq́; amatorem. nam aut uerba cõmendat, ut pẽdentq́; iterũ narrãtis ab ore. Hic fatuus eſt, aut ſapientia gratũ facit, ut multa uiri uirtus animo. & hinc inſulſus eſt. ſed mihi uidetur fatuũ dicere tantũ qui glorietur, & blandiri amicæ neſciat. Inſulſum qui nõ ſit fallax & cupidus coitus. Tardum qui non facile explicet uenerẽ, quæ res meretricibus odioſa eſt. Fatuus ideſt inſulſus. ſunt qui fatuos animo putant, Inſulſum dictis, ſed male. nam fatui quo dij ſunt, qui & fauni dicũtur & non ſtulti, ſed multũ fantes ideſt loquentes. fatuus eſt inſulſus, hæc quæ nunc addidit, non ex ſuperioribus pendent, ſed ſuperiora uelant plurimũ. nam quia diues & liberalis, potuit obeſſe riualibus, hæc om̃ia bona in milite corrũpuntur, quod fatuus, quod inſulſus, & cætera quæ ipſe ꝑſequit̃. Fatuus inſulſus hæc bene adduntur, quia dixit & habet quod det, & dat nemo largius. ob rem eam uolebat ut amaretur miles à meretrice, & præponẽdus om̃ibus eſſet. ſed ingrata ſunt mulieribus maximeq́; laſciuis hæc om̃ia quæ ſubiecit, fatuus, & inſulſus, hoc pro aceruo uitiorũ cum quadam uultus improbitate ꝓnũciandum, quò magis res in medio poſita eſſe uideat̃.

Vbi uelis, quãdo uel cum. Quid agimus? initiũ conſenſionis, dubitatio eſt eius qui negauerit. Hoc etiã deeſt uel habet. Quod ego paraſitus. ſ. Primũ.p.pri.pu. quaſi paratus. Accipit hominẽ. accipit, paſcit, inuitat. ut illos porticibus rex accipiebat in amplis. Nemo melius prorſus, horum alterum apparat, & alterũ indicat copiam. Mirum niſi illoc homine.q.q.ẽ, facete dixit adoleſcens rei parcus, & qui putet amorẽ ſine damno eſſe oportere, quicq; ſefellerit meretricẽ, non ſolum eijciendum eſſe militem, ſed etiã quouis modo ſuſtinẽdum ac perferendũ. Mirũ em̃ illo homine quoquo. obtinuit paraſitus iam qđ negabatur. primo deliberatũ ut quid agimus poſt cõceſſum, ut mirũ niſi homine.q.p.ac. mire hoc inquit eiuſmodi eſt, cũ mala conditione patiendũ ſit. Idem ego arbitror,

tror, ſane opus fuit conſenſione præcipue Phædriæ cuius res agitur. nã ita & ſeruata perſona eſt tarde cõſentientis amatoris. Recte facitis, gratiarum actio eſt. Vnum etiam uos oro ſubtiliter etiã paraſitus hic ſe adiungit, ſuasq; partes circa hos agit. Satis diu iam hoc ſaxum uoluo. uide quemadmodum ſeruat ſe paulatim etiam in eorum aſſentationẽ ex uitu peratione militis. Hoc ſaxum, prouerbiũ in eos qui extricabili labore adflicti ſunt, & bene ſaxum de ſtulto milite ait, & ſeipſum Siſyphũ Phædriæ fecit. Hoc ſaxum uoluo. uelut Siſyphus apud inferos. Vt me in. u. g. iam laudat & nimis paraſitus eſt, ſi recorderis eundem dixiſſe, facete. lepide, laute. n. ſ. At ego pro iſtoc Phæ. ſubaudiamus & ſum hic aliter non ut paraſitus ait. Phædria & tu Chæ. ambos nominat quaſi legibus paciſcantur. Hunc comedẽdum, & cum cæteris rebus. ſummus poeta etiã fidem oſtendit amicitiæ paraſiticæ exemplo Gnatonis de milite loquẽtis hoc modo. Propino. facete ſic dixit ut paraſitus, & ut qui de eo conuiuio loquereť. Dignus, hæc uerba ultima longi ſermonis eiuſmodi ſunt, ut miles hæc audiens laudatũ ſe eſſe & approbatum exiſtimet. Vbi uis, honorifice reuocat allegatum, cum iniuria dicẽdum ubi uis, quia accede imperatiuũ erat, & ubi niſi quando intellexeris uitium eſt. Iſti te ig. figura διλογια. ad utrunq; eñ pertinet, & laudem & ad mores oſtendit & hoc ambiguũ. Secundum facta & uirtutes tuas. & hoc amphibolum nam uirtutes ironicos pro uitijs poſuit, ut neſcis qui uir ſiet, & ornatus eſſes ex tuis uirtutibus, facta & uirtutes proprie militibus aſcribuntur. Facta &. u, amarior eſt ironia in uitioſos homines quã ueritas. Nunquam. e. f. u. nunquã & locum & tempus ſignificat. Vſquã locum magis, nunquã pro non. Et nunquã uſquam. pro non uſquã. i. nuſquam. Quin me omnes amarint, contrariũ ſuperiori. quid eſt enim quod bene nõ fecerit quicquã, ſi in illo eſt ut ametur. Atticam elo. & hoc ironicos. ut illa quæ ſupra, Atticam dicit uerã atq; Germanã, quia excultior eloquentia dicitur attica, & ſummi oratores attici appellati ſunt. Prætermiſſum eſt. & hoc anceps eſt intellectu gemino ad utrũq;. Ite. h. quo uocat paraſitus an ad meretricem, an ad cœnam militis, ut promiſit, hoc ego credo & cenſeo. Ite. h. comeſſatum ad militem uel Thaidem. Si cœne interfuit meretrix, quomodo poſt acta ſunt omnia, cum mentio noctis facta non ſit. omnia poſt cœnã geſta ſunt, non completa per rixam. Cœna non ſuperfluit plurimũ temporis ad agendum.

FINIS EVNVCHI.

PHIL. MEL. ARGVMENTVM HEAVTONTIMO.

Tanta huius fabulæ elegantia eſt, ut pleriq; à Lælio, quo illis temporibus Romæ nemo fuit eloquentior, ſcriptã exiſtimarint, & poeta ipſe teſtatur in hac puram eſſe orationẽ, qua laude nulla poteſt amplior excogitari. Quid eſt enim admirabilius, quàm ſermo elegans & uenuſtus? Neq; prædicaturus hoc palàm fuerat Comicus, niſi nouam, inſignem, & penè diuinam ſermonis elegantiam eſſe iudicaſſet.

Depingit autem parentum uitia. Nam Menedemus liberaliter amantem Cliniam iuſto inclementius tractat, adoleſcentẽ modeſtum & frugi. Quem poſtquam domo eiecit uictum iurgijs & contumelijs, multo impotentius deſyderat.

Adeo multiphariam hic peccat. Huic ſeni opponit Chremetem monitorem, ſed quem poſtea uideas multo plura quàm Menedemum peccare. Primum is nunquam olfecit perdite amare filium, & compilari ſe à ſcorto ſumptuoſo. Poſt ubi reſciſcit, multo fert impotentius id mali, quàm illa ſolebat Menedemus, ut cognoſcas ferè ita accidere, ut foris, non domi ſapiamus.

EPITASIS.

Porrò quia fingebat poeta uelut oculis captum Chremetem, qui inſignia filij uicia non cernat, adducit patri ob oculos filij amicam, idq; hic periculi eſt, ne reſciſcat Chremes, Bacchidem filij amicam eſſe. Huc omnia conſilia, omnes dolos ſeruuli referemus. Et à Chremete prius argentum emungitur Bachidi numerandum, quàm comperit filij rem agi. Fallitur autem, cum fingitur Bacchis eſſe Cliniæ.

In prima fabulæ parte, ubi Menedemum confirmat Chremes, oratio eſt deliberatiui ſeu ſuaſorij generis, qua hic cõſolatur, erigit, monet animi ægrum uicinum.

In reliqua fabulæ parte, quæ periculum continet, res omnis tranſlatione rethorica agitur, quia quæ ad Chremetis filium pertinent, omnia imputantur Menedemi gnato.

In primis admirabilis eſt hic ſeruulus, cuius callidiſſimis cõſilijs neutiquam reſpondent euentus. Nec uulgariter de ſuo conſilio ſibi ipſe placet, cum ait, Hic me magnifice effero &c. Eſt ea mirifica omnino imago humanorum & conſiliorum & euentuum. Fallunt enim ferè aſtutiſſima conſilia mortales. ſicut Ciceronẽ fefellit euentus belli aduerſus Antonium ſuſcepti. Extant exempla in hiſtorijs innumerabilia.

FABV-

FABVLAE SEQ VENTIS INTERLOCVTORES.

Chremes	Senex
Clinia	adoleſcens
Syrus	ſeruus
Soſtrata	matrona
Bacchis	meretrix
Antiphila	meretrix
Menedemus	ſenex
Clitipho	adoleſcens
Dromo	ſeruus
Nútrix	
Phrígia	ancilla.

HEAVTONTI MORVMNEON. GRAECA EST MENANDRV.

Acta ludis Megalenſibus, L. Cornelio Lentulo, L. Valerio Flacco ædilibus curulib. Egit Ambiuius Turpio, modos fecit Flaccus Claudi. Acta primum tibijs imparibus, deinde duabus dextris. Acta etiam tertia C. Cornelio, M. Iuuenio COSS.

C. SVLPITII APOLLINARIS PERIOCHA.

Trimetri.

IN militiam proficiſci gnatum Cliniam
Amantē Antiphilā cōpulit durus pater.
Animiq; ſeſe angebat facti pœnitens.
Mox ut reuerſus eſt, clā patre diuortitur
Ad Clitiphonē. is amabat ſcortū Bacchidem.
Cum adcerſeret cupitam Antiphalam,
Vt eius Bacchis uenit amica, ac ſeruolæ
Habitum gerens Antiphila, factum id quo patrem
Suum celaret Clitipho, hic technis Syri,
Decem minas meretriculæ aufert à ſene.

Anti-

Antiphila Clitiphonis reperitur ſoror.

Hanc Cliniam, aliam Clitipho uxorem accipit.

IO. CALPHVR NII BRIXIENSIS VIRI CLARIS. IN P.Sexti. Teren. Heautontimorumenon examinata interpretatio.

IN militiam ꝓficiſci. Hæc fabula Menandri græca, quæ facta à Terentio latina, nomen idem obſeruauit ne græci nominis euphoniã ꝑderet. qđ Terentius minus laudis exiſtimaret ꝓpria ſcribere quã græca transferre. Nomen habet à ſene ſeipſum excruciante ob filij abſentiã, quem amãtem, duritia ſua in militiã ꝓficiſci cõpulerat. Heautõtimorumenos, latine ſeipſum excrucians interpretatur. Illud animaduertẽdum omẽs Terentianas fabulas ex utroq; genere mixtas, præter hãc. Nam comœdiæ aut motoriæ ſunt, aut ſtatariæ, aut mixtæ ex utroq; actu cõſiſtentes. In hac quæ plurimũ delectat & actu & ſtilo primæ partes ſunt Menedemi & Chremetis, ſecundæ Cliniæ & Clitiphonis, tertiæ Syri, & ſic deinceps. Hæc etiam ut cæteræ quinq; actus habet, prologum cõcitatum, nam & ſe purgat, & in lædendis aduerſarijs eſt occupatus. Argumentũ quoq; non ſimplicis negocij habet, nec unius adoleſcentis, ut in Hecy. ſed duorum, ut in cæteris fabulis.

ARGVMENTVM.

CHremes grauidæ uxori olim interminatus, ſi puellã pareret nolle tolli. At illa clam anui Corinthiæ nutriẽdam dedit. hanc adultam Clinia inuito pie amare cœpit, cuius duritia & aſſiduis iurgijs in militiã ꝓficiſci compulſus eſt. Poſtea facti patrem Menedemũ adeo pœnituit, ut omnia uenderet & agrum emeret, in eo ſe exerceret, ut ſic filij iniuriã ulciſceretur. paulopoſt reuertitur Clinia. & clam patre diuertitur apud Clitiphonẽ qui & ipſe amabat ſcortum Bacchidem. Mittit accerſitum cupitã Antiphilam Clinia, cum qua & Bãcchis una uenit, hãc adoleſcentes Cliniæ amicã ſimulant Syri technis, Antiphila ad matrẽ deducitur, cuius occaſiõe Syrus decem minas meretriculæ auſertà Chreme. dehinc Antiphila Clitiphonis ſoror reperitur, & Cliniæ in uxorẽ datur. Chremes Bacchidem à Clitiphone a-

mari animaduertit. Iraſcitur, minatur, ſed & Menedemo adhortante filio ignoſcit, & aliam illi dat coniugem. In primo actu agitur de coniunctione ſenū, uidelicet Menedemi & Chremetis ſimul, & de amicitia & familiaritate adoleſcentiū, in qua Clitipho ardentiſſimus oſtendit. Secundus actus continet quemadmodum adoleſcētes amicas receperint, ſimul & Syri callidum cōſilium. Tertius actus exprimit Syri fallaciā in Chre. ut Bacc. credat cliniæ eſſe amicā, & Antiphilā arraboni & Bacchidi relictam eſſe putet pro argēto quod anum Corinthiā meretrici debere finxit. In quarto actu agitur de recognitione Antiphilæ & de extorſione argenti quod Bacchidi Clitipho ꝓmiſerat. Quintus uero actus cōtinet omniū rerum conuerſionē ad iucundos exitus, patefacta cūctis cognitione geſtorum, & quemadmodum Anti. uxorem Cli. duxerit. Clit. uero dimiſſa Bacc. aliam acceperit.

PROLOGVS

Trimetri omnes.

Captatio beneuolētiæ à perſonæ ætate. Propoſitio. 1.

NE cui ſit ueſtrum mirum, cur parteis ſeni
Poeta dederit, quæ ſunt adoleſcentium.
Id primum dicā: deinde quod ueni eloquar.
Ex integra Græca, integrā comædiam
Hodie ſum acturus Heautontimorumenon,
Duplex quæ ex argumento facta eſt ſimplici.
Nouam eſſe oſtendi, & quæ eſſet, nunc qui ſcripſerit
Et cui Græca ſit, ni partem maximam
Exiſtimarem ſcire ueſtrum, id dicerem.

Propoſitio 2.

Nunc quamobrem has parteis didicerim paucis dabo
Oratorem uoluit eſſe me, non prologum,
Veſtrum iudicium fecit, me actorem dedit.

Sed hic

Sed hic actor tantum poterit à facundia, Defenſio.
Quantum ille potuit cogitare commode
Qui orationem hanc ſcripſit quam dicturus ſum.
Nam quod rumores diſtulerunt maleuoli,
Multas contaminaſſe Græcas, dum facit
Paucas latinas, factum hic eſſe id non negat,
Necq; ſe id pigere, & deinde facturum autumat.
Habet bonorum exemplum, quo exemplo ſibi
Licere id facere, quod illi fecerunt, putat.
Tum quod maleuolus uetus poeta dictitat,
Repente ad ſtudium, hunc ſe applicaſſe muſicum,
Amicûm ingenio fretum, haud natura ſua.
Arbitrium ueſtrum, ueſtra exiſtimatio
Valebit. quamobrem omnes uos oratos uolo,
Ne plus iniquum poſſit quàm æquum oratio.
Facite æqui ſitis, date creſcendi copiam
Nouarum, qui ſpectandi faciunt copiam
Sine uitijs, ne ille pro ſe dictum exiſtimet,
Qui nuper fecit ſeruo currenti in uia
Deceſſe populum, cur inſano ſeruiat.
De illius peccatis plura dicet, cum dabit
Alias nouas, niſi finem maledictis facit. Hactenus pro poeta dixit.
Adeſte æquo animo, date poteſtatem mihi,

Statariam

Rogat, ut ſenem placide audiant.

Statariam agere ut liceat per ſilentium.
Ne ſemper ſeruos currens, iratus ſenex
Edax paraſitus, ſycophanta autem impudens,
Auarus leno, aſſidue agendi ſint mihi,
Clamore ſummo, cum labore maximo.
Mea cauſſa cauſſam hanc iuſtam eſſe animum inducite,
Vt aliqua pars laboris minuatur mihi.
Nam nunc nouas qui ſcribunt, nihil parcunt ſeni,
Si qua laborioſa eſt, ad me curritur.
Sin lenis eſt, ad alium defertur gregem.
In hac eſt pura oratio, experimini
In utranq; partem ingenium quid poſſit meum.
Si nunquam auare pretium ſtatui arti meæ,
Et eum eſſe quæſtum in animum induxi maximum,
Quam maxume ſeruire ueſtris commodis,
Exemplum ſtatuite in me, ut adoleſcentuli
Vobis placere ſtudeant potius, quàm ſibi.

NE cui ueſtrum ſit mirũ. Prologus concitatus. nã & ſe purgat, & aduerſarium acriter terret. Actor quoq; ex cõmodo ſuo cur hanc comœdiæ actionem ſuſcepit cauſſas affert. Partes ſeni. bene dixit partes, nam cum comœdia quinq; actus habeat, erat ut inquit Pedianus pſona primarũ partium, erat & ſecundarũ, & ſic reliquarũ. Cic. in diuinatione. Vt in actoribus græcis fieri uidemus, ſæpe illum qui eſt ſecundarũ aut tertiarum partiũ &c. erant igitur partes ſenum, erãt adoleſcentũ, hinc tractũ eſt ut dicatur meæ partes ſunt, tuæ partes ſunt. Qd̃. u, deeſt, ppt.

Ex in

Ex in.g. Teren. Hecyram & Phor. ab Apollodoro tranſtulit, reliquas quattuor à Menandro. Et q.e.i.quo nomine uocaret. Cuia.g.ſit. antiq̃ dictum. Has p.d. docet poeta, diſcit actor, edunt magiſtri. Oratorẽ uo. me eſſe non ꝓ. Officium ꝓlogi ante narrationẽ rei ſemp eſt, uerũtamen & poſt principium fabulæ inducitur, ut apud Plau. in milite glorioſo, & apud cæteros magnæ auctoritatis ueteres poetas. Oratorem. ſic in ꝓlogo Hecyræ. Orator ad uos uenio cum ornatu prologi. Oratorem, oratorem audire oportere ius gentiũ eſt. Oratorem nõ licet iniuriã pati. Ne igitur patiatur iniuriã non ſe prologum ſed oratorẽ nominat. Et orator eſt qui rogat, exorator qui imperat. alibi Ter. Orator ad uos ue. ſinite ex. ſi eſt. Et orator eſt cui cauſſa defendenda mandatur. A facundia bene facundia dixit non eloquentia, facundus dicit qui bene fari poteſt. Eloquens qui & inuenit & dicit. Nam qđ.r.d.id qđ maliuoli uitio dant ſibi laudi aſcribit, ſeq; exemplo præſtantiſſimorũ poetarum defendit, qui idem factitauerunt. Diſtulerunt, diuulgauerũt. Autumat. opinatur, dicit, cenſet. Habet.b.ex. uidelicet Plauti, Neuij, Ennij, q̃s auctores Teren. habebat, ut in ꝓlogo Andriæ fatetur. Qui cum hunc ac. Ne. Plau. Eñ.ac. quos hic noſter auctores habet. Tum qđ maliuolus uetus poeta, à natura maliuolus, à tempore uel inuidia uetus, à ſigno æmulationis poeta. Vetus plærunq; ad laudem refertur, interdum ad uituperationẽ. Vetus.i. carioſus & quaſi rancidus. Maliuolus non criminibus, ſed maledictis. Amicum inge.f. hoc idem refellit in ꝓlogo Adelphorũ. Idq; laudem maximã ducit, quod illi uehemens maledictum exiſtimant. Nam quod iſti debent maliuoli homines nobiles eum adiutare aſſidueq; unà ſcribere, quod illi maledictum uehemens eſſe exiſtimant, eam laudẽ hic ducit maximã. Cum illis placeat, qui uobis uniuerſis & populo placẽt. Hunc.m. uidelicet poetam elegantem. Muſicus latine dicitur elegans. ἄμουσος uero græce dicitur inelegãs. Muſicũ. Quintilianus. nam quis ignoret muſicen, ut de hac primũ loquar, tantum illis iam antiquis temporibus nõ ſtudui modo uerumetiã uenerationis habuiſſe, ut ijdem muſici & uates & ſapiẽtes iudicarent, & ille apud Ariſtophanẽ dicit ſe muſicam neſcire præter literas, muſicam appellat orbem doctrinæ, literas prima elementa. Amicum. pro amicorum, uidelicet Lælij & Scipionis, quorum amicitia Teren. familiariſſime uſus eſt. Arbitriũ.u. bene arbitrium. nam arbiter dicitur iudex qui totius rei habet arbitriũ & facultatem. horum em̃ arbitrio & iudicio comœdia cõmendari poterat. Ne.p. i.p. iuſtam rem petit, quę quidem niſi ab iniuſtis cõceditur. Qui.n.f.ſ.c. in hoc notatur aduerſarius qui decorũ ꝑſonæ non ſeruauerit. Quid em̃ magis præter ſerui decorũ, quã ut illi populus uia decedat, & inſano ſeruiat. Date.p.m.ſ.i.ut liceat ad exitum uſq; fabulæ ꝑpetuo ſtare, ne uidelicet aliqua turba fiat, ut fieri ſolet aut ludis funabuli, aut gladiatorum. Tunc em̃ neceſſe eſt relinquere comœdiæ actionẽ. Et bene dixit ſtatari

am. Agi em̄ dicitur fabula cum recitaṫ, ſtare cum placet. Eſt etiã comœdia quæ dicitur ſtataria, aut motoria, à ſtatarijs actibus uel motorijs. Ne.ſ.ſ.c. exprimit uarias pſonas quę in comœdijs introducunṫ, quibus ars comica ualde nobilitatur. Inducitur autē leno piurus, amator feruidus, ſeruulus callidus, & amica illudens, & uxor inhibens, & mater indulgens, & patruus obiurgator, & ſodalis opitulator, & mil[illegible] præliator, paraſiti edaces, parētes tenaces, & meretrices. Mea cauſſa. cauſſam hanc iuſtam, paranomaſia. Si qua la. eſt, iuſtũ etenim eſt ſeni in re laborioſa fauorem præſtare. Ad.a.g. gregē cum contemptu dixit, alios actores paruifaciens. Gregem appellat ſcenicorũ turbam Plau. in ꝓlogo aſinariæ. Quæ quidem mihi atq; uobis res uertat bene atq; huic gregi. Eſt. p.o. hoc eſt nitida, quæ facile aſſenſum auditorũ ineat. Si nunquã.a.p.ſt. ꝑ hæc uerba Teren. demonſtrat quã grauis auctor ſit, qui ſuas comœdias probet. ſic Horatius. Et cum reſpondere coneris. Quæ grauis Aeſopus, quæ doctus Roſius egit. Et eum eſſe quæſtum. nonnunquã ſubauditur ſi, ut ſit & ſi eum quæſtum. Seruire.u.cō. plus dixit cōmodis quã ſi diceret uoluptatibus.

ACTVS PRIMI

SCENA PRIMA.

Trimetri, & ſeptenarius unus Dimeter Brachicatalecticus.

CHREMES. MENEDEMVS SENES.

Captatio beneuolētię ab amicitia & ex uicinitate

QVamquam hæc inter nos nuper notitia admodum eſt:
Inde adeo quod agrum in proximo hic mercatus es,
Nec rei ferè ſanè amplius quidquam fuit
Tamen uel uirtus tua me, uel uicinatas
(Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto)
Facit, ut te audacter moneam, & familiariter.

Quod

Quod mihi uidere præter ætatem tuam
Facere, & præter quàm res te adhortatur tua.
Nam proh deûm, atq; hominum fidem, quid uis tibi?
Aut quid quæris? annos ſexaginta natus es, Propoſitio qua interrogat & obiurgat.
Aut plus eo, ut conijcio. Agrum in his regionibus
Meliorem, neq; preti maioris nemo habet.
Seruos complureis. proinde quaſi nemo ſiet,
Ita attente tute illorum officia fungere,
Nunquam tam mane egredior, neq; tam ueſperi
Domum reuertor, quin te in fundo conſpicer
Fodere, aut arare, aut aliquid ferre. deniq;
Nullum remittis tempus, neq; te reſpicis.
Hæc non uoluptati eſſe ſatis certo ſcio.
At enim dices: me quantum hic operis fiat, pœnitet.
Quod in opere faciundo operæ conſumis tuæ,
Si ſumas in illis exercendis, plus agas.
M. Chreme tantumne eſt àb re tua otij tibi,
Aliena ut cures, eaq; nihil quæ ad te attinent?
Ch. Homo ſum, humani à me nihil alienum puto.
Vel me monere hoc, uel percontari puta:
Rectum eſt ego ut faciam, non ut deterream.
M. Mihi ſic eſt uſus, tibi ut opus eſt facto face.
Ch. An cuiquam eſt uſus homini ſe ut cruciet? M. mihi eſt.

Ch. Siquid laboris eſt nollem, ſed quid iſtuc mali eſt?
Quæſo quid de te tantum meruiſti? M. eheu.
Ch. Ne lachruma, atq; iſtuc quidquid eſt, fac me ut ſciam.
Ne retice, ne uerere, crede inquam mihi,
Aut conſolando, aut conſilio, aut re iuuero.
M. Scire hoc uis? Ch. hac equidem cauſſa quà dixi tibi.
M. Dicetur. Ch. iſtos raſtros interea tamen
Depone, ne labora. M. minime. Ch. quam rem agis?
M. Sine me, uacuum tempus ne quod dem mihi
Laboris. Ch. non ſinam, inquam. M. ah, non æquum facis.
Ch. Hui, tam graueis hos quæſo? M. ſic meritum'ſt meum

Narratio nem à per ſonis ora ditur.

Ch. Nunc loquere. M. filium unicum adoleſcentulum
Habeo, at quid dixi habere me? immò habui Chreme:
Nunc habeã, nec ne, incertum'ſt. Ch. q̃d ita iſtuc? M. ſcies,
Eſt è Corintho hic aduena anus paupercula,
Eius filiam ille amare cœpit perdite,
Propè iam ut pro uxore haberet, hæc clam me omnia;
Vbi rem reſciui, cœpi non humanitus,
Neq; ut animum decuit ægrotum adoleſcentuli
Tractare, ſed ui & uia peruolgata patrum,
Quotidie accuſabam: hem tibi ne hæc diutius
Licere ſperas facere, me uiuo patre?
Amicam ut habeas propè iam uxoris in loco?

Erras

Erras ſi id credis, & me ignoras Clinia.
Ego te meum eſſe dici tantiſper uolo,
Dum quod te dignum'ſt facies: ſed ſi id non facis,
Ego quod me in te ſit facere dignum inuenero,
Nulla adeo ex re iſtuc fit, niſi ex nimio ocio.
Ego iſtuc ætatis non amori operam dabam, Conſiliũ.
Sed in Aſiam hinc abij propter pauperiem, atq; ibi
Simul rem, & gloriam armis belli repperi.
Poſtremo adeo res redijt. adoleſcentulus
Sæpe eadem, & grauiter audiendo uictus eſt:
Putauit me ætate, & beneuolentia
Plus ſcire & prouidere, quàm ſeipſum ſibi,
In Aſiam ad regem militatum abijt, Chreme.
Ch. Quid ais? M. clam me profectus, menſeis tres abeſt.
Ch. Ambo accuſandi, & ſi illud incœptum, tamen
Animi eſt pudentis ſignum, & non inſtrenui:
M. Vbi comperi ex his, qui ei fuere conſcij,
Domum reuertor mœſtus, atq; animo ferè
Perturbato, atq; incerto præ ægritudine
Aſſido: accurrunt ſerui, ſoccos detrahunt.
Video alios feſtinare, lectos ſternere,
Cœnam apparare, pro ſe quiſq; ſedulo
Faciebat, quo illam mihi lenirent miſeriam.

Vbi uideo hæc,cœpi cogitare:hem,tot mea
Solius ſoliciti ſunt cauſſa,ut me unum expleant?
Ancillæ tot me ueſtiant?ſumptus domi
Tantos ego ſolus faciam?ſed gnatum unicum,
Quem pariter uti his decuit,aut etiam amplius,
Quod illa ætas magis ad hæc utenda idonea eſt,
Eum ego eieci hinc miſerum iniuſticia mea.
Malo quidem me dignum quouis deputem,
Si id faciam.nam uſq; dum ille uitam illam incolit
Inopem,carens patria ob meas iniurias:
Interea uſq; illi de me ſupplicium dabo,
Laborans,quærens,parcens,illi ſeruiens:
Ita facio prorſus.nihil relinquo in ædibus,
Nec uas,nec ueſtimentum,conraſi omnia.
Ancillas,ſeruos,niſi eos qui opere ruſtico
Faciundo facile ſumptum exerceant ſuum,
Omnes produxi ac uendidi,inſcripſi ilico
Aedeis mercede,quaſi talenla ad quindecim
Coegi,agrum hunc mercatus ſum.hic me exerceo.
Decreui tantiſper me minus iniuriæ
Chreme meo gnato facere,dum fiam miſer:
Nec fas eſſe ulla me uoluptate hic frui,
Niſi ubi ille huc saluos redierit meus particeps.

Ch. Inge-

Ch. Ingenio te eſſe in liberos leni puto,
Et illum obſequentem, ſi quis recte aut commode
Tractaret. uerum neq; tu illum ſatis noueras,
Nec te ille: hoc ibi fit, ubi non uere uiuitur.
Tu illum nunquam oſtendiſti quanti penderes,
Nec tibi illi eſt credere auſus quæ eſt æquum patri.
Quod ſi eſſet factum, hæc nunquam eueniſſent tibi.
M. Ita res eſt, fateor. peccatum à me maximum eſt.
Ch. Menedeme, at porrò recte ſpero illum tibi
Saluom affuturum eſſe hic confido propediem.
M. Vtinam di ita faxint. Ch. facient. nunc ſi cõmodum eſt,
Dionyſia hic ſunt, hodie apud me ſis uolo.
M. Non poſſum. Ch. cur non? quæſo tandem aliquantulũ
Tibi parce, idem abſens facere te hoc uolt filius.
M. Non conuenit, qui illum ad laborem impulerim,
Nunc me ipſum fugere. Ch. ſiccine eſt ſententia?
M. Sic. Ch. bene uale. M. & tu. Ch. lachrymas excuſſit mihi.
Miſeretq; me eius. ſed ut diei tempus eſt
Monere oportet me hunc uicinum Phaniam
Ad cœnam ut ueniat. ibo ut uiſam ſi domi eſt.
Nihil opus fuit monitore, iam dudum domi
Præſto apud me eſſe aiunt. egomet conuiuas moror.

Cõſilium Chremetis.

Ibo

Ibo adeo hinc intro. ſed quid crepuerunt fores?

Hinc à me quiſnam egreditur? huc conceſſero.

QVanquã hęc inter nos. Bene ex arte comica ſenex opitulator inducitur, qui & miſeria & triſtitia alterius ualde cõmoueatur, ſimul amborũ ſenum coniunctio & familiaritas, ad id qđ ſecuturũ eſt non parum accõmoda futura eſt. ſimul exprimitur à poeta mutua miſeratio quæ inter ſenes eſſe ſolet & om̃ino ſenilis prolixa. Quanquã hæc inter nos, exordiũ eſt, & oratori congruũ. qđ enim exigua notitia, aut nuper incœpta, uel nulla conſuetudo anteactæ uitæ facere ꝓhibet, id uel uirtus uel ꝓpinquitas cogit Vicinitas, uicinia non tam homines qui eundem incolunt uicum ſignificat, quã qui prope domũ tuam habitant, uicinitas autem non homines, ſed propinquitatem ꝓprie uicinorũ. Nam proh deum atq; h. f. exclamatio uehemens eſt in eum, qui & ſenex & diues cõtinuo ſe labore defatiget, & eo magis Chremes admiratur huius laborem nõdum intellecta cauſſa. Vt coniicio. i. coniecturã capio. hinc coniectura dicta eſt à coniectu. i. à directione quadã rationis ad ueritatẽ. Vnde etiã ſomniorũ atq; omniũ interpretes coniectores uocamus. Nemo ꝓ quiſquã. Tute illorũ of. f. nunc dicimus officiis fungeris. Fungor idem eſt quod officium munusq; ago, ut fungor magiſtratu, fungor legatione. Nunquã. deeſt nam. Tam mane. modo aduerbiũ alibi nomen uidetur. ut Iam mane nouũ, iam clarum mane feneſtras intrat. Quin te in. f. c. quin pro quod nõ hoc in loco, aliâs pro cur nõ, pro etiã, pro quare ponitur. In fundo. ſuperius dixit. Agrum in proximo hic mercatus eſt. Fundus em̃ ab agro cõtinetur. de quo Cice. in quodã ioculari libello. Fundum uero uocat, quem poſſit mittere funda. Ni lapis exciderit, qua caua funda patet. Remittis, neq; te reſpicis. nihil ſignificãtius de eo qui nihil ſibi parat, nec ſui miſeretur. nam qui aliis remittit aliquid. i. cõdonat, is eſt facilis & mitis naturæ. At. n. d. antipophoræ reſpondet. Pœnitet. i. parũ uidetur. Pœnitet em̃ eum qui parum putat. alibi Teren. Noſtri noſmet pœnitet. Virg. in buco. Nec te pœniteat calamo. t. i. Cic. ad filiũ. quo ad te quantũ ꝓficias non pœnitebit. Quod in opere faciundo. opera eſt actio, & ꝑſona ipſa quæ opus peragit. opus finis eſt, & fructus operæ. Nonnunquã opus ꝓ opera uidetur accipi. Virg. Mollibus è ſtratis opera ad fabrilia ſurgit. In illis ex. qui aliis præeſt, aut paterfamilias, aut imperator, plus efficit ſua adhortatione quã opera. Tãtum ne ab re. t. eſt. o. difficilis, ut inquit Cic. eſt cura rerũ alienarũ. Nam ea magis ꝑcipimus atq; ſentimus quæ nobiſipſis, aut proſpera aut aduerſa ueniunt, quã illa quæ cæteris, quæ quaſi longo interuallo interiecto uidemus aliter de illis ac de nobis iudicamus.

dicamus. Ab rè tua.in.a.negocijs tuis familiaribus. dicitur etiam ab re tua contra utilitatẽ tuam, ſicut à re tua, & è repu.i.pro re tua. & ꝓ repu. Non ſum.h.n.&c.hoc ex Platonis ſententia qui inquit, ortus noſtri partem patriam uendicare, partem amicos, & ut ſtoicis placet, quæ in terris gignũtur ad uſum hominũ omnia creantur. Homines autẽ hominũ cauſſa generantur . ut ipſi inter ſe alij alijs ꝓdeſſe poſſint. Percontari.i. interrogare.ꝑcontari ſuapte natura ad finẽ ſpectat coarguendi. Interrogamus noſcendi gratia, ꝑcontamur uero arguendi, quãuis tamẽ utroq; indifferenter utamur. Vſus.modo opus ſignificat aliâs utile. Vt.o.eſt.f. ꝓ facere, ſic Salu. Nam & priuſquã incipias cõſulto, & ubi.c.m.f.o.eſt. Mihi non repugnat ſententiæ Chremetis, ſed ſe ſolum meruiſſe dicit ut crucietur. De te.m. dicimus autẽ mereo & mereor. Mereor de te eſt aliquid in te confero uel bonũ uel malum. Ne retice, bene retice. Nam reticemus dolores, obticemus pudẽda, tacemus ſecreta, ut nec tacui demẽs in Eunucho. Virgo conſciſſa ueſte lachrymans obticet. Aut.c.a.&c.his tribus adhibitis quid amplius in uera amicitia exoptãdum. Appone in tempore.ſ.Non ſi.i.hæc magis geſtu exprimũtur. Hui tam.g.apoſiopeſis, & admiratio ponderis raſtrorũ quibus ſenex utitur. Perdite. bene perdite. Nam perditus eſt qui in omne ſcelus eſt traditus. Animũ.æ.ꝓ ægro dixit, nam animus ęger, corpus uero ægrotũ dicitur. Et uia per.p. patres bonis inſtitutis aliorũ exemplis nonnunquã minis filios ad uirtutem adhortantur. Tantiſper uo. tantiſꝑ poſtulat poſt ſe dum pro donec, ſiue quã diu. Cic.in carcerẽ ductus, ut ibi.eſſet tantiſꝑ dum culeus in quẽ deiectus deferret, cõpararetur. Sunt qui accipiant tantiſꝑ ꝓ tantummodo. ſunt qui ꝓ interea. Liuius lib.1.ab ur.c. Tamen id impiũ ei ad puberem ætatẽ incolume manſit tantiſꝑ tutela muliebri. Et tantiſꝑ ſine dum uſus eſt, hoc loco tantiſꝑ pro tãdiu accipitur. Non.a.o.d.bene ſenex iuxta Horatij præceptũ laudator acti tẽporis inducitur. Propter pau.pauꝑtas eſt mediocriũ pauperies mẽdicoꝝ. Rem &.g. hæc duo potiſſimũ à militibus ſtrenuis cõparant. Res tria notat, imperiũ, ſiue diuitias, litem & uenerem. Victus, non ceſſit aut paruit, ſed qđ eſt oppreſſi uictus eſt. Putauit me. clemẽtiſſimus pater filiũ laudat, quod nõ ꝑtinax in malis ut multi fuerint. Vbi cõ. hæc oratio tota pathetica eſt, & bene cõperi. cõꝑtum eſt mihi, & exploratũ idem eſt qđ ſcio per inueſtigationem. Acurrunt ſerui. tale illud in Andria, Accurrit mediã mulierem amplectitur. Lectos ſternere ex conſuetudine antiqua, lectulis enim ſtratis antiqui cœnitabãt. unde tricliniũ à tribus lectis dictum. Hora. Sæpe tribus lectis uideas cœnare quaternos. Terẽ.in Adelphis. Lectulos ligneos dedit faciendos in ſolo ubi ponetis uos. Atq; in certo, fracto ut dicimus certo animo.i.forti & firmo. Præ ægritudine aſſideo, ſedimus deſidia ut ſedeãt peccentq; Latini. Reſidemus ocio ut. Iampridem reſides animo.ſ. præſidemus rei cõmiſſæ, ut prouinciæ, aſſidemus in re quã frequenter agimus. Cœnam adparare, nil ſignificantius de ſene dicere potuit,

Oo tuit,

tuit, qui uoluptates & cõmoda quæ aſpnatus gratia filij narrat. Nã apparare eſt ad dignitatẽ quandam acuerius pompã, Præparare uero eſt quæ utilia ſunt aut fore creduntur. Eum ego ieci. eum abundat. Corraſi omnia, omnia cõpilaui, uendidi, huic cõtrarium eſt abradere, & eſt ꝑuim aliquid auferre. Produxi ac uẽdidi, bene produxi, nam ꝓducere foras ducere ſignificat. Mar. T. in frumẽtaria. Nemo tuorũ amicoꝝ abs te productus, nemo interrogatus, hinc ꝓductores, dicuntur qui uirgines abducunt, & eas ad quæſtum exponunt. & proprie ꝓduci res uenales dicuntur. Talenta duodecim coegi, cõgeſſi, coadunaui. hinc coactores argentariorũ dicuntur qui pecunias cogunt. Decreui. plus eſt decernere quã conſtituere. & eſt ꝓprie decernere de rebus magnis certam ꝓferre ſententiã. Voluptate frui. ſi parentes pro filijs elaborent. quis dementior hoc ſene, qui oĩa cõmoda abſente filio aſpnatur. Frui. proprie eſt delectationẽ capere ex uſu. Ingenio te eſſe leni in liberos puto. liberos multitudinis numero dixit. cum Menedemus unicũ haberet filium, Cõſtat eñ antiquos oratores hiſtoriæq́ aut carminũ ſcriptores etiam unũ filium filiamue liberos multitudinis numero appellaſſe. In Hecyra liberos in ſignificatione unius filiæ dixit. Qui illum decreuerũt dignum ſuos cui liberos cõmitterent. ſic Cice. En cui tuos liberos cõmittas. Quãti penderes. quãti illum faceres. Tractum ab antiquis qui ante ſignatã pecuniam, æs & argentũ pendebant. Nec tibi. c. au. adoleſcentibus glorioſum eſt ſi & modeſtia utuntur & pietate in parentes, ut nihil dicant aut faciant niſi conſilio parentum. Porro. t. ſpero. porro eiuſdẽ ſignificationis. cuius uero & autem, pro quibus tamẽ ponere nõ poſſis. Significat etiã apud poetas lõge certe. poſtea ultra. Spero. pro credo uſitatum eſt ſiue de præſenti loquamur ſiue de præterito. ſimiliter cõfido pro credo, tum in præterito tum in præſenti tum in futuro. Propediem cito. Vtinã dij faxint, faxo futurũ tempus tantũ uel ut alij promiſſiuũ modum oſtẽdit. Dionyſia hic ſunt, hoc eſt bacchanalia. Dionyſij aũt, qui & bacchus dicitur, ſacra à plærisq́ græciæ urbibus tertio quoq́ anno celebrabantur. Si cõmodum eſt. i. ſi tibi placet. Quæſo primã perſonam indicatiui habet duntaxat. Licet quæ fere lectum ſit apud Saluſtiũ & Tullium. ut diei tempus. tempus ſupra horam ſignificat, diei archaiſmo abundat.

Nihil. o. f. m. hoc eſt uocatore. Nam uocatores ꝓprie dicebant qui ad cœnas uocabant. Præſto ſum. idem eſt quod adſum. nec alteri fere uerbo cohæret niſi uerbo ſubſtantiuo & hinc ſimplici, nam præſto adſum magis poeticum eſt. Ego. c. m. hoc eſt in mora detineo. à quibuſdã morari pro expectare exponitur. Sed mea ſentẽtia magis poetice quã oratorie.

ACTVS

ACTVS PRIMI

SCENA SECVNDA.

Octonarij, & unus dimeter Brachicatalecticus.

CLITIPHO ADOLESCENS. CHREMES.

Nihil adhuc eſt, qđ uereare Clinia, haud quaquam etiam ceſſant,
Et illam ſimul cum nuncio tibi hic ego affuturam hodie ſcio.
Proin tu ſolicitudinem iſtam falſam, quæ te excruciat, omittas.
Ch. Qui cum loquitur filius?
Cl. Pater adeſt, quem uolui adibo. pater oportune aduenis.
Ch. Quid eſt? Cl. hunc Menedemũ noſtin' noſtrum uicinũ.
Ch. Probe. Cl. huic filium ſcis eſſe? Ch. audiui in Aſia. Cl. non eſt pater,
Apud nos eſt. Ch. quid ais? Cl. aduenientem è naui egredientem ilico
Adduxi ad cœnam: nam mihi magna cũ eo iam inde uſq; à pueritia.
Semper fuit familiaritas. Ch. uoluptatem magnã nuntias
Quàm uellem Menedemum inuitatum, ut nobiſcum eſſet hodie amplius:

Perſequitur fabulã Cliniæ, ut palam fiat quã modeſte amarit.

Vt hanc lætìciam nec opinanti primus ei obijcerem domi.
Atq; etiã nunc tempus eſt. Cl. caue faxis, nõ eſt opus pater.
Ch. Quapropter? Cl. quia enim incertum eſt etiam quid ſe faciat, modo uenit,
Timet omnia, patris irã, & animũ amicæ, ſe erga ut ſit, ſuæ
Eam miſere amat, propter eam hæc turba, atq; abitio euenit
Ch. ſcio.
Cl. Nunc ſeruolum ad eam in urbem miſit, & ego noſtrum unà Syrum.
Ch. Quid narrat? Cl. quid ille? ſe miſerum eſſe. Ch. miſerũ quem minus credere eſt?
Quid reliqui eſt quin habeat, quæ quidem in homine dicuntur bona:
Parenteis, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, diuitias:
Atq; hæc perinde ſunt, ut illius animus qui ea poſſidet
Qui uti ſcit, ei bona, illi qui non utitur recte, mala.
Cl. Immo ille fuit ſenex importunus ſemper, & nunc nihil magis
Vereor, quàm ne quid in illum iratus plus ſatis faxit pater.
Ch. Illene? ſed reprimam me: nam in metu eſſe hunc, illi eſt utile.
Cl. Quid tu tecũ? Ch. dicã, ut ut erat, manſum tñ oportuit.
Fortaſſe

Fortaſſe aliquanto iniquior erat, præter eius libidinem
Pateretur, nam quem ferret, ſi parentem non ferret ſuum?
Hunccine erat æquum ex illius more, an illum ex huius uiuere? &
Quod illum inſimulat durum, id non eſt, nam parentum iniuriæ
Vniuſmodi ſunt fermè, paulo, qui eſt homo, tolerabilis
Scortari crebro nolunt, nolunt crebro conuiuarier,
Præbent exigue ſumptum, & ea ſunt tamen ad uirtutem omnia.
Verum ubi animus ſemel ſe cupiditate deuinxit mala.
Neceſſe eſt Clitipho conſilia conſequi conſimilia. hoc
Scitum'ſt periclum ex alijs facere, tibi quod ex uſu ſiet.
Cl. Ita credo. Ch. ego ibo hinc itro, ut uideam nobis quid cœnæ ſiet.
Tu, ut tempus eſt diei, uide ſis ne quò hinc abeas longius.

NIhil adhuc eſt qđ uereare Cli. Hic Cliniæ qui ex Aſia redierat ingens de amica ſollicitudo exprimitur, accedit & ſodalis opitulator Clitipho, qui aduētum amici mira uoluptate patri narrat. Nihil.a.q.u. Cli. miſerat accerſitū Antiphilā, diſcruciabatur quod non rediret. Haud quaquā.e.c.i. nondū differūt aduentū. Sollicitudinē iſtā, bene ſollicitudinē dixit. Nam ſollicitudo eſt quæ inhæret mētibus. Sollicitatio quę ab alio fit. Quid eſt, non eſt interrogantis ſed admirantis. Audiui in Aſia eſſe, recta eiuſcemodi eſt oratio, per infinitū. Nam non latine dicit audiui quod in Aſia eſt. Miſerum quē minus credere eſt, minus hoc loco pro nō ponitur. Non eſt inquit credendum Cliniā eſſe miſerum, hoc

ad ſequentia reſpicit. ſ. quid reliquũ eſt quin habeat, quæ quidem eſſe in homine dicunt bona. Minus credere eſt, pro nõ credendum eſt, huius ſcemodi locutio parũ latinis uſui eſt. Minus credere. Virg. Nec ſit mihi credere tantũ. Inuitatum, quem inuitauit, aut nunc inuitatũ. Nec opinãti, inſperatũ enim gaudiũ maius eſſe ſolet, quẽadmodum & dolor acerbior, ſi non opinanti obijcitur. Caue faxis, uolebat Chremes nunciare Menedemo rediſſe filiũ, ſed Clitipho ꝓhibuit, quod Cliniæ nondũ patris uolũtas eſſet perſpecta. Incertum eſt, quod incertus eſt, de ſe faciat, pro ſibi faciat, quin habeat, pro quod nõ. Quæ quidem in homine dicũtur bona. ſ. à uulgo. Cum tantũ animi bona ſecundũ philoſophos appellanda ſint. Et hæc illud quod ſupra dixit Chremes affirmat. ſ. Cliniã nõ eſſe miſerum. Perinde ſimilitudinẽ ſignificat. Ille ne? Chremes ſermonẽ quem cœperat repreſſit, ut exemplo Cliniæ filius terreretur. Ille ne? hoc clara uoce ꝓnunciandum. Sed reprimã me, hæc ſubmiſſa uoce protulit, ne audiret filius. Hunc. ſ. Cliniã. Vt erat, quã bene tuetur patrũ partes, qui omnino à filijs tolerandi ſunt. Propter. e. l. uult cauſſam Cliniæ uideri deteriorem, ut oſtendat parentes filijs ob uitia eorum aſperiores eſſe. Nam quem. ſ. ſi parentem nõ ferret ſuum, tale eſt illud, cuius ſaluti conſulet, qui ſuam negligit. Erat æquũ, ab æquo ſuſcepit paternã defenſionem. Durum id enim non eſt, aliud obiectum refellit, & à ſtatu diffinitiuo cenſet patrem non eſſe appellandum durũ, qui filios à uitijs ſua ſeueritate deterret. Scortari, eſt frequenter ſcorta ductitare. Cõſequi. c. nam cuius animus in re mala ſemel corruptus eſt, indies fit peior. Cœnæ qd nobis, minus dixit, quaſi dixiſſet quæ cœna, ſic illud. Quicquid. h. hominis eſt. Aliter exprimitur quaſi diceremus quis hic homo eſt.

ACTVS SECVNDI SCENA PRIMA.

Tetrametri.

CLITIPHO ADOLESCENS.

Depingitur amica Cliniæ.

QVam iniqui ſunt patres in omneis adoleſcenteis iudices?
Qui æquum eſſe cenſent, nos iam à pueris ilico naſci ſenes,
Neq; illarum affines eſſe rerum, quas fert

fert adoleſcentia.
Ex ſua libidine moderantur, quæ nunc eſt, nõ quæ olim fuit
Mihi ſi unquam filius erit næ ille facillime utetur patre.
Nam & cognoſcendi & ignoſcendi dabitur peccati locus.
Non ut meus, qui mihi per alium oſtendit ſuam ſententiam
Perij, is mihi, ubi adbibit plus paulo, ſua q̃ narrat facinora.
Nunc ait, periclum ex alijs facito tibi quod ex uſu ſiet.
Aſtutus, næ ille haud ſcit quàm mihi nunc ſurdo narret
fabulam. (hi.
Magis nũc me amicæ dicta ſtimulãt: da mihi, atq; affer mi-
Cui quid reſpondeam nihil habeo, neq; me quiſquam eſt
miſerior:
Nam hic Clinia, etſi is ſuarum rerum ſatagit, attamen
Habet bene ac pudice eductam, ignaram artis meretriciæ.
Mea'ſt potens, procax, magnifica, ſumptuoſa, nobilis.
Tum quod dem ei recte'ſt, nam nihil eſſe mihi religio eſt
dicere.
Hoc ego mali nõ pridem inueni: neq; etiã dum ſcit pater.

QVam iniqui ſunt, ſolus Clitipho permãſit qui de patre conqueritur ut mos eſt adoleſcentũ, qui paterna præcepta moleſte ferũt. Nunc quæ eſt. huic illud contrariũ, ſed nunc ea me exquirere iniqui patris eſt. Nam qđ ante hac fecit, nihil ad me attinet. Dum tempus ad eam rem tulit ſibi animũ. ut expleret ſuum. Ex. ſ. l. libido eſt quæq; uoluptas temere ſuſcepta. Apud Salu. in Cati. tamen in bonam partẽ capitur. Magiſq; in decoris armis, & militaribus equis, quã in ſcortis, & cõuiuijs libidinem

dinem habebant. Cognoſcendi & ignoſcēdi ex affectu eorū loquitur, qui cum alicui obnoxij ſint, alium habent animū quā haberent ſi liberi eſſent. Per alium oſtendit ſuam ſententiā ſuperius, ſed reprimā. nam in metu eſſe hūc illi eſt utile. Vbi adhibit. quā petulans filius in patrē oſtenditur. cuius præcepta contēnit. Ne aut ille. ne pro certe ponitur. Da. m. a a. uerba ſunt amicæ, quæ magis Clitiphonē ſtimulant quā patris præcepta. Satagit. genitiuo iungitur. Satagit. i. anxius eſt, & curioſus ſuarū rerum. Pudice ductam. quod nos educare dicimus, antiqui educere dixerunt. Procax inſtans in petendo. Virg. Procacibus auſtris. i. improbis & importune flantibus dixit. Procax, procare poſcere eſt. unde, ꝓcaces meretrices ab aſſidue poſcendo, & proci uxorem poſcētes in matrimonium. Religio. metus uel ſollicitudo. Terē. in Andria. Dignus cum tua religione es odio. inde dies religioſi infames uel infauſti dicti, quos ex contraria cauſſa propter hominis diritatem relinquam,

ACTVS SECVNDI SCENA TERTIA.

Eiuſdem rationis.

CLINIA. CLITIPHO.

De ſuis amoribus ipſe Clinia loquitur.

SI mihi ſecundę res de amore meo eſſent
iam dudum ſcio
Veniſſent. ſed uereor, ne me abſente mulier corrupta ſit.
Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant:
Locus, occaſio, ætas, mater, ſub imperio cuius eſt, mala.
Cui nihil iam præter pretium dulce'ſt. Clit. Clinia. Clin. heu miſero mihi.
Clit. Etiam caues ne uideat forte hinc te à patre aliqs exiēs.
Clin. Faciam. ſed neſcio quid profecto mihi animus præſagit

παθος anxie expectantis & omnia ſollicite metuētis & ſuſpicātis.

ſagit mali.

Clit. Pergin' iſtuc prius dijudicare, quã ſcis quid ueri ſiet?

Clin. Si nihil mali eſſet, iam hic adeſſet. Clit. iam aderunt.

Clin. quando iſtuc erit?

Clit. Nõ cogitas hinc lõgius abeſſe? & noſti mores mulierũ

Dum moliuntur, dũ comuntur, annus eſt. Clin. ò Clitipho

Timeo. Clit. reſpira, eccum Dromonem cum Syro unà ad-

ſunt tibi.

SI mihi.ſ.re.d.a.e Hic mira amãtis ſollicitudo exprimitur cui expectanti, hora, dies, annus uidet. Si mihi.ſ.amor res eſt ſuſpitionis plena. Torquetur igit Clinia mora & dilatiõe amicæ Antiphilæ Veniſſent, mulier & ſeruus. Sed.u.ne.m. bene amantis exprimit affectu m. qui ſemp oĩa in deterius ſuſpicatur. Vereor dicit qui rationabiliter terretur, formido qui ſine ratione. Mihi.a.ex.augeri dicitur animus, quãdo multa cõcurrũt quibus flectitur in eam partẽ in qua inclinatur. Occaſio.l.æ.hæc loca ex arte rhetorica etiã ad maioris rei confirmationẽ ualerent. Occaſio.l.æ.m.argumẽta deducũtur aut à rebus, aut à perſonis, hæc enim, cauſſa, tempus, locus, occaſio, inſtrumẽtum, modus, & cætera rerum ſunt accidentia, à perſonis deducũtur hoc modo. Nam ſimiles parentibus, aut maioribus ſuis filij plærũq; creduntur. Et nonnunquã ad honeſte turpiterq; uiuẽdum. Similiter à natione quoq; patria, ſexu, ætate, educatione. & diſciplina ſumuntur. Mater ſub imperio cuius eſt mala. Iuuena. Scilicet expectas ut tradat mater honeſtus, Aut alios mores quã quos habet utile porro? Filiolã turpi uetulæ ꝓducere turpem. Hei.m.mihi.hei datiuo iungitur, ut Virg. Hei mihi qualis erat? heu uero accuſatiuo, ut alibi Terentius, heu me miſerũ. Mihi animus.p.m.ſic fieri cõſueuit, ut quotiens aliquid expectamus, ea occurrãt potius quæ mentem noſtram ad cogitãdum aliquid mali trahunt. Quãdo iſtuc erit. non poteſt credere ex nimia ſuſpitione uenturam amicam. Non cogitas hinc lõgius abeſſe? Clitipho remouet ſuſpitionẽ ex animo Cliniæ & locorũ interuallo, & ex cultu mulierũ, quæ maiorẽ temporis partem in ſe ornando cõterunt. Clitipho timeo, uide nulla re arceri poſſe ſuſpitionẽ ex pectore amanatis. * Eccum.d.cum.ſ.dicticos, & cum gestu nimiæ læticiæ pronũciandum eſt: *

ACTVS SECVNDI SCENA QVARTA.

Tetrametri ac trimetri, partim legitimi, partim Septenarij.

SYRVS, DROMO, SERVI. CLINIA. CLITIPHO, ADOLESCENTES.

Vt & Cliniæ & Antiphilæ modeſtia clarius innoteſceret fingit poeta primũ ægreferentem Cliniam, & ſuccenſentẽ Antiphilæ, ſic. n. putabat, luxui.

AIn tu? Dr. ſic eſt. Sy. uerũ interea dum ſermones cedimus
Illæ ſunt relictæ. Clit. mulier tibi adeſt, audin' Clinia?
Clin. Ego uero audio, nunc demum & uideo, & ualeo Clitipho.
Clit. Minime mirũ, adeo impeditæ ſunt, ancillarum gregẽ
Ducũt ſecum. Clin. perij, unde illi ſunt ancillæ? Clit. men' rogas?
Sy. Non oportuit relictas, portant quid rerũ. Clin. hei mihi
Sy. Aurum, ueſtem, & ueſperaſcit, & non nouerunt uiam.
Factum à nobis ſtulte eſt, abi dum tu Dromo illis obuiam
Propere, qd ſtas? Clin. uæ miſero mihi quãta de ſpe decidi
Clit Quid iſtuc? q̃ res te ſolícitat aũt? Clin. rogitas qd ſiet?
Viden' tu ancillas, aurum, ueſtem, quam ego cum una ancillula
Hic reliqui? unde eam eſſe cenſes? Clit. uah, nunc demum intel-

intellego.

Sy. Di boni quid turbæ'ſt? ædes noſtræ uix capient. ſcio.

Quid comedent? quid ebibēt? q̄d ſeni erit noſtro miſerius?

Sed uideo, eccos quos uolebam. Clin. ò Iupiter ubi nam eſt fides?

Dum ego propter te errans patria careo demens, tu interea loci

Collocupletaſti te Antiphila, & me in his deſeruiſti malis:

Propter quam in ſumma infamia ſum, & meo patri minus ſum obſequens,

Cuius nunc pudet me, & miſeret, qui harum mores cantabat mihi,

Monuiſſe fruſtra, neq; potuiſſe unquā ab hac me expellere:

Quod tamen nunc faciam, tum cum gratum mihi eſſe potuit, noluí.

Nemo eſt miſerior me. Sy. hic de noſtris uerbis errat uidelicet,

Quæ hic ſumus locuti. Clinia aliter tuum amorem atq; eſt accipis:

Nam & uita'ſt eadem, & animus te erga idem ac fuit,

Quantum ex ipſa re coniecturam fecimus.

Clin. Quid eſt obſecro? nā mihi nūc nihil rerū omnium'ſt

Quod malim, quàm me hoc falſo ſuſpicarier.

Sy. Hoc primum, ut nequid huius rerum ignores, anus,

Quæ eſt dicta mater eſſe ei antehac, non fuit.
Ea obijt mortem. hoc ipſa in itinere alteræ
Dum narrat, forte audiui. Clit. quæ nam eſt altera?
Sy. Mane, hoc quod cœpi primum enarrem ò Clitipho.
Poſt iſtuc ueniam. Clit. propera. Sy. iam primum omniũ
Vbi uentum ad ædeis eſt, Dromo pultat fores,
Anus quædam prodit: hæc ubi aperuit oſtium,
Continuò hic ſe coniecit intrò, ego conſequor.
Anus foribus obdit peſſulum, ad lanam redit.
Hinc ſciri potuit (aut nuſquam alibi) Clinia
Quo ſtudio uitam ſuam te abſente exegerit,
Vbi de improuiſo eſt interuentum mulieri,
Nam ea res dedit tum exiſtimandi copiam,
Quotidianæ uitæ conſuetudinem,
Quæ cuiusq; ingenium ut ſit, declarat maxume.
Texentem telam ſtudioſe ipſam offendimus,
Mediocriter ueſtitam ueſte lugubri,
Eius anuis cauſſa, opinor, quæ erat mortua.
Sine auro tum ornatam, uti quæ ornantur ſibi,
Nulla mala re expolitam muliebri.
Capillus paſſus, prolixus, circum caput
Reiectus neglegenter, pax. Clin. Syre mi obſecro
Ne me in lætitiam fruſtra conijcias. Sy. anus

Subteg-

Subtegmen nebat, præterea una ancilla erat,
Ea texebat unà, pannis obſita,
Neglecta, immunda illuuie. Clit. ſi hæc ſunt Clinia
Vera, ita uti credo, quis te eſt fortunatior?
Scin' hanc, quam dicit ſordidatam & ſordidam?
Magnum hoc quoq; ſignum 'ſt, dominã eſſe extra noxam
Cum eius tam negleguntur internuncij,
Nam diſciplina eſt, eiſdem munerarier
Ancillas primum, ad dominas qui affectant uiam.
Cli. Perge obſecro te, & caue ne falſam gratiam
Studeas inire, quid ait, ubi me nominas?
Sy. Vbi dicimus rediſſe te, & rogare uti
Veniret ad te, mulier telam deſerit
Continuo, & lachrymis opplet os totum ſibi,
Vt facile ſcires deſyderio id fieri tuo.
Clin. Præ gaudio (ita me di ament) ubi ſim neſcio,
Ita timui Clit. at ego nihil eſſe ſciebam Clinia.
Agedum uiciſſim, Syre, dic quæ illa 'ſt altera?
Sy. Adducimus tuã Bacchydem. Cli. hem, quid Bacchidẽ?
Eho ſceleſte quo illam adducis? Sy. quo ego illam? ad nos ſcilicet.
Clit. Ad patrem ne? Sy. ad eum ipſum. Clit. ô. hominis impudentem audaciam.

Depingit Bacchidẽ conferendã cũ antiphila eſtq; reliquę fabulæ hæc πρόβασις

Sy. Heus

Sy. Heus nõ fit ſine periclo facinus magnũ & memorabile
Clit. Hoc uide, in mea uita tu tibi laudẽ is quæſitum ſcelus
Vbi ſi paululum modo quid te fugerit, ego perierim.
Quid illo facias? Sy. at enim. Clit. quid enim? Sy. ſi ſinas, dicam. Clin. ſine.
Clit. Sino. Sy. ita res eſt, hæc nunc quaſi cum. Clit. quas malum ambages mihi
Narrare occipit? Clin. Syre uerũ hic dicit, mitte, ad rem redi
Sy. Enimuero reticere nequeo, multis modis iniurius
Clitipho eſt, neq; ferri potis eſt. Clin. audiendũ hercle eſt, tace.
Exponit consilium ſuũ, eſtq; hæc huius fabulæ πρόθασις Sy. Vis amare, uis potiri, uis quod des illi effici,
Tuum eſſe in potiundo periclum non uis. haud ſtulte ſapis,
Siquidem id ſapere eſt, uelle te id quod nõ poteſt cõtingere
Aut hæc cum illis ſunt habenda, aut illa cum his amittenda ſunt,
Harum duarum conditionum nunc utram malis uide.
Et ſi conſilium, quod cœpi, rectum eſſe & tutum ſcio,
Nam apud patrem tua amica tecũ ſine metu ut ſit copia eſt.
Tum quod illi argentũ es pollicitus, eadem hac inueniã uia
Quod ut efficerẽ orando, ſurdas iã aureis reddideras mihi
Quid aliud tibi uis? Clit. ſiquidem hoc fit. Sy. ſiquidem experiundo ſcies.
Clit. Age age, cedo iſtuc tuum conſilium quid id eſt? Sy. aſſimu-

aſſimulabimus
Tuam amicã, huius eſſe amicam. Clit. pulchre, cedo quid hic faciet ſua?
An ea quoq; dicetur huius, ſi una hæc dedecori eſt parum?
Sy. Immò ad tuam matrem deducetur. Clit. quid eò? Sy. longum eſt Clitipho,
Si tibi narrem, quamobrem id faciam, uera cauſſa eſt. Clit. fabulæ.
Nihil ſatis firmi uideo, quam ob rem accipere hunc mihi expediat metum. (mini
Sy. Mane, habeo aliud, ſi iſtuc metuis, quod ambo cõfitea-
Sine periculo eſſe. Clit. huiuſmodi obſecro aliquid reperi. Sy. maxime.
Ibo obuiam hinc, dicam ut reuortantur domum. Clit. hem
Quid dixti? Sy. ademptum tibi iam faxo omnem metum,
IN AVREM utramuis otioſe ut dormias.
Clit. Quid ago nũc? Clin. tune? quod boni eſt. Clit. Syre dic modo.
Verum. Sy. age modo, hodie ſero ac nequidquam uoles.
Clin. Datur modo, fruare dum licet, nam neſcias
Eius ſit poteſtas poſthac, an nunquam tibi.
Clit. Syre inquam. Sy. perge porrò tamen iſtuc ago.
Clit. Verũ hercle iſtuc eſt Syre, Syre inquã, heus heus Syre
Sy. Con-

Sy. Cōcaluit quid uis? Clit. redi redi. Sy. adſum. dic q̄d eſt?
Iam hoc quoq; negabis tibi placere. Clit. immò Syre,
Et me, & meum amorem, & famam permitto tibi.
Tu es iudex, nequid accuſandus ſis uide.
Sy. Ridiculum eſt iſtuc me admonere Clitipho,
Quaſi iſtic minor mea res agatur, quàm tua.
Hic ſi quid nobis forte aduerſi euenerit,
Tibi eruntparata uerba: huic homini uerbera,
Quapropter neutiquam hæc res neglectui'ſt mihi.
Sed iſtum exora, ut ſuam eſſe adſimulet. Cli. ſcilicet
Facturum eſſe, in eum iam res rediјt locum,
Vt ſit neceſſe. Clit. merito te amo Clinia.
Clin. Verum illa nequid titubet. Sy. perdocta'ſt probe.
Clit. At hoc demiror qui tam facile potueris
Perſuadere illi, quæ ſolet quos ſpernere.
Sy. In tempore ad eam ueni, quod rerum omnium'ſt
Primum. nam miſere quendam offendi militem,
Eius noctem orantem. hæc arte tractabat uirum,
Vt illius animum cupidum inopia incenderet.
Eademq; ut eſſet apud te ob hoc quam gratiſſima,
Sed heus tu, uide ſis ne quid imprudens ruas.
Patrem nouiſti ad has res quam ſit perſpicax.
Ego te autem noui quàm eſſe ſoleas impotens,

Inuerſa

Inuerſa uerba, euerſas ceruices tuas,

Gemitus, ſcreatus, tuſſis, riſus, abſtine.

Clit. Laudabis. Sy. uide ſis. Clit. tutemet mirabere.

Sy. Sed quàm cito ſunt conſecutæ mulieres?

Clit. Vbi ſunt? cur retines? Sy. iam nunc hæc non eſt tua.

Clit. Scio apud patrem, at nunc interim? Sy. nihilo magis.

Clit. Sine. Sy. non ſinam inquam. Clit. quæſo pauliſper.

Sy. ueto.

Clit. Saltem ſalutare. Sy. abeas ſi ſapis. Clit. eo,

Quid iſtic? Sy. manebit. Clit. ò hoĩem felicem. Sy. ambula.

AIn tu? Hæc ſcena plena eſt & timoris & ſuſpitionis, ſed pſona ſeruilis utrīq; ſuccurrit. Ain tu hoc ſic lege, ut intelligas multa uerba præceſſiſſe, παρἐπιγραφὴ dicit̃ quãdo poeta ſignificat ſermonem alterius perſonæ præceſſiſſe. Mulier non Antiphila aut amica, ſed ſic dixit quaſi illi q deſperauerat rediturã. Ego. u. au. uerba ſunt reſpirãtis & ad ſe redeuntis. Minime. m. mulieres à natura tardæ in inceſſu ſunt, ſed hic additur cauſſa tarditatis. Minime. m. ſ. ſi relictæ ſunt. Perij. Cliniæ ſuſpitio, qđ amica corrupta ſit ab ancillarũ grege oritur, has em̃ ab alijs amatoribus eſſe putat. Portant. q. r. ob hoc non eſt ſecurus Syrus, qđ mulieres relictæ ſint. Et ueſperaſcit & non. n. u. cauſſa cur non oportuit relictas, quis em̃ tutus ſi quid portat & in nocte & incerto itinere. Vę. m. m. magis ſuſpicat̃ Clinia quod à Syro aurũ & ueſtem audierit. Abidũ, parelcon. Vnde eſſe cenſes, unde eſſent iſta, tanquã notum non explicuit. Quid tur. eſt? perſona ſeruilis utpote fidelis heri impẽſis timet. Quid. t. eſt? turba primũ perturbationẽ ſignificat, inde turbo. as, perturbo, deturbo, dehinc multitudinem, quæ ferè turbatione non uacat. Capient. aliâs deligent ſignificat. Virg. aut capere aut. c. i. d. u. Eccos. u. eccum eccam, eccos eccas, ellum ellam, ellos ellas ab ecce compoſita ſunt, & per aduerbia reſoluuntur non per ꝓnomina. Eccum, ecce hic ſubintellige uirũ de quo agebamus, eccam ecce hic ſubintellige fœminã, ita ellum intellige ecce illic uiſum, & cætera. O Iuppiter, ſic exclamat dum putat ab amica eſſe decep

ptum.Errans,hinc errones dicũtur.In ſumma.i.quærela amatoria con ſueuerunt amatores ab amica decepti cõmemorare qua aduerſa cauſſa illius acciderint. Pudet &c.m.recte quia poſt pudorẽ ſolet conſequi miſericordia.Pudet uerecundiæ eſt.piget pœnitentiæ.Teren.in Adel.Fratris me quidem pudet pigetq;,& bene pudet de filio in patrem,in And. Dum patris pudor. Cantabat,hoc eſt frequenter dicebat, & ſignãtius dixit cantabat,& antiqui canere pro eloqui dixerunt. Ab hac, ſic dixit quia nondũ appulerat,& ſi ſuperius me deſeruiſti dixerit.Hic de.n.u.e. ſuperius portant quid rerum & aurũ & ueſtem dixit. Videlicet.ſ.& uidelicet idem ſignificare uidentur quod certe.ſed habent uſum ſuum per amaritudinem cum deriſu permixtã.Virg.Scilicet his ſuperis labor eſt Quin.Hoc uidelicet expectaſti.Ex.i.r.ex ſignis quæ dicturus eſt.Anus. q.d.eſt.m. hoc contra illud eſt qnod ſupra dictũ a Clinia mater ſub imperio cuius eſt mala. Ea.o.m.hoc dictum eſt ne ab illa corruptã amicã ſuſpicetur.Alteræ.d.n.antiquũ eſt,nos alteri dicimus. Quænam eſt al. interrogat quia nõdum intellexerat amicã aduentare.Propera,properat qui feſtinanter aliquid agit uel dicit.Virg.Multa forẽt quæ mox cœlo ꝑperanda ſereno Maturare.d.&c. Iamprimũ.o. ſic incipit ut multa pudicitiæ ſigna narraturũs. Liuius in.I.ab ur.condi.Iamprimũ omniũ ſatis cõſtat,& eſt principiũ prolixi operis.Anus.q.p.in Eunucho de uiliſſima pſona.ꝓdi foras male conciliate. Ad la.r.hæc ſigna ſunt pudice uitã agentis. Sic in Andria.Primũ hæc pudice uitã parce ac duriter agebat, lana & tela uictũ quæritans. Vitã exe.aliter dicit exigere uitã, exigere fabulã,& exigere opus.Significat ẽm traducere,expellere,& finire Exiſtimãdi.c.indicãdi,æſtimare ẽm eſt cõſiderare,exiſtimare ꝟo indicare.Nã prius cõſideramus ea quæ iudicãda ſunt.Quæ cuiusq;ingeniũ, in Andria.Nam qui cũ ingenijs cõflictaĩ eiuſmodi &c. Offendimus,reperimus.Offendere ferè idẽ eſt qđ reperire.Eius anuis cauſſa.M.Varronem & Pu. Nigidiũ uiros Romani generis doctiſſimos conſtat non aliter locutos eſſe & ſcripſiſſe quã ſenatuis & domuis,qui eſt primus caſus ab eo quod eſt ſenatus & domus.Ornantur ſibi,nõ ut placeant amatoribus.Nulla.m.re ex.hoc eſt nõ fucatã.Mala enim à ſimilitudine mali hoc eſt pomi nomen aſſumpſit. Nam idem quod præminet inter naſum oculos & buccã, quod rotundum eſt,& in ſpeciem mali. Capillus capillum dicit more ſuo crinem incultũ.Capillus.p.i.ſparſus.Virg.Crinibus Iliades paſſis.Sunt quædam uerba quæ à diuerſo ueniunt præſenti,ſed in præterito confunduntur,ſicuti à patior,ita pando paſſus deſcẽdit,ideo legendum eſt in paſſione Chriſti,Qui expaſſis manibus & nõ expanſis à uertor & uereor uerſus ſum. Pannis ob.ſic in Eunu. Pannis annisq; obſitum.Ita pannis obſita dicitur,ut ager obſitus ſpinis.Immũda il.ꝓluuies & illuuies ſignificantiã habent parem, & immũditia eſt. Virg.fœdiſſima uentris illuuies.Sordidatã & ſor. ſordidus à natura dicitur,ſordidatus uero fit urgente neceſſitate,uel habitu ſorditatã & ueſte cor

ſte,corpore ſordidam & illuuie. Sordidatā refertur ad illud pannis ob-
ſita,ſordidā ad illud neglecta immunda illuuie. Extra em̄ hoc eſt culpā.
Noxa etiam ſignificat damnū. Sue. in Cæſare. Spuri nāq; irridens, & ut
falſum arguens quod ſine ulla ſua noxia Idus Martiæ eſſent. Nam diſci
plina eſt,præceptum in arte amandi,ut amatores prius ancillas corrū-
pant. Affectant,affectare eſt pronum animū ad faciendum habere. Fal-
ſam gratiam.ſ.mentiendo. Opletos,nam & ex nimio gaudio interdum
lachrymæ ꝓuenire ſolent. Apul. Tunc ego ſenſi naturaliter quoſdā affe
ctus in contrariū ꝓuenire. nam ut lachrymæ ſæpiculæ de gaudeo ꝓde-
unt, ita & in illo nimio pauore riſum nequiui continere. Age dum, age
ſingularem numerū deſiderat, agite pluralē. Age dum uero utrunq;.
Quæ eſt illa altera, interrogat non immemor uerborū Syri. O Clitipho
poſt iſtuc ueniam. Hem quid. hem interiectio eſt nouas res & optime
audientis. Quò il.du.hoc cum timore ꝓnunciãdum. Timet ne pater illi
us amicam cognoſcat. O impudentē au. bene audaciā quæ ꝓprie eſt te-
meritas. Heus tu non fit.ſ.p.ſententia generalis quæ & ſeruis conuenit.
Hoc ui.ſic dicere ſolemus,his qui res maximas aggrediuntur. Vbi pau.
m.q.t.ſ.uerba ꝓprie alicuius cōmittentis alteri cum periculo,uel res ſu
as,uel ſalutē. At em̄,ordo eſt at em̄ ſi ſinas dicā. Ita res eſt,hęc nunc qua-
ſi cum,hæc oratio imꝑfecta eſt,utpote à Clitiphone qui impatiens audi
endi eſt interrupta, recuſat em̄ Clitipho pericula,& uult amica ſine his
potiri,qđ Syrus fieri poſſe negat,q̄a neceſſe eſt, ſi amare uult ut admit-
tat pericula. Ergo ſubintelligendū eſt,quod hic uelit cōpos eſſe uoti ſui
ſine periculo,quemadmodum ſi aliquis ſine belli periculo uelit cōſequi
uictoriam. Aut aliquid tale,ut ſit ꝓuerbiū uſitatum in ignauos,qui ſine
labore conſequi uellent quod optant. Ita.r.h.aut comparationē quan-
dam uoluit inducere,& nō patitur Clitipho qui negociū audire & rem
ſolum uult,aut quia ſimile quærebat,& extra rem eſt, ideo illæ amba-
ges dicit,aut quia hoc ſecus & contēnens dicit. Malum aduerbiū eſt in-
terpoſitæ indignationis. Potis eſt,pro nō poteſt. Vis po.potior à potis
deſcendit, ideo illi in ſignificatione eſt ſimillimū, dicitur em̄ ſum com-
pos animi aut rationis quod hæc habeo. Vis quod.d.il.e.ꝑ inueniri po-
ſitum. Haud ſt.ſa.ironicos,id em̄ uelle ſine periculo,quod fieri non po
teſt,eſt inſipiētis. Aut hæc.ſ.pericula. Cum il.inuidioſe illis cum in una
ſit,ſic in Eunucho. Nō perpeti meretriciū contumelias. Harum.d.c.hoc
ſic infert Syrus , ut tãdem uelit conſiliū ſuum anteferri. Ha.d.c.aut uel-
le pericula cum amica, aut amittere eam unà cum periculis. Condictio
eſt actio in aliquē uel denunciatio. condicere em̄ priſca lingua eſt denun
ciare. conditio uero ſine.c.ut hic eſt legendū,eſt cum uno certā legem in
ſe cōtinens. Alibi Teren. Accepit conditionē,dehinc.q.oc. dicitur etiam
bonæ conditionis,ita ut referas ad fortunas non ad mores.i.diues eſt.
Eſt etiam conditio inter plura eligenda ſortis,oblata electio. Conditio-
num.i.optionū electionum. Quod ut,ſ.ſuperius. Vis quod des illi ef. Id

efficimus. quod cũ magno conatu & molimine facimus, uixq; per nos finem accipit. Siquidem, Syrus repetit uerbũ Clitiphonis, quod per eã dubitare uideat. Aſſimulabimus.a.t.h.e. callide Clitiphonis amica Cliniæ eſſe ſimulatur, ut Antiphila ad Soſtratã deducatur, quæ poſt agnoſcetur filia Chremetis, qua cognita, & altero cõſilio inuento à Syro extorquebitur argentum à Chremete, quod Clitipho Bacchidi ꝓmiſerat. Dedecori eſt.p.turpe eſt habere unam amicã nedum duas. Quid eo? cũ interrogatiõe.q.d.quid tum ſi ad matrẽ deducetur. Fabulæ, recte fabulæ quia neq; ueræ ſunt neq; ueriſimiles. Iſtiuſmodi.o.a.quã ſtulte amãs inducitur credere Syrum, qui iocatur iam habere aliquid quo potiatur amica ſine periculo. In au.u.loco prouerbij in eos qui ſecuri & ocioſi uitam ducunt. Talis ſentẽtia & apud Menandrũ quæ latinæ ſic exprimit. In aurem utranq; quãdoquidem dotata eſt cubet. Quid ago ẽm dubius & circa pericula, & circa amicã quærit conſiliũ. Age modo ſic ꝓnunciandũ eſt, ut Syrus diſcedat. & dicat amicæ Clitiphonis ut domũ reuertatur. Syre inquã, trepide Syrũ reuocari iam decedentẽ. Tamen iſt.a.qđ cœpi.ſ.ut dicam amicæ ut domũ redeat. Verum her.i.eſt, uerba creduli & trepidi amantis, & cõcedere uolentis Syro ut quid conſtituerit pagat. Concaluit, bene de amore concaluit. In Eunucho Accede ad hunc ignem iam caleſces plus ſatis. Nequid ac. nequid deeſt ob, uel propter, & eſt admonitio aliquid alicui trepide cõmittentis. Accuſandus, blãde dixit accuſandus non uerberãdus. Quaſi.i.m.r.m.a.ſecurius cõmittimus his ad quos non minus ꝑtinet quod agendum quã ad nos. Homini.h.u.amabant ueteres de proximo ſimilia dicere. Cic. minus earũ putauit ſi de armario quã de ſacrario fuiſſet ablatũ. Homini.h.dicticos hæc dixit ſeipſum oſtendens. Ne illa quid.t.ſubaudi timeo. Titubare ꝓprie eſt pedibus nõ ualentis inſiſtere, quales ſunt ebrij, ad animũ quoq; trãſfertur quoties ab animo uerba diſſentiunt. Veretur igitur Cli. nequid temere effundat quo ſe indicet. Perdocta eſt ꝓbe. aut per, poetice abundat, aut ꝓbe. Quæ ſolet qu.ſper.quos.i.quales amatores. Virg. Quos ego ſum toties iam.d.m. Miſerũ q.o.recte miſerũ ut oſtenderet non admiſſum arte.ſ.meretricia. Inopia.ſ.ſui. Ouid. Nitimur in uetitũ ſemꝑ cupimuſq; negata. Heus. hic heus admonẽtis. Vide ſis, blandimentũ eſt, quia ſæpe addit uerbo imperatiui modi. Vide ſis, ſi uis, & idem uidet quod ſodes. In uerſa uer. omnia ponit quæ ab amante uecordia fieri ſolent. Inuerſa.u.i.uerba, præpoſtere. & in contrarium ꝓnunciata. Eſt ẽm inuertere quaſi in contrariũ uertere, & præpoſtere uerba ꝓnunciare. ut pro lauo uola. Euerſas.c. ceruix ſeu ceruices poſterior pars colli, ubi origo eſt omnibus neruis, unde homo duræ ceruicis dicitur, quaſi indomabilis, & quaſi duri capitis & duræ mentis. Euerſas.c. contrariũ eſt erectas ceruices. Et ſignificat illum flecti & domari ab amica. Ceruices numero multitudinis dixit. Quintil. Ceruicem uidetur Hortẽſius primus dixiſſe. Nam ueteres pluraliter appellant. Vide ſis, uultuoſe ꝓnunciandum

dum, Curre. inpatientia amantis oſtenditur. nā uiſa amica Clitipho uerba Syri obliuioni tradiderat. Apud pa. obſeruabo id qđ me admonuiſti. At nunc inter, apoſiopeſis amantis ut ſit, Sine interim pauliſp̄ cum amica ludere. Nihilo magis. uult Syrus eum ꝑpetuo modeſtū, ne ſi incœperit nō poſſit ſe abſtinere etiam à patre uidente. Quod iſtic, iſtic, ꝓ iſte.

ACTVS SECVNDI SCENA QVINTA.

Tetrametri.

BACCHIS. ANTIPHILA. CLINIA. SYRVS.

AEdepol te mea Antiphila laudo, & fortunatam iudico.
Id cum ſtuduiſti. iſti formæ mores ut cōſimiles forent.
Minimeq́; (ita me Di ament) miror, ſi te ſibi quiſq́; expetit.
Nam mihi, quale ingenium haberes, fuit indicio oratio.
Et cum egomet nunc mecū in animo uitam tuā conſidero,
Omniumq́; adeo noſtrarum uolgus quæ ab ſe ſegregant,
Et uos eſſe iſtiuſmodi, & nos non eſſe haud mirabile'ſt:
Nam expedit bonas eſſe uobis: nos quibus cū res nō ſinunt
Quippe forma impulſi noſtra, nos amatores colunt,
Hæc ubi immutata eſt, illi ſuum animum aliò conferunt:
Niſi proſpectum interea aliquid nobis eſt, deſertę uiuimus
Vobis cum uno ſimul ubi ætatem agere decretum'ſt uiro,

Spargit in pſonas deſcriptionē morū Bacchidos & Antiphilę ut adpareat honeſte amaſſe Cliniam.

Cuius mos maxime eſt conſimilis uoſtrum, hi ſe ad uos ad-
plicant.

Hoc beneficio utriq; ab utriſq; uero deuincimini,

Vt nunquam ulla amori ueſtro incidere poſſit calamitas.

Mire opportunũ ἦθος.

An. Neſcio alias, me ſcio quidem ſemper feciſſe ſedulo, ut

Ex illius cõmodo, meũ compararẽ cõmodum. Clin. uáh,

Ergo mea Antiphila tu nunc ſola reducẽ me in patriã facis.

Nam dum abs te abſum, omnes mihi labores fuere, quos
cœpi, leues,

Præterquàm tui carẽdum quod erat. Sy. credo. Clin. Syre,
uix ſuffero.

Hoccine me miſerum non licere meo modo ingenio frui?

Sy. Immò ut patrem tuum uidi eſſe habitum diu, etiam du-
ras dabit.

Ba. Quis nam hic adoleſcens eſt, qui intuetur nos? An. ah
retine me obſecro.

Ba. Amâbo, quid tibi eſt? An. diſperij. Ba. perij miſera,
quid ſtupes

Antiphila? An. uideon' Cliniam, an non? Ba. quem uides?

Clin. Salue anime mi. An. ò mi Clinia, ſalue. Cli. ut uales

An. Saluum ueniſſe gaudeo. Cli. teneo ne te

Antiphila, maxime animo exoptata meo?

Sy. Ite intrò, nam uos iam dudum expectat ſenex.

Aedepol

AEdepol te mea Antiphila. Non potuit melius cõditionẽ meretriciã exprimere quã per eam quæ meretrix eſſet, quæ tamen nomini meretricio fauet, cum alibi rephendantur meretrices, nihil aliud ex amore adoleſcentũ quærere quã pecunię extorſionem, hic quoq; iucunda amantiũ congreſſio ſignatiſſime exprimitur. Aedepol, per caſtorem & pollucem ornatiua ſunt iurandi apta fœminis. Iſti.f.m.ut.c.f. mores ẽm pudici gratiores eſſe ſolent in pulchro corpore. Virg. Gratior & pul.u.in.c.u. Sibi, quiſq; ex. recte expetit cum eam à pudicitia cõmendet. Expetimus ẽm tantũ ea quę honeſta ſunt & plane bona, unde de rebus expetendis à philoſophis ſcriptum, quæ.ſ.peti debent. Oratio tua. quod dixeris cum uno uelle ætatem traducere. Antiqui etiã paucis uerbis orationem dixerunt. Nam exp.u.e.b. quia cum ſolo uiuitis. Nec poteſt eſſe uerus amor niſi inter duos, qui ſibi inuicẽ fidem ſeruẽt iuxta illud. Nec regna nec tædæ ſocium pati uolũt. Quippe.f i. & hic amor eſt gratia uoluptatis tantũ. Et bene impulſi, nã hęc omnia nox, uinũ amor. adoleſcentia ab impulſionis parte dicũtur, non à ratiocinationis. Amatores co. bene amatores. Amator fingi poteſt, amãs uero amat. Colũt, colere eſt inferioris pſonæ ad ſuperiorẽ. Nonnunquã ſuperioris ad inferiorem. Virg. Poſt habita coluiſſe ſamo. Niſi pro pſpicimus futura, diiudicamus præſentia. Deſertæ ui. ab his qui ob amorẽ frequentes erãt. Incidere.p.c.in Eunucho. Noſtri fundi calamitas. Proprie calamitatẽ ruſtici grandinẽ dicunt. quod cõminuat calamũ, hoc eſt culmũ ac ſegetẽ. Neſcio aliâs uerba mulieris cõmendantis ſe à fide in uirũ. Compararẽ. conſtituerem ut alibi. Quã inique comparatũ eſt. Vah, clamoſa interiectio hoc in loco ad gaudiũ ſpectat. Nec potuit uox accõmodatior dari amatori præ nimio amore fermè inſanienti ad primũ cum amica congreſſum. Dum abſ.p. abeſſem. Credo, Syrus nõ ſe ſolo mouerat, reſpõdet uerbis Clitiphonis qui cum loquebar, ut cum aliquo ambulatum abire cogeret. Vix ſuf. uix difficultatẽ ſignificat, & aliquãdo pro nõ ponitur. Ouid. Vix Priamus tanti totaq; troia fuit. Lucil. Carcer uix carcere dignus. Suffero, ſuſtineo, aliâs ſuppono. Immo ut pa.t.u.e.h. cum nõ poſſit per ſe Syrus Clitiphonẽ abigere, ad minas patris cõfugit, quẽ fingit iratum. Vide eſſe.h. uario modo homines habiti atq; affecti eſſe poſſunt, quibus ſecundũ academicos aliud atq; aliud uidetur. Etiã dũ d. ſubintelligẽdum eſt uel lites uel partes. In Eunucho duras partes fratris prædicas, & partes duras metaphoricos ab actoribus ſcænicis. uel duras dabit. hoc eſt durum ſe præbebit, uel abſolute duras ut dicimus bonas ei dedit uel dabit pœnas. Ci. quã primũ adueniens dedit. Intuitur nos, ab eo quod intueor intuetur & intuor intuitur. Ah.r.m.o. Antiphilæ præ nimia lætitia uiſo Clinia animo male eſſe cæpit. Nam ut animus

unà cum.

una cum corpore nonnunquã deficit nimio mœrore, & ſic interdum nimio gaudio. Videon. C. an non? tãta lætitia erat Antiphilæ. ut & ſi amatorem agnoſceret, de eo tamẽ dubitaret. Anime mi. mollis oratio & fœminea multis implicata blandimentis. Mi. uim blandimẽti habet. nam ſignificat meus. Clinia ſal. illa ad maiorẽ gratiam amantem ꝓprio nomine appellauit. Salue, modo admirantis interiectio eſt. Ten. ne. te. præ nimio amicæ deſiderio perij, cum dubitatione loquitur. Sunt qui legãt teneo ne te. ut referatur ad fidẽ ita ut dubitet an à ſe alienata ſit, an in fide perſiſtat.

ACTVS TERTII

SCENA PRIMA.

Tetrametri ac trimetri.

CHREMES. MENEDEMVS.

LVceſcit, hoc iam ceſſo pultare oſtium
Vicini: primum ex me ut ſciat ſibi filiũ
Rediſſe, & ſi adoleſcentem hoc nolle intelligo:
Verum cum uideam miſerum hunc tam excruciarier
Eius abitu: celem tam inſperatum gaudium,
Cum illi nihil pericli ex indicio ſiet?
Haud faciam: nam quàm potero adiutabo ſenem,
Ita ut filium meum amico, atq; æquali ſuo
Video inſeruire, & ſocium eſſe in negotijs.
Nos quoq; ſenes eſt æquum ſenibus obſequi.
Me. Aut ego profecto ingenio egregie ad miſeriam

Natus

Natus ſum, aut illud falſum'ſt quod uolgo audio
Dici, DIEM ADIMERE ægritudinem hominibus:
Nam mihi quidem quotidie augeſcit magis
De filio ægritudo, & quanto diutius
Abeſt, magis cupio tanto, & magis deſydero.
Ch. Sed ipſum foras egreſſum uideo, adibo, alloquar.
Menedeme ſalue: nuntium adporto tibi,
Cuius maxime te fieri participem cupis.
Me. Nunquid nam de Gnato meo audiſti Chreme?
Ch. Valet, atq; uiuit. Me. ubi nam eſt quæſo? Ch. apud me domi.
Me. Meus Gnatus? Ch. ſic eſt. Me. uenit? Ch. certe. Me. Clinia
Meus uenit? Ch. dixi. Me. eamus, duc me ad eum obſecro.
Ch. Non uolt te ſcire ſe rediſſe, etiam tuum
Conſpectum fugitat, propter peccatum: tum hoc timet
Ne tua duritia illa antiqua, etiam adaucta ſit.
Me. Non tu ei dixiſti ut eſſem? Ch. non. Me. quam ob rem Chreme?
Ch. Quia peſſime iſtuc in te, atq; in illum conſulis,
Si te tam leni, & uicto eſſe animo oſtenderis.
Me. Non poſſum. ſatis iam ſatis pater durus fui. Ch. ah,
Vehemens in utranq; partem Menedeme es nimis, Conſultatio ſenum in qua uideas quã
Aut largitate nimia, aut parſimonia:

tum falla- tur Chre- mes, eſtq; hæc παρασκευὴ turbarum quę ſequũ tur.

In eandem fraudem ex hac re, atq; ex illa incides.
Primum, olim potius, quàm paterere filium
Commeare ad mulierculam, quæ paululo
Tum erat contenta, cuiq; erant grata omnia,
Proterruiſti hinc. ea coacta ingratijs
Poſt illa cœpit uictum uolgo quærere:
Nunc cum ſine magno detrimento non poteſt
Haberi, quiduis dare cupis. nam ut tu ſcias
Quàm ea nunc inſtructa pulchre ad perniciem ſiet.
Primum, iam ancillas ſecum adduxit plus decem,
Oneratas ueſte, atq; auro. ſatrapes ſi ſiet.
Amator, nunquam ſufferre eius ſumptus queat,
Nedum tu poſſis. M. eſt ne ea intus? Ch. ſit rogas?
Senſi, nam ei unam cœnam, atq; eius comitibus
Dedi, quod ſi iterum mihi ſit danda actum ſiet.
Nam ut alia omittam, pitiſſando modo mihi
Quid uini abſumpſit? ſic hoc dicens, aſperum
Pater hoc eſt, aliud lenius ſodes uide.
Releui dolia omnia, omnes ſerias,
Omnes ſollicitos habui, atq; hæc una nox.
Quid te futurum cenſes, quem aſſidue exedent?
Ita me dij amabunt, ut tuarum miſeritum eſt
Menedeme fortunarum. Me. faciat quod libet,

Sumat

Sumat, conſumat, perdat, decretum'ſt pati,
Dum illum modo habeam mecum. Ch. ſi certum eſt tibi
Sic facere, id permagni referre arbitror,
Vt neſcientem ſentiat te id ſibi dare.
Me. Quid faciam? Ch. quiduis potius, quàm quod cogitas
Per alium quemuis ut des, falli te ſinas
Technis per ſeruulum, & ſi ſubſenſi id quoq;
Illos ibi eſſe, & id agere inter ſe clanculum.
Syrus cum illo ueſtro conſuſurrat, conferunt
Conſilia adoleſcentes: & tibi perdere
Talentum hoc pacto ſatius eſt, quàm illo minam.
Non nunc pecunia agitur, ſed illud quo modo
Minimo periculo id demus adoleſcentulo.
Nam ſi ſemel tuum animum intellexerit,
Prius proditurum te tuam uitam, & prius
Pecuniam omnem, quàm abs te amittas filium: hui
Quantam feneſtram ad nequitiam pateſeceris?
Tibi autem porrò ut non ſit ſuaue uiuere?
NAM DETERIORES omnes ſumus licentia,
Quocunq; inciderit in mentem, uolet, neq; id
Putabit, prauum, an rectum ſiet quod petet.
Tu rem perire, & ipſum non poteris pati,
Dare denegabis. ibit ad illum ilico,

Quo maxime apud te ſe ualere ſentiet,
Abiturum ſe abs te eſſe ilico minabitur.
Me. Videre uerum, atq; ita uti res eſt, dicere.
Ch. Somnum hercle ego hac nocte oculis non uidi meis,
Dum id quæro, tibi qui filium reſtituerem.
Me. Cedo dexteram, porro te idem oro ut facias Chreme.
Ch. Paratus ſum. Me. ſcin' quid nunc te facere uolo?
Ch. Dic. Me. quod ſenſiſti illos me incipere fallere,
Id ut maturent facere, cupio illi dare
Quod uolt, cupio ip ſum iam uidere. Ch. operam dabo.
Syrus eſt prehendendus atq; adhortandus mihi.
A me neſcio quis exit, concede hinc domum,
Ne nos inter nos congruere ſentiant.
Paululum negotij mihi obſtat, Symus, & Crito,
Vicini noſtri hic ambigunt de finibus,
Me cepere arbitrum, ibo ac dicam, ut dixeram
Operam daturum me hodie, non poſſe his dare:
Continuo hic adero. Me. ita quæſo. Di uoſtram fidem,
Itan' comparatam eſſe hominum naturam omnium,
Aliena melius ut uideant, & iudicent
Quàm ſua? an eo fit, quia in re noſtra, aut gaudio
Sumus præpediti nimio, aut ægritudine?

Hic

Hic mihi quanto nunc plus ſapit, quàm egomet mihi?
Ch. Diſſolui me ocyus, operam ut tibi darem.

LVceſcit, ueri amici officiũ pulcherrime à Teren. in hac ſcena exprimitur, in qua amicus amico, ſimul & gaudij inſperati maximo cũ affectu nuncium & conſiliũ adfert. Ceſſo, aliquis ceſſare dicitur .i. tardare ad aliquid celeriter pagendum. Virg. Ceſſas in uota pręceſq;. Ceſſat deſidioſus, requieſcit defeſſus. Miſe. h. cum affectu. nam ꝓprium ueri eſt amici lætari rebus proſperis amici, & dolere aduerſis. Cum illi. deeſt præſertim. Nam quod potero, quod ꝓ quantũ. Ex inditio, inditium proprie eſt oris & linguæ. Senem, plus habet affectus quã ſi diceret Menedemũ. Nos quoq; ſenes eſt. æ. ſ. ob. iuxta illud ꝓuerbiũ uſitatiſſimũ. Pares cum paribus facillime cõgregant. Naturaliter eñ adoleſcentes adoleſcentibus, ſenes uero ſenibus potius inſeruiunt, & obſequuntur. Aut ego ꝑfecto .i. ex his duobus neceſſe eſt alterũ tantum eſſe uerum ſed ſenex ex nimio filij deſiderio dubitat de eo quod omibus approbatiſſimũ eſt. Ingenio, hoc eſt natura. Ingeniũ naturalis eſt ſapientia. Salu. in Cati. Ingeniũ nemo ſine corpore exercebat. Ingeniũ quoq; ueteres dixerunt & ſua ſponte uel natura. Virg. Geor. lib. 2. Nunc locus aruorũ ingenijs quæ robora cuiq;. Egregie ad. m. egregiũ dicitur quod ex grege eligitur. Sed hic egregie ualde nimis. Non eſt ergo ad laudem poſitũ. Diem adi. æ. h. Seruius Sulpitius ad Ciceronẽ. Nullus dolor eſt quẽ non longinquitas tẽporis minuat atq; molliat. Nunciũ adporto tibi, nuncius & res ipſa & nũcius dicitur. Cuius maxime, bene maxime, quis enim nuncius illi gratior eſſe poterat quã filij? Nunquid de Gnato meo, quia omnis illius ſollicitudo circa filium erat, idcirco ſtatim de eo ſuſpicatus eſt nondum facta mentione. Valet atq; uiuit, ꝓſtiteron in ſenſu eſt. Si enim ualet neceſſario uiuit. Non ſi uiuit ualet. Ergo uiuit & ualet dicendum erat. Et bene utrunq; iunxit. Nam multi uiuunt, ſed nõ bene ualent. Meus Gnatus, magis cum admiratione quã cum interrogatione legendum. Clinia meus uenit, addidit & nomẽ, quod fieri conſueuit in his, quos diu optauimus, & nondũ ueniſſe credimus. Dixit, denũciatio eſt confirmãdæ ſententiæ, nec mutãda eſt, trãslata de foro & cauſidicis. Cice. præco dixiſſe ꝓnunciat. Dixi, hoc uerbum in fine additum ſuperiora confirmat, & eſt ꝓpriũ his qui ꝑorauerint cauſſam. Quint. Dixere quoq; quãquã id Antonius Ruffus ex diuerſo ponit exẽplum, de pluribus patronis preco pronunciet. Dixi, ſic dixit quaſi iam obtunderetur à Menedemo. Etiam tuum conſpectum fugitat, plus eſt quã fugit, & fugitat dixit, ut oſtenderet uehemẽter filium timere. Non tu ei di-

xti ut eſſem, ut aliquando certam qualitatē ſignificat. Et nōnunquā in-
certam. Alibi, Vt erat geſta. Quia peſſime.i.conſiliū & parētibus omi-
bus, & filijs ſalubre, patres eñ nimia largitate & clemētia liberos cor-
rumpunt. Illi uero nimia licentia deteriores facti. patribus mœrori, ſibi
uero detrimento ſunt. Non.p.hoc eſt animi uicti & Clementis, interdū
ad nimiam indignationē ſpectat, ut illud ſatyrici. Non poſſum.f.qui.g.
ur. Ah.u.bene dixit uehemens, de eo qui nō ſeruaret modum. Vt enim
particula ſicuti quædā alia tum intenſionem tum minutionē. Ergo uehe
mens à mentis ui atq; impetu dicitur. In eandē fraudem. fraus pro dolo
& pœna ab antiquis accipiebatur. Mulierculam, minus eſt quā ſi dice-
ret, aut mulierem aut meretricē, utpote quæ erat cōtenta paruo, & muli
erculam dicitur cum contēptu quaſi paupculā. Coacta ingratis, hoc eſt
inuita. Et bene coacta & ingratis. Nam aliquis ingratis dicitur aliquid
facere qui inuitus & coactus præter uoluntatē facit. Ingratijs contra uo
luntatem, & eſt aduerbiū. Poſt illa cœpit uictum uulgo quærere. ſic in
Andria. Lana & tela uictum quæritans. Et recte uictum & non cibum
protulit. Cibus eſt eñ qui delicatis præbetur. uictus in paruis aridiſq;
alimonijs eſt conſtitutus. Virg. Victum infœlicē Bac.l.c. Quærere, me-
lius dixiſſet quæritare. Quærit eñ qui ad plenum & ꝑpetuum reponit.
quæritat qui uix quotidie inquirēdo uictum inuenit. Poſt illa, antiquū
eſt, nos autem dicimus poſtea. Sine.m.in.i.damno, detrimentū. ſecun-
dum Var. à detritu dicit, qđ ea quæ trita minoris precij ſunt. Detrimen-
tum ab eo quod duo quæ inter ſe trita & diminuta, à quo etiam intertri
go dicta. Quid uis.d.c.& hoc eſt nimiæ largitatis. Nunc pro multo, ali-
âs, ꝑ minimo eſt, & ſic dixit quod ſupra uehemens. In utranq; partē er-
go accipi poteſt pro qualitate ſententiæ. Primū iam an.& hoc eſt ſignū
illam probe inſtructam ad expilandum amatores. Satrapes, ſatrapes, à
græcis ꝓuinciæ præfectus dicitur. Nedum tu.p.nedum hoc loco nega-
tiue ponitur. ut nō crederē tibi obulum nedum pro te effunderē ſangui-
nem. Iam Chremes Bacchidem credit Cliniæ eſſe amicā. Et obſerua Te
rentianā conſuetudinem, qui inducit nihil ſapere eos qui fallūtur. Senſi.
hoc cum dolore dicere ſolemus in his in quibus detrimentū ingens paſ-
ſi ſumus. Actum fiet, actum eſt dicitur de ea re de qua iam lata ſit ſenten
tia. Et eſt uerbum deſperantis. Pitiſſando modo mihi, bene pitiſſando.
Et releui dolia oĩa. Nam pitiſſare ꝓprie eſt parce uinū guſtare. quaſi
tentandi gratia. Tale eſt uerbū quo Plau. utitur Cyatiſſo. tale eſt & græ
ciſſo. Pitiſſando.i.expreſſis labris expuendo dum ſaporē uini probat.
Sic.h.d.aſ.i.auſterum, & ſecundū Pli. tria uini ſunt genera, auſterū, dul-
ce, & tenue. Releui dolia.o.pi. ut inquit Pli. in Italia reſina uino conden-
do maxime probatur Brutia. circa alpes ligneis uaſis cōdunt, circuliſq;
cingunt. Picantur autem ꝓtinus à canis ortu, dehinc ꝓfunduntur mari-
na aqua aut ſalſa, ac leui cinere ſarmenti aſpguntur, dum igitur uina a-
periuntur, dolia relinunt. Omnes.f.ſeria, dolium, & ꝓprie uas fictile de
limo

limo oblongum. Perſius. Et ó ſi ſub raſtro creperet argenti ſeria dextro Hercule. Sollicitos habui, uarijs officijs & miniſterijs diſtractos, nihil ſignificantius dicere potuit. Quid enim aliud eſt ſollicitare quã ſuo loco mouere. Solum autem quin ſignificet locum quis dubitat, cum exules quoq; dicuntur loco patriæ ſuæ pulſi. Sollicitos igitur habuit omẽs domeſticos, qui hinc & inde ad miniſtrãdum deſtinabantur. Sollicitus dicitur & qui ſollicitatur, & qui ſollicitat. Quem exedent, plus dixit quã ſi cuius res dixiſſet. Sic me. d. a. pro ament. Vt me tuarum. m. eſt. f. bene miſertum. Nam ſecundũ nonnullos. miſerari eſt flere, & lamentari. Miſereri uero miſerationẽ alienis caſibus exhibere. Sumat conſumat, perdat. Quis hoc patre re indulgẽtior? ſed hoc cõtingere ſolet dũ unicus eſt Gnatus. Sumat, accipiat. Aliâs ſumere eſt eligere. Saluſt. in Iugurt. Sumat aliquem ex populo monitorẽ officij ſui. Perdat quod maius eſt. & quod finem conſumẽdi habet, tertio loco poſuit. Per alium quemuis ut des, quod ſalubrius præceptum parentibus dari poteſt. Nulla enim re adoleſcentes magis corrumpũtur quã nimia parentum indulgentia. Technis id eſt fallacijs. Subſenſi. recte ſubſenſi, nam ſubtẽperamentum eſt plenæ ꝓnunciationis, ut ſubtriſtis ſubridet, nõ ad plenũ triſtis aut ridet. Duabus rebus ſcimus, aut ratione, aut ſenſu, ergo ſenex dicit ſe ſenſiſſe ſeruulos fraudem parare. Quã abs te. a. f. amittas pro dimittas dixit, nam quod nos dicimus dimitte, antiqui etiã dicebant amitte. Virg. Quiſquis es amiſſos. h. iam. ob. g. Saluſt. Pactione amiſſa publico conſilio. Ad nequitiã, bene de adoleſcente nequitiã dixit. nequitia ẽm eſt luxus uitæ prodigus, atq; effuſus. Ouid. nequitia eſt quæ te nõ ſinit eſſe ſenem. Nam deteriores. o. ſ. l. ſententia ꝓprie ſeni conueniens, & deteriores ſignantiſſime protulit, deteriores enim homines licentia à bono ad malum uertuntur. Eſt ẽm peius à malo qđ in uſu eſt & celeberrime frequentatur. Deterius uero à bono, ut minoris ſit meriti quã quod placet. Virg. 3. Geor. deterior donec paulatim ac decolor ætas. Putabit, putamus inſtãtia, reputamus prẽterita. Putare proprie purgare eſt, unde & arbores & uites putare dicimus, hinc putare eſt cogitare, quia cogitando ſuperflua mẽte recidimus. Eſt tamẽ putare eius qui ſimplicitate pectoris oberrauit. Cic. Non putauit lapſus eſt. Minitabitur. minatur etiã filius parẽti, dum ſe charũ animaduertit & diſceſſum ſimulat. Qui quomodo, & eſt ſermo comicus. Reſtituerẽ. redditur cupientibus, ut domini ſeruus. Reſtituitur cupiens, ut patriæ ciuis. Et redditur & reſtituit̃ cupiens cupientibus, ut patri filius. Præhendendus. in Andria. Tuus pater modo me præhendit. Præhendendus deeſt ad. ſed ideo prætermiſit quia dicturus erat adhortandus. Me cœpere arbitrũ, arbiter dabatur his qui de finibus regẽdis ambigerent. Dicitur ẽm arbiter iudex, quod totius rei habeat arbitriũ & facultatẽ. Boetius. Regendorũ finium arbitri eſſe dicunt̃, qui finalia litigia diſcernunt. ut ſi fuerit orta contentio de finibus eorũ, dirimatur arbitrio. Aliena ut. m. u. &. i. quã ſua. huic illud

Ciceronis

Ciceronis lib. I. officiorũ contrariũ eſt, eſt em̃ difficilis cura rerum alienarum, quanquã Terẽtianus ille Chremes humani nihil à ſe alienũ putet. Sed tamẽ quia magis ea ꝑcipimus atq; ſentimus, quæ nobiſipſis aut proſpera, aut aduerſa eueniunt, quã illa quæ à cæteris, quæ quaſi longo interuallo interiectio uidemus, aliter de illis ac de nobis iudicamus.
Diſſolui, excuſaui, quaſi qui foret promiſſione ligatus ſua.

ACTVS TERTII

SCENA SECVNDA.

Senarij.

SYRVS. CHREMES.

HAc illac circumcurſa, inueniendum eſt tamen
Argentum, intendenda in ſenẽ fallacia.
Ch. Num me fefellit hoſce id ſtruere? uidelicet
Eſt ille Cliniæ ſeruus tardiuſculus,
Id circo huic noſtro tradita eſt prouincia.
Sy. Quis hic loquitur? perij, num nam hæc audiuit? Ch. Syre. Sy. hem.
Ch. Quid tu iſtic? Sy. recte, equidem te demiror Chreme
Tam mane, qui heri tantum biberis. Ch. nihil nimis.
Sy. Nihil narras, uiſa uero eſt, quod dici ſolet,
AQVILAE SENECTVS. Ch. eia. Sy. mulier commoda &
Faceta hæc eſt meretrix. Ch. ſane idem uiſa eſt mihi.

Sy. Equi-

Sy. Equidem hercle forma luculenta. Ch. ſic ſatis.
Sy. Ita non ut olim, ſed uti nunc ſanè bona
Minimeq; miror Clinia hanc ſi deperit.
Sed habet patrẽ quendam auidum, miſerum, atq; aridum:
Vicinum hunc noſtin'? atq; ſi is non diuitijs
Abundet, gnatus eius profugit inopia. Occaſio fallendi ſenis.
Scin' eſſe factum, ut dico? Ch. quid ego neſciam
Hominem piſtrino dignũ? Sy. quem? Ch. iſtum ſeruulum
Dico adoleſcentis. Sy. Syre tibi timui male.
Ch. Qui paſſus eſt id fieri. Sy. quid faceret? Ch. rogas?
Aliquid reperiret, fingeret fallacias:
Vnde eſſet adoleſcenti, amicæ quod daret.
Atq; hunc difficilem inuitum ſeruaret ſenem.
Sy. Garris. Ch. hæc facta ab illo oportebãt Syre.
Sy. Eho quæſo laudas qui heros fallunt? Ch. in loco
Ego uero laudo. Sy. recte ſanè. Ch. quippe quia
Magnarum ſæpe id remedium ægritudinum eſt:
Iam, huic manſiſſet unicus gnatus domi.
Sy. Iocon' an ſerio illæc dicat neſcio,
Niſi mihi quidem addit animum quo libeat magis.
Ch. At nunc quid expectat Syre? an dum hinc denuo
Abeat, cum tolerare huius ſumptus non queat?
Nonne ad ſenem aliquam fabricam fingit? Sy. ſtolidus eſt.

Ch. At te adiutare oportet, adoleſcentuli
Cauſſa. Sy. facile equidem facere poſſum, ſi iubes,
Etenim quo pacto id fieri ſoleat, calleo.
Ch. Tanto hercle melior. Sy. non eſt mentiri meum.
Ch. Fac ergo. Sy. at heus tu facito, dum eadem hæc meminer̄is,
Si quid huius fabulæ forte aliquando euenerit,
Vt ſunt humana, tuus ut faciat filius.
Ch. Non uſus ueniet ſpero. Sy. ſpero hercle ego quoq;
Neq; ego nunc dico, quod quidquam illum ſenſerim.
Sed ſi quid, ne quid: quæ ſit eius ætas uides.
Et ne ego te (ſi uſus ueniat) magnifice Chreme
Tractare poſſim. Ch. de iſtoc, cum uſus uenerit,
Videbimus quid opus ſit, nunc iſtuc age.
Sy. Nunquam commodius unquam herum audiui loqui,
Nec cum malefacerem, crederem mihi impunius
Licere. quis nam à nobis egreditur foras?

HAc illac circũcurſa, iucundus error in quo herus in ſeruo decipitur, quem credit alteri fallaciã intendere, dum ſibi tenditur, & ſic eum aggreditur de fallacia in alterũ. Intendenda. uerbum à uenatoribus translatum. quia retia intendunt ad feras capiendas, quia ergo parat ſenẽ fallere, intendenda dixit. uel à ſagittis atq; arcu. In ſenem. cũ ſtomacho ſeruili ſenem dixit. in Andria quãtum intellexi modo ſenis ſententiã. Nõ me fefellit. idem ſuperius. Et ſi ſubſenſi id quoq; illos ibi ineſſe. & hic eſt error, credit ſenem Menedemũ, dũ Syrus de Chremete ipſo intelligit. Prouincia onus

dicitur

dicitur cuiuslibet rei gerendæ. Nam acquiſitæ bello longæ ab Italia regiones prouinciæ dictæ ſunt à porro. uel à procul uincēdo, ad quas p̄tores, quia cum officio mittebātur, officia quoq; prouinciæ nominātur. Recte. ioco uult Syrus deflectere orationē in aliud, & ſubterfugere heri repræhenſionem. Tam mane. eclypſis deeſt uigilare, aut qd tale. Aquilæ ſenectus. Plinius de ebrio inquit, hinc pallor & genæ pendulæ, oculorum ulcera, ꝛ temulę manus. diuus Hiero. ad præſidium de aquila inqt. aquila quando ſenuerit grauātur ipſius pennæ & oculi, quærit q; fontē & exigit pennas, & colligit in ſe calorem, & ſi oculi eius ſanātur, & in fontem ſe ter mergit, & ita ad iuuentutē redit. Eia. eia interdum hortantis eſt. nūc correctionē ſignificat. Mulier. e. à. cōmendatione meretricis incipit, ut melius ꝑſuadeat Cliniam deperire hanc cum ſit amica Clitiphonis. Faceta, bene de meretrice faceta dixit. Nam facetus eſt qui facit uerbis quod uult, poteſt etiam referri ad formā corporis, ut ſignificatio uocabuli indicat. Ita non ut. o. præterita ſemper præſentibus præferuntur, & magis cōmendantur. Aridum tranſlatione à terra quæ nihil præfert. Profugit. ſuperius. In Aſiam ad. r. m. a. hinc ꝓfugus dictus proprie qui procul à ſedibus ſuis uagatur. Hominē. p. d. ambigue an de Dromone, an de Syro, à quo bene annotarētur ſenum uitia. Et ſecum hæc dixit. Syre tibi. & hic ſecum. Male. i. nimiū. Seruaret ſenem, bene ſeruaret dixit de eo qui penitus ſe ꝑderet, & continuis excruciaret laboribus. Difficilem, moroſum. Eho quæſo. Eho modo interiectio eſt interrogantis, aliàs admirantis, aliàs ad ſe uocantis. In hoc loco. i. opportune. Quippe magnarū ſæpe ægritudinū. ipſum fallere in tempore quidā de officijs ſcribentes rectum putauerunt. Serio, poteſt aduerbiū & nomen eſſe. Quo libeat magis, ſubaudi fallere. Aliquā fa. trāslatio ab his qui expugnaturi oppida machinamenta belli ad id præparāt. Stolidus eſt, ſuperius. Ille Cliniæ ſeruus tardiuſculus eſt. Et proprie ſtolidus eſt qui ꝓxime accedit ad naturā ſenſumq; pecudū. Calleo. i. experiendo ſcio. Non eſt mentiri meum, in ꝓmiſſione dicit nō in fallendo. At heus tu facito, iam ꝓuidet fallaciæ quā mente conceperat, quo facilius mereatur ueniam ſi quid ſtruxerit in herum. Sed ſiquid nequid quæ Apoſiopeſis. q. d. ſiqd euenerit. Quæ ſit eius ætas, quæ amori eſt obnoxia. Et ne ꝑ ualde. Magnifice, bene magnifice dixit, memor uerborū Chremetis, qui ſupra dixit. Heros falli à ſeruis aliquādo eſſe remediū magnarum ægritudinū. Tractare, ſupius. Quo pacto id fieri ſoleat calleo. Quiſnā à nobis egreditur? paraſceue alterius ſcenæ.

ACTVS TERTII

SCENA TERTIA.

Trochaici octonarij, & ſenarij, mixti, & dimeter unus.

CHREMES. CLITIPHO. SYRVS.

Periculū per quod ſenſim ad epitaſin ꝑuenit, neque enim ſubito, ſed ꝑ gradus quoſdam ad talem motū accedendū erat.

QVid iſtuc quæſo? qui iſtic mos eſt Clitipho? ita ne fieri oportet?
Quid ego feci? Ch. uidin' ego te modo manum in ſinum huic meretrici
Inſerere? Sy. acta hæc res eſt, perij. Cli. mene? Ch. hiſce oculis, ne nega.
Facis adeo indigne iniuriam illi, qui nō abſtineas manum.
Nam iſtæc quidem contumelia eſt,
Hominē amicum recipere ad te, atq; eius amicā ſubagitare
Vel heri in conuiuio quàm immodeſtus fuiſti? Sy. factum.
Ch. Quàm moleſtus? ut equidem (ita me di ament) metui quid futurum deniq; eſſet.
Noui ego amantium animos, aduertunt grauiter quæ non cenſeas.
Cli. At mihi fides apud hūc eſt, nihil me iſtius facturū pater.
Ch. Eſto, at certe cōcedas aliquò ab eorū ore aliquantiſper.
Multa fert libido, ea ꝓhibet facere tua præſentia: ego de me
Facio cōiecturam, nemo eſt meorum amicorū hodie apud
Quem expromere omnia mea occulta Clitipho audeam.
Apud alium prohibet dignitas, apud aliū ipſius facti piget

Ne in-

Ne ineptus, ne proteruos uidear: quod illum facere credito
Sed noſtrum eſt intelligere, utcunq;, atq; ubicunq; opus ſit obſequi. γνώμη.
Sy. Quid iſtic narrat? Clit. perij. Sy. Clitipho, hæc ego præcipio tibi.
Hominis frugi & tẽperantis functus officiũ. Clit. tace ſodes
Sy. Recte ſanè. Ch. Syre pudet me. S. credo, neq; id iniuria
Quin mihi moleſtum'ſt. Clit. pergin' hercle? Sy. uerum dico quod uidetur.
Clit. Nonne adcedam ad illos? Ch. eho quæſo una accedundi uia eſt?
Sy. Actum'ſt, hic prius ſe indicarit, quàm ego argentum effero, Chreme
Vin' tu homini ſtulto mihi auſcultare? Ch. quid faciam? Sy. iube hunc
Abire hinc aliquò. Clit. quò ego hinc abeam? Sy. quò lubet da illis locum.
Abi deambulatum. Cli. deambulatum, quò? Sy. uah, quaſi deſit locus:
Abi ſanè iſtac, iſtorſum, quo uis. Ch. recte dicit, cenſeo.
Clit. Di te eradicent Syre, qui me iſtinc extrudis. Sy. at tu pol tibi iſtas
Poſthac comprimito manus.

Cenſen' uero? quid illum porrò credis facturum Chreme?
Niſi eum, quantũ di dant tibi opis, ſeruas, caſtigas, mones.
Ch. Ego iſtuc curabo. Sy. atqui nunc here hic tibi adſer-
uandus eſt.
Ch. Fiet. Sy. ſi ſapias, nam mihi iam minus minusq́; ob-
temperat.
Ch. Quid tu? ecquid de illo, quod dudum tecum egi, egi-
ſti Syre? aut
Reperiſti tibi quod placeat, an nondum etiã? Sy. de fallacia
Dicis? hem, inueni nuper quandam. Ch. frugi es, cedo
quid id eſt?
Sy. Dicam, uerum ut aliud ex alio incidit. Ch. quid nam
Syre? Sy. peſſima hæc
Eſt meretrix. Ch. ita uidetur. Sy. immo ſi ſcias.
Vah, uideo quod inceptet facinus: Fuit quædam anus Co-
rinthia
Centum coronati. Hic, huic drachmarum hæc argenti mille dederat mutuum
Ch. Quid tum? Sy. ea mortua'ſt, reliquit filiam adole-
ſcentulam,
Ea relicta huic arraboni eſt pro illo argento. Ch. intellego.
Sy. Hanc ſecum huc adduxit, ea quæ eſt nunc ad uxorẽ tuã.
Ch. Quid tũ? Sy. Clinia orat ſibi uti nunc det illam, illi tamẽ
Nummũ pro drach. Poſt daturum mille nummũ poſcit. Ch. & poſcit quidem?
Sy.

Sy.hui (tas? ma ſicut &Plaut. ſæpe.

Dubium ne id eſt? Ch. ego ſic putaui, quid nunc facere cogi

Sy. Egone, ad Menedemum, ibi dicam hanc eſſe captam è
Caria,

Ditem, & nobilem, ſi redimat, magnũ ineſſe in ea lucrum.

Ch. Erras. Sy. quid ita? Ch. pro Menedemo nunc tibi ego
reſpondeo.

Non emo, qd ais? Sy. optata loquere. Ch. atqui nõ opus eſt

Sy. Non opus eſt? Ch. nõ hercle uero. Sy. quid iſtuc, miror.
Ch. iam ſcies,

Mane mane. qd eſt, quod tã à nobis grauiter crepuere fores

QVid iſtuc quæſo. In hac ſcena Syrus hero perſuadet, quod multũ facit ad extorquendum argentũ. Quid iſtuc, uiderat Chremes filium ludentẽ cum Bacchide, quã Cliniæ eſſe credebat. Et bene expſſit obiurgationẽ paternam ſæpe repetẽdo. Huic meretrici, plus intulit quã ſi dixiſſet mulieri. Acta hæc res, uerbum deſperantis. Timebat em̃ Syrus, ne ob hoc fallacia eius detegeretur. Me ne? more filiorum quod cõmiſerat, patri audacter negat. ĩ Hiſce ò cu. dicticos & cum emphaſi. Facis adeo ĩ, illi. bene pater poſt obiurgationẽ ad admonitionẽ tranſit. Vel. h. ingerit aliud malefactum dum admonet ut ſolent patres. Vt equi. m. ut ꝑ quãtum uel pro qualiter. Virg. Vt uidi, ut perĳ. Aduortunt gra. quia in amore omnia ſuſpecta ſunt. Mihi fides. arcta familiaritas cum alter de altero in re uenerea nihil ſuſpicat. Eſto, uerbum concedentis. Concedas aliquò, & hoc quærit Syrus, ut abigatur Clitipho ab amica, ne Chremes eius eſſe animaduertat. Ego de me. f. c. patres conãtur monere filios aut proprio exemplo, aut aliorũ. Ne inep. a. p. Cice. in. 2. de oratore. Nam qui aut tempus quid poſtulet nõ uidet, aut plura loquitur, aut ſe oſtentat, aut eorum quibuſcum eſt uel dignitatis, uel cõmodi rationẽ non habet, aut deniq; in aliquo genere, aut inconcinnus, aut multus eſt is ineptus eſſe dicitur, ꝓteruus dicit importunus, qui alteri eſt impedimẽto,

uel ſi

uel ſi per impotentiã mentis obuium cubito feriat, aut contumelia ſibi cedere cogat. Quid.i.n. Syrus ſecum loquitur timẽs ſuæ fallaciç. Frugi, utilis & neceſſarius à frugibus, quæ quod ijs fruamur dictæ ſunt. Inde fructus, & frumentũ. Frui autẽ eſt ueſci, à frumine quæ eſt ſumma pars gulæ. Sodes, eſt aduerbiũ blandientis. Quin.m.m.eſt, quin pro etiam. Mihi, habet emphaſim. Mihi, qui non ſum pater. Pergin' iraſcitur Clitipho ſeruum aduerſus ſe loqui. Eho hoc loco admonentis eſt. Vna uia. ſ. honeſta, nec te impudice agas. Actum eſt, ſemper deſperantibus hoc uerbum datur. Hic prius, hæc ſecum loqtur. Deambulatum, quò bene impotẽtia amãtis exprimitur, nec pater, nec Syrus, nec deliberatio antefacta remouere poterat Clitiphonẽ ab amica. Ariſtas.c.m. ſubticet pcuſſionem, ne ſurgat in tragicum cothurnum. Abi ſane iſtàc, cum geſtu & motu hęc pnuncianda. Te era. Syre. dum hæc cũ indignatione ei pferret pcuſſit Syrum. Quid illum porro.c. uel indignatus ſeruus hæc dicit, uel ſeruili more aſtute tractat herum. Quid tu, bene amato filio de fallacia erga Menedemũ exquirit. De illo ſic dicere ſolent q de re aliqua pagenda inter ſe loquunt. Vt aliud ex.a.in. multa eſſe fingit, ut ueriſimilius ſit quod finxerit. Peſſima.h.eſt.m. contrariũ illud quod ſuperius dixit. Mulier cõmoda & faceta hæc eſt meretrix, ſed hoc loco peſſimam appellat, utpote quæ teneat uirginẽ, quã Syrus illi relictam araboni fingit, & hæc eſt ualens cauſſa ad extorquẽdum argentum. Incœptet, incipere & incœptare magnorũ eſt facinorũ & audaciæ. In Eunucho. Quid incœptas Thraſo. Araboni, pignori, hoc loco intelligas. Arabo dicitur merces, corolariũ, & eſt quod prius datur ut reliquum reddatur. Mille dragmarũ, tale & illud mille hominũ occiditur, Cic.in.6.in Antoniũ, qui.L. Antonio mille nummũ ferret expẽſum. In his & multis alijs mille numero ſingulari dictum eſt. De hoc multa. A. Gellius lib.I. noctium Atticarum. Dubium.ne.i.qđ meretrix auara poſcat hui, & cætera huiuſmodi generis ſane ſunt aduerſus eos quibus iraſcimur. Ibo.d.ſe aſtutum fingit ad decipiendum Menedemũ ſuperius. Etẽm quo pacto id fieri ſolet calleo. Optata.l.ita loquitur ille qui cum alio loquitur, & cui is aduerſatur in cõſilio de re peragenda.

ACTVS QVARTI SCENA PRIMA.

Tetrametri, ſeptenarij, & ſenarij mixti.

SOSTRATA. CHREMES. NVTRIX. SYRVS.

Niſi

NIſi me animus fallit, hic profecto eſt annulus, quem ego ſuſpicor:

Is qui cum expoſita eſt gnata. Ch. quid uolt ſibi Syre hæc oratio?

So. Quid eſt? is ne tibi uidetur? Nu. dixi equidem, ubi mihi oſtendiſti, ilico (tis

Hæc cataſtrophe rerum Cliniæ eſt, & occaſio epitaſeos nouæ rerū Clitiphonis.

Eũ eſſe. So. at ut ſatis cõtẽplata modo ſis mea nutrix. Nu. ſa

So. Abi iam nunc intro atq; illa ſi iam lauerit mihi nuntia.

Hic ego uirũ interea opperibor. Sy. te uolt, uideas q̃d uelit,

Neſcio quid triſtis eſt, non temere'ſt. metuo quid ſiet. Ch. quid ſiet?

Ne iſta hercle magno iam conatu magnas nugas dixerit.

So. Ehem mi uir. Ch. ehem mea uxor. So. te ipſum quæro. Ch. loquere quid uelis.

So. Primum hoc te oro, nequid credas me aduerſus edictum tuum,

Facere eſſe auſam. Ch. uin' me iſtuc tibi (& ſi incredibile eſt) credere?

Credo. Sy. neſcio quid peccati portet hæc purgatio.

So. Meminiſtin' me eſſe grauidam, & mihi te magnopere interminatum,

Si puellam parerem nolle tolli? Ch. ſcio quid feceris,

Suſtuliſti. So. ſic eſt factum dña? ergo herus dãno auctus eſt

So. Minime, ſed hic erat anus Corinthi, haud impura, ei de
Exponēdam, Ch. ò Iupiter tantā ineſſe animo inſcitiā? (di
So. Peri, q̄d ego feci? Ch. rogitas? So. ſi peccaui mi Chreme
Inſciens feci. Ch. id equidem ego, etiā ſi tu neges, certo ſcio
Te inſcientem, atq; imprudentem dicere, ac facere omnia.
Tot peccata in hac re oſtendis: nam iam primum, ſi meum
Imperium exequi uoluiſſes, interemptam oportuit,
Non ſimulare mortem uerbis, re ipſa ſpem uitæ dare.
At id omitto, miſericordia, animus maternus, ſino.
Quàm bene uero abs te perſpectū eſt? quid uoluiſti? cogita
Nempè anui illi prodita, abs te filia eſt planiſſime
Per te, uel uti quæſtum faceret, uel uti ueniret palàm.
Credo id cogitaſti, quid uis? ſatis eſt dum uiuat modo.
Quid cum illis agas, qui neq; ius, neq; bonum atq; æquum ſciunt?
Melius, peius, proſit, obſit, nihil uident, niſi quod lubet.
So. Mi Chreme peccaui fateor, uincor. nunc te obſecro,
Quanto tuus eſt animus natu grauior, tāto ſit ignoſcentior
Vt meæ ſtultitiæ iuſtitia tua ſit aliquid præſidi.
Ch. Scilicet equidem iſtuc factum ignoſcam. uerū Soſtrata
Male docet te mea facilitas multa. ſed iſtuc quidquid eſt?
Qua hoc occeptum'ſt cauſſa? loquere. So. ut ſtultæ & miſeræ omnes ſumus

Reli-

Religioſæ,cum exponendam do illi,de digito annulum
Detraho,& eum dico ut unà cum puella exponeret,
Si moreretur,ne expers partis eſſet de noſtris bonis.
Ch.Iſtuc recte.conſeruaſti te atq; illam.So.hic eſt annulus.
Ch.Vnde habes? So.quam Bacchis ſecum adduxit adoleſcentulam.Sy.hem.
Ch.Quid ea narrat?So.ea lauatum dum it,ſeruandum mihi dedit
Annulum,non aduorti primo,ſed poſtquam aſpexi,ilico
Cognoui,ad te exilui.Ch.quid nunc ſuſpicare,aut inuenis
De illa?So.neſcio,niſi ut ex ipſa quæras unde hũc habuerit
Si poteſt reperiri.Sy.interij,plus ſpei uideo quàm uolo.
Noſtra eſt,ſi ita eſt.Ch.uiuit ne illa cui tu dederas?S.neſcio
Ch.Quid renuntiauit olim feciſſe?So.id quod iuſſeram.
Ch.Nomen mulieris cedo quod ſit ut quærat?So.Philtere
Sy.Ipſa eſt.mirũ ni illa ſalua eſt,& ego perij.Ch.Soſtrata,
Sequere me intro hac.So.ut præter ſpem euenit? quàm timui male,
Ne nunc animo ita eſſes duro,ut olim in tollenda Chreme?
Ch.Non licet hominem eſſe ſæpe ita ut uolt,ſi res non ſinit
Nunc ita tempus eſt mihi ut cupiã filiam,olim nihil minus.

NIſi me animus fallit. Hæc ſcæna Antiphi.recogni-
tionē continet, ex qua inter uirū & coniugem al-
tercatio oritur, demū recōciliatio. Simul Sy. offer
tur alia ratio extorquendi argentū. Expoſita, ex-
ponere eſt morti tradere & obijcere. Quid.u.ch.
non ſe loco mouerat. Hæc oratio, pauca uerba ue
teres orationē quoq; dixerunt. Dixi.e.hæc ſic re-
ſpondet, ut quæ nihil in hac dubita.habeat. At.u.
ſ.ſic. dicimus in his rebus de quibus dubitamus,
& præcipue quas iamdiu nō uidimus. Contem-
plata. contemplari dictum eſt à templo,i. à loco qui ab om̄i parte aſpici,
uel ex quo om̄is pars uideri poteſt, quē antiqui templum nominabant.
Satis multum infinitū eſt, ſatis uero finitum. Te uult. ſignantius dictum
quā quærit, aut expectat. Neſcio quid, deeſt ob uel propter. Quid ſi.cū
ſtomacho ꝓnunciādum. Hem mi.u.a. blādimento incipit, mi & uir plu
rimū blandimenti habent. & uir maritū ſignificat, uirum quoq; de ani-
malibus poſſe dici. Virg. in buc. oſtēdit. Vir gregis ipſe cap. Hem.m.u.
hæc repetitio à ſimili indignantis eſt. Primū te.oro. à purgatione incipit
ne mulier cōtra edictum mariti feciſſe uideatur. Suſtuliſti. educaſti. hoc
in alia ſignificatiōe nōnunquā ponit. Tollere. nutrire. Iuue. Tollere dul
cem cogitat hæredē. Dāno au. ꝓpter dotē quæ dat, & recte dāno dixit.
Nā damnū rei eſt, malum uero hoīs. Haud impura cōmendatio ꝑſonæ
cui data exponenda, ne Chremes ab ea impudice filiam educatā ſuſpi-
cetur. impurus eſt, aliquo uitio maculatus, & aliquando dicitur ꝓbus.
O Iuppiter, terribilis exclamatio ſenis poſtquā audiuit filiam anui datā
exponendam. Ne eſſe, eclypſis eſt quæ datur iratis, ſubaudit decet. Inſci
tia eſt ignorantia quædam rerum. Inſciens fe. uenialis ſtatus. Inſciēs fe.
prudens eſt qui intelligentia ſua aliquid ſentit. ſciens qui alicuius indi-
cio rem cognoſcit. prudens per ſeſe, ſciens per alios. cuius contrariū in-
ſciens eſt qui ignorat res. Et imprudēs qui non intellectum habet bono
rum & malorū. Imperium.e. primū ponit peccatum qđ contra edictū
ſuum fecerit. Sino, concedo, quia animus maternus plurimū ueniæ me-
retur. Illi pro. ſignificatiſſime ꝓdita. Socij em̄ deficere dicuntur. Saluſt.
poſt defectionem ſociorū prodere parentes. Virg. Vnius ob iram ꝓdi-
mur. Deſerere uero patroni, hinc milites patriæ deſertores dicūtur, qui
patriam deſerunt quā defendere deberent. Virg. Deſertorē Aſiæ. Quid
cum.i.a.a. amatores deſignat qui nihil penſi habent, expertes iuris, &
om̄is æquitatis, ea ſola recta putant quæ illis libuerint. Peccaui fa. uicta
mariti argumentis crimen ſuū fatetur, & quo magis mereat ueniā ſim-
plicitatis opinionē inire tentat, & hoc per deꝑcationem. Ignoſcentior.
In crimine ſic confeſſo ultimū remedium cōfugere ad iudicū miſericor-
diam. Mea.f. recte quia cito uxori ueniam dedit. Facilitas illius eſt qui
cito iram deponit. Clementia illius qui nunquā iraſcitur. Qua.i. quaſi
de magna

de magna re dixit. Vt ſtul.&mi.o.ſu.uituperatio à ſexu, mulieres enim conſueuerunt eſſe imperitiores uiris & multis ſupſtitionibus detineri. Religioſæ, ſupſtitioſæ. Religioſus etiā appellabat is qui nimia & ſupſtitioſa religione ſeſe alligauerat, ut hoc loco. De.n.b.& hæc erat ſupſtitio. Illud.r.ironicos dictum. Lauatū, ſecundum antiquos, nos dicimus lotum. Ouid.faſtorū.2. Mane lauaturas.ſ.p.a. Exilui, oſtendit nimiam lætitiam de inuenta filia, ideo non dixit acceſſi. Plus.ſ.u.nolebat tam cito cognoſci filiam, ne occaſio p̄riperetur auferendi argentū. Plus ſpei, melius eſt ut non ad Syrū referas ſed ad Soſtratam. Mirum ni illa ſalua. non poteſt credere perijſſe anum quod maxime uellet ob recognitionē Antiphilæ. Ego perij, quia recognita eſt antequā auferrem argentum. Si res non ſinit, nam prudentis eſt parere tempori. Nihilominus, ꝓ nō, quod auctus diuitijs eſſet.

ACTVS QVARTI SCENA SECVNDA.

Octonarij iambici.

SYRVS.

NIſi me animus fallit, haud multum à me aberit infortunium.
Ita hac re in anguſtum oppido nūc meæ coguntur copiæ
Niſi aliquid uideo, ne eſſe amicam hanc gnati reſciſcat ſenex.
Nam quod ſperem de argento, aut poſſe poſtulē me fallere
Nihil eſt, triumpho, ſi licet me latere tecto abſcedere.
Crucior bolum tantū mihi ereptum tam ſubito è faucibus.
Quid agam? aut quid comminiſcar? ratio de integro ineunda eſt mihi.

Epitaſis. Nam ſubinde alia atq; alia cōſilia fallunt ſeruolum. Et uideas Dauū hic tanquā Protheum in omes formas uerti.

Nihil tam difficile, quin quærendo inueſtigari poſſit.

Quid ſi hoc ſic incipiam nunc? nihil eſt, quod ſi ſic? tantundem egero.

Ac ſic opinor, non poteſt, immò optime, euge optumam habeo.

Retraham hercle, opinor, ad me, illud idem fugitiuum

Argentum tamen.

NIſi.m.a.f. Recognita Antiphila Syrus anxius nouum quærit conſiliũ de extorquenda pecunia, & bene deliberantem de re aliqua exprimit. eſt ẽm dialogiſmus acuti ingenij in multa cogitatiõe uerſantis. Copiæ meæ, translatio ſumpta ab imperatore qui iam pene ſuſus ab hoſtibus ſe in aliquem tutiſſimũ locum recepit. Copiæ. numero multitudinis. & ἐνικῶς de exercitu dicũtur. Salu. Ex omĩ copia Catilinæ. Virg. Et quę ſic me circum copia luſtro. Triumpho.ſ.m.l. Verba propriæ ſeruorũ, quoties uident ſe qd' incœperant perpetrare non poſſe. Et ironicos legẽdum. Bolum, translatio ab animalibus quibus aufertur præda. Bolus apud græcos ſi per o ſcribitur ſignat iactum retis, ſi per ω glebam terræ uel fruſtrũ cuiuſq; rei. Cõminiſcar. fingam inde cõmentum dicit. Alibi. atq; illis commentum placet. Nihil tam diff. ſentẽtia generalis ſine certo auctore, quæ ſeruis etiam conuenit. Quid ſi ſic. qui aliquid incepturi ſunt, multa ꝑponere ſolent & affirmare, & refellere quod ſit faciendum uel relinquẽdum. Tantundem egero. hæc conſultatio fit à Syro per ratiocinationem. ſic ò bene opinor. nam quæ opinamur putamus, quæ putamus incerta ſunt. Euge. uox lætantis eius qui optimũ inuenerit conſilium. Fugitiuũ. a. facete & ioculariter ſeruili more de argento tanquã de homine dixit.

ACTVS QVARTI SCENA TERTIA.

Tetrametri trochaici, & iambici, & ex his catalectici, quidam trimetri ſeu ſeptenarij.

CLI-

CLINIA · SYRVS.

NVlla mihi res poſthac poteſt iam interuenire tanta,
Quæ mihi ægritudinem adferat, tanta hæc lætitia oborta eſt.
Dedo patri me nunc, iam ut frugalior ſim quàm uolt.

Cataſtrophe in perſonas ſpargitur, & ſubijcitur conſultatio quę ad epitaſin alterā facit.

Sy. Nihil me fefellit. cognita eſt, quantū audio huius uerba
Iſtuc tibi ex ſententia tua obtigiſſe lætor.
Clin. O mi Syre audiſtin' obſecro? Sy. quid ni? qui uſq; unà adfuerim.
Clin. Cui æque audiſti commodius quidquam eueniſſe? Sy. nulli
Clin. Atq; ita me Di ament, ut ego nunc non tam me apte cauſſa
Lætor, quàm illius, quā ego ſcio eſſe honore quouis dignā
Sy. ita credo. ſed nunc Clinia age, da te mihi uiciſſim,
Nam amici quoq; res eſt uidenda, in tuto ut collocetur,
Ne quid de amica nunc ſenex. Clin. ò Iupiter. Sy. quieſce.
Clin. Antiphila mea nubet mihi. Sy. ſiccine mihi interloquere?
Clin. Quid faciam Syre mi? gaudeo, fermè. Sy. fero hercle uero.

Clin. Deo-

Clin. Deorum uitã adepti ſumus. Sy. fruſtra operam hanc opinor ſumo.

Clin. Loquere, audio. Sy. at iam hoc non ages. Clin. agam. Sy. uidendum eſt, inquam,

Amici quoq; res Clinia tui in tuto ut collocetur.

Nam ſi nunc à nobis abis, & Bacchidem hic relinquis,

Noſter reſciſcet ilico eſſe amicam hanc Clitiphonis:

Si abduxeris, celabitur itidem, ut celata adhuc eſt.

Clin. At enim iſtoc nihil eſt magis Syre meis nuptijs aduorſum:

Cõſilium aſtutũ ſeruoli, cui tamen nõ reſpondebit euẽtus

Nam quo ore appellabo patrẽ? tenes quid dicã? Sy. qd ni?

Clin. Quid dicam? quam cauſſam afferam? Sy. quin nolo mentiare,

Aperte ita ut res ſeſe habet, narrato. Clin. qd ais? Sy. iubeo

Illam te amare & uelle uxorem, hanc eſſe Clitiphonis.

Clin. Bonã atq; iuſtam rem oppido imperas, & factu facilẽ.

Et ſcilicet iam me hoc uoles patrem exorare, ut celet

Senem noſtrum. Sy. immò ut recta uia rem narret ordine. Clin. hem.

Satin' ſanus es, & ſobrius, tu quidem illum planè prodis,

Nam qui ille poterit eſſe in tuto, dic mihi?

Sy. Huic equidem conſilio palmam do, hic me magnifice ecfero,

Qui

Qui uim tantã in me, & poteſtatem habeam tantæ aſtutiæ,
Vera dicendo ut eos ambos fallam. ut cum narret ſenex
Veſter noſtro, iſtam eſſe amicam gnati, non credat tamen.
Clin. At enim ſpem iſtoc pacto rurſum nuptiarum omnem eripis:
Nam dum amicam hanc meam eſſe credet, non committet filiam.
Tu fortaſſe quid me fiat paruipendis, dum illi conſulas.
Sy. Quid? malum me tandem cenſes uelle id adſimularier,
Vnus eſt dies dum argentum eripio, pax, nihil amplius
Clin. Tantum, ſat habes? quid tum quæſo ſi hoc pater reſciuerit?
Sy. Quid ſi redeo ad illos qui aiunt: QVID SI NVNC COELVM RVAT?
Clin. Metuo quid agam. Sy. metuis? quaſi non ea poteſtas ſit tua
Quo uelis in tempore ut te exoluas, rem facias palàm.
Cli. Age age, traducat Bacchis. Sy. optume ipſa, Exit foras

Pax Priſci. autore ſignificat tantum.

NVlla.m.r.p. Nimia Cliniæ lætitia exprimitur de recognita Antiphila, qua præpeditus uix poteſt adduci à Syro ut Clitiphoni ſuccurrat. Aegritudinẽ af. tale & illud deorũ uitam adepti ſumus. Dedo.m.p. plus dedere hoc loco quã obſequi, dedere ſe uult patri quemadmonum in hoſtium poteſtatem hoſtes ſe dedunt. in Andria. Tibi pater me dedo. quaſi qui uellet cõtraria. & deditio in hoſte fieri ſolet. Frugalior. temperatior. O mi ſ. à blandimento incipit ut faciũt qui quicquam

ſperatum cõſecuti ſunt. Quid ni. quid niſi audierim. Meapte. cum ablatiuo parelcon additum, ut noſtrapte. Cato tamen poſuit mihipte p mihi ipſi. Dignam. q. h. amica, & ſi impudica eſt, dũmodo amatori placeat ab eo commendatur, amore eum impellẽte. Da te, duæ partes orationis, Cicero, Da te homini. Dare eſt qđ repetas, dedere eſt ad ppetuum. damus & amicis, dedimus tantũ hoſtibus. Nam amici iuſta & honeſta petitio. ſuccurrendum eſt amico ne quid illi incõmodi accidat. Amici, melius quàm ſi dixiſſet Clitiphonis, & amicus animi eſt. Amator uero corporis, & amator eſt ad tempus. amicus qui perpetuo amat. Nequid d. a. apoſiopeſis. O Iuppiter, exclamatio terribilis pene ex nimio gaudio deſipiẽtis. Nubet mihi. hinc omĩs lætitia depẽdet. Interloquere hoc loco inter non auget quemadmodũ in uerbo intercipit. interbibit. eſt autem interloqui impedire & interpellare loquentẽ. Ferme. ideſt tolera, tolerandus eſt qui ex amore deſipit quia amor & odium ut teſtatur. A. Gellius duæ ſunt ferociſſimę affectiones. Hercle. u. uero, ut plurimũ ironiæ conuenit. Virg. Egregiam uero laudem & ſpolia ampla refertis. Sane & uero & pnũciandi adiumenta, & in uerbis negationẽ habet licet confeſſionem adferre credãtur. Hoc nõ ages. i. audies. In Andria, hocct ne agis. Inquã, uerbum hoc uim interdum maximã habet ad adhortationem. Et uidendum eſt & uide, magna aggreſſuris dicitur, & inquã utimur nõnunquã in repetitione ſupradictorũ. Noſter, cum ſtomacho. Si ab. r. ecte abduxeris. Nam abducit̃ proprie quod alienũ. Quo ore, ſic dicimus quando aliqd pudendum cõmittimus. Appellabo, ſi duxero Bacchidẽ. Quinimmo, cautus ſeruus ea admonet quæ nõ erunt aduerſa nuptijs, Bona atq;. i. ironicos legẽdum. Vt celet ſenem ueſtrum, dicimus eñ celo tibi hanc rem, & celo te hac re, celo te de hac re intelligendum, celet ſenem de Bacchide. Prodis, prodere proprie ad parentes refertur, ſed nõnunquã ad eum cui res alterius demandata eſt, & cuius cõſilio alter regitur. alij legunt pdis, huic conſilio palmã do, translatio à uictoribus quibus dabatur palma, contrariũ eſt huic illud. Do manus. Meam eſſe credet, neceſſario ſi Chre. Bacchidem gnati amicã non crediderit, Cliniæ eſſe crediderit. Committet, bene de filia cõmittet dixit, quia proprie magna cõmittimus, & ea ſecundũ Donatum quæ ſalutẽ in dubio habent. Quid malũ, malum interiectio eſt iraſcentis. Me ætatem, poſuit pro diu. alibi, Iamdudum ætatẽ, lites factæ inter eos. Vnus eſt dies, aſſignat tempus pro ratione, non uult Chremetem diu credere Bacchidem Cliniæ eſſe amicã. Pax, aduerbiũ comicum, & ſignificat tãtum. Si nunc. c. r. uerbum uſitatũ in eos qui ſubtimidi in re pagenda ſemper dicere ſolent, quid ſi hoc uel illud accideret. Age. a. uox conſentientis, & qui uictus eſt rationibus callidi ſerui. Optime. e. paraſceue eſt alterius ſcænæ.

ACTVS

ACTVS QVARTI SCENA QVARTA.

Tetrametri trochaici, partim catalectici, nonnulli iambici.

BACCHIS. CLINIA. SYRVS. DROMO. PHRIGIA.

SAtis pol proterue me Syri ꝑmiſſa huc induxerunt
Decem minas, quas mihi dare pollicitus eſt. quod ſi is nunc
Me deceperit, ſæpe obſecrans me ut ueniam, fruſtra ut ueniet.
Aut cum uenturam dixero, & conſtituero, cum is certe
Renunciarit, Clitipho cum ſpe pendebit animi,
Decipiam ac non ueniam, Syrus mihi tergo pœnas pendet
Clin. Satis ſcite promittit tibi. Sy. atqui tu hãc iocari credis?
Faciet niſi caueo. Ba. dormiunt, ego pol iſtos commouebo
Mea Phrygia audiſtin? homo iſte modo quam uillam demonſtrauit
Charini? Ph. audiui. Ba. proxmiam eſſe huic fundo ad dextram? Ph. memini.
Ba. Curriculo percurre, apud eum miles Dyoniſia agitat.
Sy. Quid inceptat? Ba. dic me hic oppido eſſe inuitam atq;

ſeruari,

Verum aliquo pacto uerba his me daturā eſſe,& uenturā.

Sy. Perij hercle, Bacchis mane mane, quò mittis iſtanc quæſo?

Iube maneat. Ba. abi. Sy. quin eſt paratum argentum. Ba. quin ego maneo.

Sy. Atqui iam dabitur. Ba. ut lubet, num ego inſto? Sy. at ſcin' quid ſodes?

Ba. Quid? Sy. tranſeundum eſt nunc tibi ad Menedemum, & tua pompa

Eò traducenda eſt. Ba. quam rem agis? ſcelus. Sy. egon'? argentum cudo,

Quod tibi dem. Ba. dignam me putas, quam illudas? Sy. non eſt temere.

Ba. Etiamne tecum hic res mihi eſt? Sy. minime, tuum tibi reddo.

Ba. Eatur. Sy. ſequere hac, heus Dromo. Dr. quis me uolt? Sy. Syrus. Dr. quid eſt rei?

Sy. Ancillas omneis Bacchidis traduce huc ad nos propere

Dr. Quamobrem? Sy. ne quæras, & ferant quæ ſecum huc attulerunt.

Sperabit ſumptum ſibi ſenex leuatum eſſe harum abitu.

Næ ille haud ſcit hoc paulum lucri, quantum ei

Damni

Damni adportet. tu neſcis quod ſcis Dromo, ſi ſapies Dromo. mutum dices.

SAtis.p.p. Reſtat ad fallaciā, & ad extorquendum argentum, ut Bacchis irata à Syro placetur, & ad Menedemū tranſeat. Satis.p. meretricis cōqueſtio exprimitur, cuius tota indignatio dependet ex nō tradita pecunia. Huc, inducitur aliquis cū uerbis alterius decipit. In Andria. Vide quò me inducas. Promiſſa, Cicero Promiſſa tua memoria teneas, aliter accipitur quū dicimus promiſſa barba, nam ꝓmittere eſt polliceri, & ad magnitudinem nutrire. Plau. Capillum ꝓmittā. Pollicitus, pollicemur magis ſpōte, ꝓmittimus rogati. Promiſſa, dicitur ꝓmiſſum & promiſſio, ꝓmiſſio & pollicitatio eandem uim habent. ſed pollicitatio maioris aſſeuerationis eſt. Veniam.f.u. pulchra ꝑmutatio eiuſdem uerbi per tēpora, quæ cōuenit iratis. Spe.p.a. quod eſt corporis ad cruciatum animi trāſtulit. ſupra uiſum eſt quā torqueantur amātes in amicarū expectatione. Ac nō.u. mira meretricis calliditas exprimitur, iam excogitauit quemadmodū Syrus uideat apud Clitiphonem uanus & mēdax, ex quo ab illo uerberet. Mihi, in meam ultionē. Virg. Poſt mihi nō ſimili pœna cōmiſſa luetis. Pendet ꝑ pſoluet. Virg. Tum pen. pœnas. Teucro &c. Satis.ſ. hoc cum riſu pronunciādum. Scite, pulchre. In Andria. Scitus puer.n.e. Promittet.ſ. uenturā. Hanc.c.i. hanc, & ad contemptum, & ad odium dixit, habent eñ iſta ꝓnomina quādam emphaſim. Pol.i.c. bene iſtos quaſi odioſos. In Eunucho. Cū milite iſto Virg. Aut quid petis iſtis, hæc eñ pronomina ſpernentis ſunt odiumq́ monſtrantis. Dormiunt, ocioſi ſunt, negligentes. Mea Phrygia, hoc eſt proprie meretricis ultro excludere amātem, & alium recipere, uel ſe ad alium cōferre. Phrygia, nomē à regione, ſicuti Lesbia, Andria, Samia. Quā uillā, uilla domus in agris quo ruſtici res uehunt. Virg. Et iam ſumma ꝓ.u.c.f. Vterer Varronis teſtimonio ex primo de re ruſtica ad fundaniam niſi notum eſſet. Ad.d. inducit memorē meretricem nec oblitā ubi ſit, & quid agat amans, nam huiuſcemodi mulieres nil aliud agūnt, nil aliud curant, quā quomodo aliquid ab amantibus extorqueāt. Curriculo, hoc loco aduerbiū, aliâs nomen. Apud.e.m. hic eſt de quo ſuperius Syrus. nam miſerū quendam offendit ibi militē eius noctem orantem, hæc arte tractabat uirum. Agitat.d. aliter agitat accipitur cum dicimus agitat cōuitia & dionyſia, & aliter cū dicimus agitat uitia, Iuue. Hæc.e.n.a.u.d.l. Quid hæc.i. tanquā de magno facinore dixit. nā & inceptare & incipere magnorū eſt facinorū. Aſſeruari. cuſtodiri, uel melius ſuſpitioſe obſeruari. ut illud Virg. Quod.ſ.c.m.& Sy. ſer. Mane.m.

Vu iij hæc ſin-

hæc ſingula uerba ſi diligēter notes, Syri magnā trepidationē indicāt,
ideo ſtatim de argēto mentionē fecit, in quo lis om̄is dependebat inter
Syrum & Bacchidem. Quin pro immo hoc loco ponitur. Quin repetit
Bacchis Syri uerbum ut mos eſt iratorū. Non.e.in. fingit ſe nō magno-
pere curare, ut habeat argentū, quemadmodum faciunt hi qui defeſſi
ſunt diu petendo aliquid. Sodes blandientis aduerbiū. Quam rem.a.ſ.
In Andria, ubi eſt illic ſcelus, & ad intellectum non ad uerba redigitur.
nam ſcelus ſceleſtus intelligiť, & plus dixit quā ſceleſte, Vt tu nihil niſi.
ſ.es. Mar. Non uitioſus homo es zoile, ſed uitium. Eò ridicule additum,
uel ſit eò loci aduerbium. Argentum cudo. ilocaliter dixit. cuditur em̄
pecunia dū imprimiť. Quā il. In Andria. Adeon uobis uidemur eſſe ido
neæ, in q̃bus ſic illudatis. illudo in te & ſeptimo caſu, & illudo in te accu
ſatiuo dicimus, ſed in ſuperuacuū eſt, ut ſit quibus diciť quoq; illudo te
tibi. Non.t.eſt. ſic dicitur quādo aliquid fit non ſine magna ratione. Hic
i. in hac re. ut ad Menedemū traducat, & eſt cum interrogatione legen-
dum, ita ut neget non ueniſſe ea gratia. Eatur. cito flectitur, & quia mu-
lier & meretrix. quæ trahiť minimo locello. Quamobrem Dromo utpo
te tardiuſculus non intelligit Syri conſiliū, de eo ſuperius ille Cliniæ ſer
uulus tardiuſculus eſt. Damnū. damnum rei eſt. malum uero hominis.
perſoluet Chremes argentum ex fallacia Syri: qđ erit maius damnum.
quā ſi ꝑmanſiſſet meretrix. Tu.n.q.ſ. In Eunucho. Tu pol.ſi.ſa.&c. non
poſſumus neſcire quod ſcimus, ſed ita ut concordia diſcors. Virg. ſequi
turq; ſe. Neſcis quod.ſ.ſ.ſ. hoc eſt quod dicitur, quod ſcis neſcis, prouer
biale, eſt & multū apud dialecticos tractatum, ut facio & non facio. &
amicus ſum, & non ſum, & audio & non audio, & cætera huiuſmodi.

ACTVS QVAR TI SCENA QVINTA.

Iambici Senarij.

CHREMES. SYRVS.

Obiter & Chremes produciť, ut magis adpareat quantum fallatur.

ITa me di amabunt, ut nunc Menede-
mi uicem
Miſeret me, tantū deueniſſe ad eū mali.
Illanccine mulierem alere cū illa familia
Et ſi ſcio, hoſce aliquot dies non ſentiet,
(Ita

(Ita magno deſiderio fuit ei filius)
Verum ubi uidebit tantos ſibi ſumptus domi
Quotidianos fieri, nec fieri modum,
Optabit rurſum ut abeat ab ſe filius. Syrum optime
Eccum. Sy. ceſſo hunc adoriri? Ch. Syre. Sy. hem. Ch. quid eſt?
Sy. Te mihi ipſum iam dudum exoptabam dari.
Ch. Videre egiſſe iam neſcio quid cum ſene.
Sy. De illo quod dudum? dictum ac factum reddidi.
Ch. Bonan' fide? Sy. bona hercle. Ch. non poſſum pati
Quin tibi caput demulceam, accede huc Syre.
Faciam boni tibi aliquid pro iſta re, ac lubens:
Sy. At ſi ſcias quàm ſcite in mentem uenerit,
Ch. Vah, gloriare eueniſſe ex ſententia?
Sy. Non hercle uero, uerum dico. Ch. dic quid eſt?
Sy. Tui Clitiphonis eſſe amicam hanc Bacchidem
Menedemo dixit Clinia, & ea gratia
Secum adduxiſſe, ne tu id perſentiſceres.
Ch. Probe. Sy. dic ſodes. Ch. nimium, inquam. Sy. immò ſic ſatis.
Sed porrò auſculta quod ſupereſt fallaciæ.
Seſe dicet tuam uidiſſe filiam,
Eius ſibi complacitam formam, poſtquam aſpexerit,

Hanc

Hanc ſe cupere uxorē. Ch. modon' quæ inuenta eſt? Sy. eā,
Et quidem iubebit poſci. Ch. quamobrem iſtuc Syre?
Nam prorſus nihil intellego. Sy. uah, tardus es.
Ch. Fortaſſe. Sy. argentum dabitur ei ad nuptias,
Aurum, atq; ueſtem qui, tenes ne? Ch. comparet?
Sy. Id ipſum. Ch. at illi ego neq; do, nec ſpondeo,
Sy. Non? quamobrem? Ch. quamobrem? me rogas? homini? Sy. ut lubet.
Non ego in perpetuum dicebam ut illam illi dares,
Verum ut ſimulares. Ch. non mea'ſt ſimulatio.
Ita tu iſtæc tua miſceto, ne me admiſceas.
Egon' cui daturus non ſim ut ei deſpondeam?
Sy. Credebam. Ch. minime. Sy. ſcite poterat fieri,
Mira arte argento emungit ſenem. Et ego hoc, quia dudum tu tantopere iuſſeras,
Eo cœpi. Ch. credo. Sy. cæterum equidem iſtuc Chreme
Aequi, boniq; facio. Ch. atqui tum maxime
Volo te dare operam ut fiat, uerum alia uia.
Sy. Fiat quæratur aliud. ſed illud quod tibi
Dixi de argento, quod iſta debet Bacchidi,
Id nunc reddendum eſt illi. neq; tu ſcilicet
Eò nunc confugies. quid mea? num mihi datum'ſt?
Num iuſſi? num illa oppignorare filiam
Meam me inuito potuit? uerum illud Chreme

Dicunt

Dicunt, IVS SVMMVM, ſæpe ſumma malitia eſt.
Ch. Haud faciam. Sy. immò alijs ſilicet, tibi non licet,
Omnes te in lauta, & bene acta parte putant.
Ch. Quin egomet iam ad eam deferam. Sy. immò filium
Iube potius. Ch. quamobrem? Sy. quia enim in eum ſu-
ſpitio eſt
Translata amoris. Ch. quid tum? Sy. quia uidebitur
Magis uerisimile id eſſe, cum hic illi dabit.
Et ſimul conficiam facilius ego quòd uolo.
Ipſe adeo adeſt, abi, effer argentum. Ch. effero.

ITa.m.d.a. Hic eſt tranſacta Syri fallacia, & tame dem extorquetur argentũ, & idem eſt Ch. qui fuit in prima comœdiæ parte, miſeretur eñ Me nedemi, & eius uicem dolet, credens Bacchidẽ Cliniæ amicã eſſe. Tantũ.m. proprius dixiſſet damni, niſi ad ægritudinẽ animi referas. Illance cine, hoc eſt qđ ſupra dixi, iſta ꝓnomina adfer re contemptum & odium. Cum.i.f. cum ſtoma cho dixit, id quod ſuperius facere Syrus pompã appellauit. Ita.m.d. uix in primis explebile deſi derium illius rei eſt, quãdiu optauimus, ſed eius poſtea indies paulatim nos ſatietas capit. Nec.f.m. quod plus eſt, & ad ꝓdigalitatem accedit. Eccum, in Andria. Atq; eccum ui. ſuperius dixi eccum, ellum, reſolui ꝑ aduerbia. non per ꝓnomina, ſed tamẽ ſecundum Do. Eccum quaſi ecce eum, ueteres dixerunt. Eccum, ellum, qđ aptius ſignificat ecce cum ecce illum. Ceſſo.h.ado. quaſi de improuiſo alloqui, aggredi. In Andria. Hic ſi me imperatũ nunc adortus eſſet. Adoriri dicit qui ex inſidijs repente inuadit. dictum ab eo quod corpora aggredientiũ exurgãt ſubito, atq; increſcãt. Hem, interiectio læti, aliâs ꝑturbati. Te.m.i. Lau. ual. uir oĩm noſtræ ætatis eruditiſſimus, dicit dudum & iamdudum de paruo tem pore dici, unius horæ, aut ſemi horæ, aut duaꝝ horarum, uel ad ſummũ quattuor, ſed Do. illud Terentianũ exponens. Iamdudum ætatem inter eos factæ lites ſic inquit, quia iamdudum finitæ moræ eſt, addit ætatẽ, ut oſtendat multũ abijſſe temporis, ut factum eſt. Iamdudum ætatẽ pro

Xx longinquo

longinquo tempore. Lucil. Vt multũ menſesq; diesq;, non tamen ætatẽ, ætatem diu longinquoq; tempore ac prolixo, ut eſt ætas & quæ ſequũtur. Videre egiſſe, colligit hoc ex uerbis Syri à quo exoptaretur, credebat em̃ ſenex ſe à ſeruo non optari niſi gratia fallaciæ in Menedemũ. Ac ſa. r. ſecure & cum magna audacia ꝑnunciat, & plus eſt quã ſi diceret feci. Bona. h. hercle ornatiua particula. In Andria. Puer hercle eſt, hoc loco poteſt eſſe & firmatiua. Caput. d. magni blandimenti ſignũ, quod fit quotiens in re optata domino ſeruus ex ſententia obſequitur. Boni. a. non dicit quid, ut eum lætiorẽ reddat, & in ſpe magni boni detineat. Non. h. u. negat ſe gloriari, & ſe ueri dicũ fatetur, ut hij qui re magna pacta fingunt ſe non gloriari, ut ſint maioris fidei & auctoritatis. Tui. c. hoc eſt quod ſuperius Syrus. Quod uim tanrã in me & poteſtatem habeam tantæ aſtutiæ, uera dicendo ut eos ambos fallam. Inferius Chremes non credet Menedemo Bacchidem Clitiphonis eſſe amicam. Immo. ſ. ſ. ſic dixit, ut qui ſuſpicaretur à Chremete dictũ, nimiũ inquã, non ſerio ſed ioco. Tuam. u. ſ. neq; hoc Menedemo crediturus eſt Chremes cum dicet inferius. Et illum aiunt uelle uxorẽ. Iubebit. p. i. peti. petimus aliquid præcario, poſcimus imperioſe: poſtulamus iure. Prorſus. n. i. prorſus pro eo q̃d eſt om̃ino, ſunt qui coniunctionẽ uelint. uel prorſus certe, recte, uere, & dicit̃ quaſi porro uerſus. nam prorſum eſt porro uerſum. i. ante uerſum, hinc proſaica oratio quã non inflexit cantilena. Hui. t. e. interiectio mirantis, & hoc cum geſtu ſeruili, & leuiori ꝑſonæ congrue dictum. Argentum. d. ſ. a. Menedemo inferius Chremes nõ immemor uerborũ Syri Menedemo dicet, & illum aiũt uelle uxorem, ut cum deſponderim des, qui aurũ & ueſtem atq; alia quæ opus ſunt cõparet. Qui pro quo. Non. ſ. proprie dixit ſpondet pater puellæ, deſpondet pater adoleſcentis. in Andria. Placuit. d. Fugitiuo. d. a. conditione perſonæ Cliniam uituperat. nam fugitiui proprie ſerui. unde in edicto ædilium currulium. Titulus eſt ſeruorũ ſingulorum, quis fugitiuus erróue ſit, noxáue ſolutus nõ ſit. Homini. fu. dicitur homo fugitiuus & ſeruus fugitiuus, nõ fugitiuus ſeruus, quia tunc eſt ſuꝑfluũ ut teſtat̃ Quint. Ergo dicendum ſeruus fugitiuus, uel fugitiuus ſine additamẽto. Non. e. ꝑ Virg. Connubio. i. ſ. p. d. illa datur perpetuoq; omnes annos cum marito exigit. Tua. m. uerba probi uiri qui non uult adhærere conſilio alterius in re nõ probabili. Cui. d. n. ſ. argumentũ ab æquo, non æquũ, non leges ipſæ concedunt, ut quis pater filiam alicui ſpondeat, deinde denegẽt. Iſtuc. c. in re non probabili, uult inire opinionẽ optimi ſerui, qui domino bona fide morẽ gerat, & pro uiribus obſequatur: Fiat. q: a. aſtute & callide in om̃ibus aſſentitur hero, quia iam lenibus uerbis extorquebit argẽtum Eo. n. cõſ. i. ad rationes quas ſtatim callide ſubijcit, magna uis eſt ꝑſuaſionis, quãdo prius amouemus ea quæ is reſponderet à quo aliquid petimus. Me. i. o. hæc pro Chremete eſſent, & iure non tenetur reddere id argentum. In. l. p. non decet eum qui lautæ uitæ ſit & ſplendi-

dæ in om̃ibus iuris rigorem obſeruare, nam qui ad unguem ius ſeruãt, aſperi, difficiles, & tenaces multis uidentur. Egomet, ſenex gloriæ cupidus, adeo flectitur uerbis Syri, ut ad meretricẽ cum argẽto feſtinare cupiat. Simul. c. hoc loco pro efficiam ponitur, quo ſæpius in hac ſignificatione. Cic. utitur, ab hoc confectum proprie uerbũ conuenit gladiatoribus his, qui grauiſſimis uulneribus occubuerunt. Ci. in Cat. Gladiatori illi confecto & ſaucio.

ACTVS QVARTI SCENA SEXTA.

Trimetri Iambici.

CLITIPHO. SYRVS.

NVlla eſt tã facilis res, quin difficilis ſiet
Quam inuitus facias. uel me hæc deambulatio,
Quàm non laborioſa, ad langorẽ dedit
Nec quicquam magis nunc metuo, quã ne denuo
Miſer aliquò extrudar hinc, ne accedam ad Bacchidem.
Vt te omnes equidem Di Deæq́; quantum eſt Syre
Cum iſtoc inuento, cumq́; incepto perdiunt.
Huiuſmodi mihi res ſemper comminiſcere,
Vbi me excarnufices. Sy. I tu hinc quo dignus es.
Quàm pene tua me perdidit proteruitas?
Clit. Vellem hercle factum, ita meritus. Sy. meritus? quo modo?

Næ me iſtuc ex te prius audiſſe gaudeo,
Quàm argentum haberes, quod daturus iam fui.
Clit. Quid igitur dicam tibi uis? abijſti, mihi
Amicam adduxti, quam non liceat tangere.
Sy. Iam non ſum iratus. ſed ſcin' ubi nunc ſit tibi
Tua Bacchis? Clit. apud nos. Sy. non. Clit. ubi igitur? Sy. apud Cliniam.
Clit. Perij. Sy. bono animo es, iam argentũ ad eam deferes.
Quod ei pollicitus. Clit. garris. unde id? Sy. à tuo patre.
Clit. Ludis fortaſſe me. Sy. ipſa re experibere.
Clit. Næ ego fortunatus homo ſum. deamo te Syre.
Sy. Qua cauſſa id fiat obſecundato in loco.
Sed pater egreditur. caue quidquam admiratus ſies.
Quod imperabit facito, loquitor paucula.

NVlla eſt tam. f. r. Hic exprimitur amantis inconſtantia, qui ob nimiũ amorem Syro in re ſua iraſcitur, dehinc paulo momento illum demulcet. Quin, pro quod non. Difficilius, huic illud contrarium. Nihil difficile homini uolenti. Vel. m. h. uel modo non eſt diſiunctiua coniunctio, ſed pro etiam poſita, ut apud Virg. Vel Priamo miſerãda. m. Hæc. d. quæ facilis & non laborioſa, nam deambulatio homini potius uoluptatem quã laborẽ adfert. Vt te. o. q. d, improuidus adoleſcẽs non conſiderat quid à Syro in rem ſuam pactum ſit, ſed omĩa ad uoluptatem ſuã refert. Iſtocin, cum contẽptu atq; odio hæc pnunciant. Tuo, quaſi de magno facinore, nam incœptũ, & incœptare, & incipere magnorum eſt facinorũ. Perdiunt, & antiquũ eſt, & Plautinũ. Comminiſcere, pro cõminiſceris. i. fingis hic cõmentum, alibi, atq; ipſis cõmentũ placet. Excarnifices, terribiliter excarnifices dixit, hoc eſt excrucies. Excarnificare deductum eſt à carnifice, Carnifex eſt qui carnes ex homine fa-

mine facit, nam caro dicta eſt eo quod careat anima, & caro proprie dicitur mortuorũ. Virg. Et corpora luce. c. uel caro ſic dicta quaſi cado. Virg. Belloq; caduci Dardanide, quod iam. ſ. ſine anima ſit & cadat. I tu. h. & hic ſecure exclamat, quod iam extorſerit argentũ. Proteruitas, importunitas, uel petulantia, proteruitas leuior eſt quędã contumelia, procacitas maior, petulantia maxima. Ita. m. meretur quis bonũ & malum, & mereri & ꝓmereri eſt p̃ſtare beneficiũ. Virg. Quiq; ſui memores. a. f. m. & idem. Nunquã regina negabo ꝓmeritã. Exite. p. a. ſic fingimus quando ſumus collaturi beneficiũ in aliquẽ, & ꝗcquã audimus qđ non placeat, nec tamẽ nos infenſos reddat. Non. l. t. nimius eſt ardor in adoleſcente cum uideat amicã, nec tamen tangendi facultas datur. Iam n. ſ. i. non poteſt præ nimio lætitia diutius reticere quod fecerit. Iratus, iratus eſt ex cauſſa. Iracundus ex moribus. Scin. u. n. ſ. hæc interrogatio gaudentis eſt, & cui om̃ia ex uoto ſucceſſerint. perij, hæc uox eſt amantis aliquid mali ſuſpicantis. Iam. a. iam nimiã uelocitatẽ ſignificat. Deferes, in alia ſignificatione accipitur illud olympiadis ad Alexandrũ, amâbo inquit, mi fili quieſcas, neq; deferas me, hinc delator. Garris, tanquã auis unde garrulus & garrire is dicitur qui inaniter loquit̃. Experibere, antiquũ eſt nos dicimus experiere. Iuue. Experiar quid concedatur in illis eſt. Ne. e. ne. ſ. ualde. Deamo te. Sy. ideſt ualde amo, de hoc loco auget aliâs diminuit. Qua cauſſa id fiat, ut argentũ habeamus qđ ad Bacchidem deferas. Obſecundato in loco, obſecũdare eſt om̃ia ad alterius nutum facere. Paucula dixit nõ pauca, & ſic maiorem uim admonitio iſta habitura eſt. nam paucula coram patre loquitur Clit.

ACTVS QVARTI SCENA SEPTIMA.

Trimetri omnes.

CHREMES. CLITIPHO. SYRVS.

VBi Clitipho nunc eſt? Sy. eccum me inq;
Clit. eccum hic tibi.
Ch. Quid rei eſſet, dixti huic? Sy. dixi
pleraq; omnia.
Ch. Cape hoc argentũ, ac defer. Sy. hei,

quid ſtas lapis
Quin accipis? Clit. cedo ſanè. Sy. ſequere hac me ocyus
Tu hic nos dum eximus interea opperibere,
Nam nihil eſt illic quod moremur diutius.
Ch. Minas quidem iam decem habet à me filia,
Quas pro alimentis eſſe nunc duco datas.
Haſce ornamentis conſequentur alteræ.
Porrò hæc talenta dotis adpoſcent duo.
Quàm multa iniuſta, ac parua fiunt moribus?
Mihi nunc, relictis omnibus, inueniendus eſt
Aliquis, labore inuenta mea, cui dem bona.

VBi nunc eſt Clit. Egreditur Chremes cum argento. Eccum. m. in. Syrus ſubijcit uerba Clitiphoni quæ patri reſpondeat. In que. raro alibi præter inquã, & inquit reperies. inq̃. i. dic. Plæraq́; o. hic adiectio in primo poſita eſt loco. adiectiões uero aut in prima parte orationis, aut in ultima adijciuntur, hic ergo plæraq́; ex abundantia poſitum eſt, omnia neceſſario addit non in ultimo, ſicut interea loci, interibi. Quid. ſt. l. hoc dictũ in ignauũ, illa uero caudex, ſtips, aſinus in ſtultum. Quin pro cur non. Opperibere. antiquũ eſt. ſicut experibere. Minas. q. Inducitur tenax ſenex circa rem ſollicitus qui conqueritur de damno qđ illi acciderat de inuenta filia. Pro. a. crediderat anum illum oppigneraſſe filiam Bacchidi. Alteræ. i. totidem. Porro. modo aduerbium ordinis, aliâs tẽporis. Hæc. e. hæc pluraliter pro hæ. In Eunu. Cõtinuo hæc adornant ut lauent. In Phor. Hæc illæ erãt itiones. Talẽta. d. in ſequẽtibus dicet. Duo. t. p re noſtra ego decreui eſſe ſatis. Relictis. r. poſtpoſitis omnibus alijs negocijs. Labore, inuenta. proprie parta.

ACTVS QVARTI SCENA OCTAVA.

Trimetri omnes.

MENEDEMVS. CHREMES.

MVlto omniū nunc me fortunatiſſimum
Factum puto eſſe gnate cum te intellego
Reſipiſſe. Ch. ut errat. Me. te ipſum quæ rebam Chreme
Serua, quod in te eſt, filium, & me, & familiam.
Ch. Cedo, quid uis? faciam. Me. inueniſti hodie filiam?
Ch. Quid tum? Me. hanc ſibi uxorem dari uolt Clinia.
Ch. Quæſo quid tu hominis es? Me. quid? Ch. iam ne oblitus es
Inter nos quid ſit dictum de fallacia,
Vt ea uia abs te argentum auferretur? Me. ſcio.
Ch. Ea res nunc agitur ipſa. Me. quid dixti Chreme?
Erraui. Ch. ſic res acta eſt. Me. quanta ſpe decidi?
Ch. Immò hæc, quæ apud te eſt, Clitiphonis eſt
Amica. Me. ita aiunt. Ch. & tu credis? Me. omnia.
Ch. Et illum aiunt uelle uxorem, ut cum deſponderim,
Des qui aurum, ac ueſtem, atq; alia, quæ opus ſunt cōparet
Me. Id eſt profecto, id amicæ dabitur. Ch. ſcilicet
Daturum. Me. uah, fruſtra igitur gauiſus miſer.
Quiduis tamen iam malo, quàm hunc amittere.

Senſim p̃git eò, ut palàm fiat erraſſe Chremetem, ut in epitaſi fabulæ omnia ſeruulum conſilia fallant.

Quid

Quid nunc renunciem abs te reſponſum Chreme?
Ne ſentiat me ſenſiſſe, atq; ægre ferat?
Ch. Aegre? nimium illi Menedeme indulges. Me. ſine,
Inceptum eſt, perfice hoc mihi perpetuo Chreme.
Ch. Dic conueniſſe, egiſſe te de nuptijs,
Me. Dicam, quid deinde? Ch. me facturum eſſe omnia,
Generum placere, poſtremo etiam, ſi uoles,
Deſponſam quoq; eſſe dicito. Me. hem iſtuc uolueram.
Ch. Tanto ocyus te ut poſcat, & tu id, quod cupis,
Quàm ocyſſime ut des. Me. cupio. Ch. næ tu propediem
(Vt iſtam rem uideo) iſtius obſaturabere.
Sed hæc ita ut ſunt, cautim, & paulatim dabis,
Si ſapies. Me. faciam. Ch. abi intro, uide quod poſtulent
Ego domi ero, ſi quid me uoles. Me. ſanè uolo,
Nam te ſciente faciam quidquid egero.

Vlto. o. m. n. f. Hic eſt iucũda expoſitio erroris ſenis de uerbis Syri, qui Menedemũ credit decipi, dum ipſe decipit. Vt. e. Virg. Vt uidi ut perij. Filium, filiũ prius nominauit in quo om̃is cura patris erat. Quęſo modo obiurgatoriũ eſt. Quid. h. e. in Eu. Quid iſtuc inquã ornati eſt? ſcire nos conuenit, cum recto caſu ꝓfertur interrogatio non eẽ cõtumelioſum, ut ſi dicas. Quis hic homo eſt? ſi autẽ in obliquo, contemptũ ſignificari, ut quid hoc eſt hominis? quid mulieris? quid ornatus? Ea. r. n. a. & ex hoc credit eos inter ſe finxiſſe Cliniã amare Antiphilã. Sic res. a. eſt. ut decipiaris. Et. h. q. cum cõtemptu interrogat, nã & hoc fictũ eſſe credit. Ita. a. ita aiunt, de re dicimus quã uolumus eſſe falſam. Ideſt profingit ſe credere amico quẽ fidum cognouerat. Gauiſus, bene de filio gauiſus dixit, q̃a gaudemus ꝓprijs, gratulamur alienis. Miſer,

miſer uitij

miſer uitij eſt miſeria animæ. Amittere, pro dimittere more antiquo. Aegre, ſic diſtingue, ut Chremes hanc uocẽ Menedemi ſubrideat. quippe quod filius non ſit ulla in re timendus. Indulges, nullum magis proprium uerbum inuenire potuiſſet de patre qui om̃ia filio p̱mittit. Incœptum, nam quod ſemel incœptũ, non poteſt facile omitti. Deſponſam, & hoc eſt quod Cli. magis placiturũ eſt. Hem. modo interiectio lætantis, aliâs iraſcentis. Tanto. o. quia ſi acceperit filius deſponſatam. Anti. quãprimum expoſcet argentum ad ornamenta coemenda. Ne. pro ualde, & hoc proprie Ter. ẽ. Propediem, temporis aduerbiũ, & ſignificat cito. Obſaturare. i. nimiã de filio capies ſatietatẽ, quod eſt corporis ad animũ tranſtulit, & ſic plus hoc uerbo intulit, quã ſi inueniſſet propriũ uerbum. Poſtu. tanquã iure, quia iure aliquid poſtulamus. Te. ſcie. recte ſciente, nam ſciens eſt qui alicuius indicio rem agnoſcit, prudẽs qui intelligentia ſua aliquid ſentit, ergo ſciens eſt per alios.

ACTVS QVINTI

SCENA PRIMA.

Septenarij, partim ſenarij Iambici.

MENEDEMVS. CHREMES.

EGo me non tam aſtutum, neq; ita perſpicacem eſſe id ſcio. Facetũ exordiũ ſtulticiã Chremetis declaraturi.
Sed hic adiutor meus, & monitor, & pręmonſtrator Chremes
Hoc mihi præſtat. in me quiduis harum rerum conuenit,
Quæ ſunt dicta in ſtultũ: caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus,
In illum nil poteſt, nam exuperat eius ſtultitia hæc omnia.
Ch. Ohe, iam deſine deos uxor gratulando obtundere,
Tuam eſſe inuentã gnatã, niſi illos ex tuo ingenio iudicas,

Vt nihil credas intelligere, niſi idem dictum eſt centies.
Sed quid interim illic iamdudum gnatus ceſſat cum Syro?
M. Quos ais homines Chremes ceſſare? Ch. ehem, Mene-
deme aduenis.
Dic mihi, Cliniæ quæ dixi nuntiaſtin? Me. omnia.
Ch. Quid ait? Me. gaudere adeo occepit, quaſi qui cupi-
unt nuptias.
Ch. Aha, ha, hæ. Me. quid riſiſti? Ch. ſerui uenere in men-
tem Syri
Calliditates. Me. Itane? Ch. Voltus quoq; hominum fin-
git ſcelus.
Me. Gnatus quod ſe adſimulat lætum, id dicis? Ch. id. Me.
idem iſtuc mihi
Venit in mentem. Ch. ueterator. Me. magis, ſi magis no-
ris, putes
Ita rem eſſe. Ch. ain tu? Me. quin tu auſculta. Ch. mane hoc
prius ſcire expeto,
Quid perdideris. nam ubi deſponſam nuntiaſti filio,
Continuo inieciſſe uerba tibi Dromonem, ſcilicet,
Sponſæ ueſtem, aurum, ancillas, opus eſſe, argentum ut
dares.
Me. Non. Ch. quid non? Me. non inquam. Ch. neq; ipſe na
tus? Me. nihil prorſus Chreme,

Magis

Magis unum etiam inſtare, ut hodie conficerentur nuptiæ.
Ch. Mira narras, quid Syrus meus? ne is quidem quicquā?
Me. nihil.
Ch. Quamobrem? Me. neſcio equidem, miror, qui alia tā
planè ſcias.
Sed ille tuus quocꝫ Syrus idem mire finxit filium,
Vt ne paululum quidem ſuboleat eſſe amicam hanc Clinię.
Ch. Quid ais? Me. mitto iam oſculari, atcꝫ amplexari, id ni-
hil puto.
Ch. Quid eſt, quod amplius ſimuletur? Me. uah. Ch. quid
eſt? Me. audi modo.
Eſt mihi ultimis conclaue in ædibus quoddam retro,
Huc eſt intro latus lectus ueſtimentis ſtratus eſt.
Ch. Quid poſtquam hoc eſt factum? Me. dictum, factum,
huc abijt Clitipho.
Ch. Solus? Me. ſolus. Ch. timeo. Me. Bacchis conſecu-
ta'ſt ilico.
Ch. Sola. Me. ſola. Ch. perij. Me. ubi abiere intro operuere
oſtium. Ch. hem,
Clinia hæc fieri uidebat? Me. quid ni? mecum unà ſimul.
Ch. Filij eſt amica Bacchis Menedeme, occidi.
Me. Quamobrem? Ch. decem dierum uix mihi eſt familia.
Me. Quid iſtuc times? quod ille operam amico dat ſuo?

Ch. Immò amicæ. Me. ſi dat. Ch. an dubium id tibi eſt?
Quenquam animo tam comi eſſe aut leni putas,
Qui ſe uidente amicam patiatur ſuam? Me. ah, ah, hæ,
Quidni, quo uerba facilius dentur mihi?
Ch. Derides? merito mihi nunc ego ſuccenſeo,
Quot res dedere, ubi poſſem perſentiſcere,
Niſi eſſem lapis, quæ uidi? uæ miſero mihi.
An ne illud haud multum (ſi uiuo) ferent,
Nam iam. Me. non tu te cohibes? non te reſpicis?
Non tibi exempli ſatis ſum? Ch. præ iracundia,
Menedeme, non ſum apud me. Me. te ne iſtuc loqui?
Nonne id flagitium'ſt te aliis conſilium dare,
Foris ſapere, tibi non poſſe auxiliarier?
Ch. Quid faciam? Me. id quod me feciſſe aiebas parum,
Fac te eſſe patrem ſentiat, fac ut audeat
Tibi credere omnia, abs te petere, & poſcere,
Ne quam aliam quærat copiam, ac te deſerat.
Ch. Immò abeat potius multo, quouis gentium,
Quàm hic per flagitium, ad inopiam redigat patrem.
Nam ſi illi pergam ſuppeditare ſumptibus
Menedeme, mihi illæc uere ad raſtros res redit.
Me. Quot incommoditates in hac re accipies, niſi caues?
Difficilem oſtendis te eſſe, & ignoſces tamen

Poſt,

Poſt, & id ingratum. Ch. ah, neſcis quàm doleam. Me. ut lubet.

Quid hoc quod rogo, ut illa nubat noſtro, niſi quid eſt

Quod mauis? Ch. immò & gener, & affines placent.

Me. Quid dotis dicam te dixiſſe filio?

Quid obticuiſti? Ch. dotis? Me. ita dico. Ch. ah. Me. Chreme,

Nequid uereare, ſi minus, nihil dos nos mouet.

Ch. Duo talenta pro re noſtra ego eſſe decreui ſatis.

Sed ita dictu opus eſt, ſi me uis ſaluum eſſe, & rem, & filium

Me mea omnia bona doti dixiſſe illi. Me. quam rem agis?

Ch. Id mirari te ſimulato, & illum rogitato ſimul,

Quamobrem id faciam? Me. quin ego uero quamobrem id facias neſcio.

Nouū periculū Ctesiphōis ne motus illi superiores repēte consileſcant.

Ch. Egone, ut eius animum, qui nunc luxuria, & laſciuia

Diffluit, retundam, redigam ut quò ſe uortat neſciat.

Me. Quid agis? Ch. mitte, ac ſine me in hac re gerere mihi morem. Me. ſino,

Itane uis? Ch. ita. Me. fiat. Ch. age iam ut uxorem accerſat, paret

Hic ita ut liberos eſt æquum, dictis confutabitur.

Sed Syrum. Me. quid eum? Ch. egone? ſi uiuo, adeo exornatum dabo,

 Adeo

Adeo depexum, ut dum uiuat, meminerit ſemper mei,
Qui ſibi me pro ridiculo, ac delectamento putat.
Non (ita me di ament) auderet hæc facere uiduæ mulieri
Quæ in me fecit.

EGo me non. t. a. Quia iam ad exitum properat fabula, fallacia detegitur ꝑ Me. & Cli. An. deſponſabitur. & eſt operæpreciũ uidere ſenem qui antea monebat indigere admonitione. Ego me. ut inſultat ſenex, dum alterius ſtultitiã & tarditatẽ ludibrio habet. Non tam. a. hæc iactationis cuiuſdam ſpecies eſt fingere ſe non aſtutũ, dum uidet alterꝝ ſtultiorẽ. Adiutor, cum riſu hæc ꝓnũcianda, & adiutor ꝓprie in re bona, impulſor in re mala. Caudex ſti. a. iſta iniurioſe dicunt in ſtultum & hebetioris ingenij hominẽ, quemadmodum ignauũ lapidem appellamus, quãuis tamen idem ſit, ſed hoc plus eſt. Ohe, interiectio eſt ſatietatem uſq; ad faſtidium deſignans. Obtũdere, obtundit qui ſæpe repetendo dicit, obtundere eſt translatũ à fabris, qui ſæpe repetunt tundendo aliquid malleo, & idem obtundunt & hebetant. Ceſſat. c. ſ. bene ceſſat, tanquã deſidioſus. nam ceſſant deſidioſi, regeſcunt defeſſi. Hem. m. a. ſic dixit tanquã expectatus, & aduentus proprie expectatorũ, neceſſariorumq; dicitur. Quaſi. q. c. In Andria. Ita cũ diſcedo ab eo, ut qui ſe. n. f. d. Ah ah, uox nimij cachini & accommodata Chr. qui credebat Me. Decipi in filio, & aſſimulare illum petere uxorem. Ita ne? ſic lege ut quaſi eludat Chr. qui paſſus ſit ſe à ſeruo decipi. Fingit, format, ſi triſtes ſunt lætos reddit, fingere proprie eſt figuli qui formas ducit ex luto. Se aſ. refert ad id uultus fingit hominũ. Venit. i. m. ſic dicit quia ſcit ab illo deceptũ Chr. Veterator; uetus eſt in aſtutia. Ita. r. e. uultuoſe ꝓnunciandum, quod ſi Chr. ſciret ſe à Syro deceptũ, uere illum ueteratorẽ appellaret. Mane deceptus Chr. aliter ꝑcipit uerba. Me. quã ipſe loquatur, & ab illo imprudens eluditur. Non ridicula negatio, illa uero Virgiliana amara. Non utrũ ego nis. Quid non, cum admiratione repetit non. Hoc. incipit paulatim detegi fallacia. nam hoc ſignũ eſt Cli. non falſo uelle Ant. Ne is. q. q. apoſiopeſis admirantis, hoc magis mirũ uidetur, quod nec Sy. uerba iniecerit ad extorquẽdum argentũ. Alia. tam. p. ſ. pulchra ironia. in eum qui deceptus ſit. Ille Sy. q. d. quem tantũ ueteratorem putas. Filiũ. f. refertur ad id quod Chr. ſupra dixit, uultus quoq; hominũ fingit ſcelus. Suboleat, tractum à ſenſu odorandi. Quid. a. nonnunquã ꝑturbati interceſſoris eſt dicere quid ais, ſed hoc loco metuentis eſt nõ interrogantis. Mitto, o. color rhetoricus. Oſculari, hæc eſt quarta amoris linea,

ris linea, nam ſunt quinq́. Prima uiſus, ſecunda colloquij, tertia tactus, quarta oſculi, quinta coitus. Id. n. p. ſic dicimus, quādo habemus aliud maius ad confirmādum. Conclaue. i. Eunucho. Virgo in conclaui ſedet, eſt autem cōclaue ſeparatior locus interioribus tectis, uel quòd intra eum loca multa & cubicula clauſa ſint adhærētia triclinio. Sola, hoc magnū argumentū quintæ lineæ, quod ſola cū ſolo fuerit. Quid ni eſt, quid niſi Familia hoc loco pro re familiari ponitur, unde in iudiciū uenit de lite familiæ herciſcundæ. i. hæreditatis. Cic. in li. de ora. Idem herciſcundæ familiæ cauſſam agere non poſſit. Operam. d. a. ſ. facete dictum à ſene. Si dat, ſuſpendendum, & eſt eclypſis. q. d. neſcio. Dubiū id tibi eſt, iam credit Ch. ſe eſſe deceptum. Amicā pa. ſ. ſubaudi ſubagitari, & eſt honeſta eclipſis in re turpi. Virg. Nouimus & qui te. Quid ni, pro cur non, & hæc uerba proprie ſunt deridentis. Ni. e. l. ſuperius, nam exuperat eius ſtultitia hæc omīa, & plus eſt quā caudex, ſtipes, aſinus. Nam iam apoſio. irati ſenis. Virg. quos. e. Tene. i. l. Vi. Me. ne. i. d. u. Alijs. c. d. hinc illud Ser. ſul. ad Ci. Deniq́ noli te obliuiſci. C. eſſe, & eum qui alijs conſueueris præcipere & dare cōſi. Flagitiū facinus. fla. more militari dicitur res flagitione, hoc eſt increpatione digna, nam flagitare eſt perſonare, inde flagitium, flamma, & flagella, quod hic non ſint ſine ſonitu & crepitu. Immo. à. hoc terribiliter ꝓnunciandū, & uerba proprie rigidi & aſperi patris. Quouis. g. gentiū in fine ſuꝑflua adiunctio, ſic interea loci. dat tamē quandā auxeſim ꝓnunciādi. Si per. perſeuerē, aliâs ꝑgere eſt ire. Vere. a. r. q. d. id quod tu Me. abſentia filij exercebas, hoc eſt rem ruſticam, id ego inopia facere cogar. Quot in. c. ſatis comice dixit. nā hic nomen leue quoddā ſignificat, ut in Eunu. immo. n. infœliciter. nam incōmoda alia ſunt. d. ꝓ. Capies, alibi. inimicitias caperē, capere ꝓprie dicimus cum id quod in nobis eſt aſſumimus, unde capere pro eligere ponitur. Niſi quid eſt honeſte petit, quod officiū eſt probi & modeſti uiri. Et affines, uxoris cognati ſunt, affines mariti, unde multi gradus ſunt, & ueluti rami ꝓpinquitatis in affinitate & cognatione diſpoſiti. Quid. o. ſic dixit quaſi puderet Chre. dicere, quod parua dos uideretur. nam tacemus conſilia, reticemus dolores, obticemus quorū nos pudet. Pro re no. tacite rem ſuam extenuat. Quā. r. a. hoc eſt quaſi ꝑturbati interceſſoris. Illum ro. pulchra admonitio ut ꝑterrefaciat filium. Defluit. Per. Defluis amens. Quid ais. ais dicimus de his qui uana loquūtur. Fiat, conceſſio irati aduerſus ꝑtinacē. Dicis, quia liberi uerbis obiurgandi ſunt. Serui uero uerberibus puniendi. Adeo. d. hoc uerniliter more ſenū iratorum lege, & intellige contrariū. Viduæ. m. bene ꝑſonam abiectā delegit quæ ludibrio habetur, & quia mulier, & quia uiro orbata.

ACTVS

ACTVS QVINTI
SCENA SECVNDA.

Iambici tetrametri, trimetri pauci,
Trochaici admixti.

CLITIPHO. MENEDEMVS. CHREMES. SYRVS.

ITane tandē quæſo Menedeme, ut pater
Tam in breui ſpacio omnē de me eiecerit animum patris?
Quod nam ob facinus? quid ego tantū ſceleris admiſi miſer?
Volgo id faciunt. Me. ſcio tibi eſſe hoc grauius multo, ac durius
Cui fit, uerum ego haud minus ægre patior id, qui neſcio,
Nec rationem capio, niſi quod tibi bene ex animo uolo.
Clit. Hic patrem aſtare aiebas? Me. eccum. Ch. quid me incuſas Clitipho?
Quidquid ego huius feci, tibi proſpexi, & ſtultitiæ tuæ.
Vbi te uidi animo eſſe omiſſo, & ſuauia in præſentia
Quæ eſſent prima habere, neq; conſulere in longitudinem
Cœpi rationem, ut neq; egeres, neq; ut hæc poſſes perdere.
Vbi, cui decuit primo, tibi non licuit per te mihi dare,

Abij ad proximos, tibi qui erant, eis commiſi, & credidi.
Ibi tuæ ſtultitiæ ſemper erit præſidium Clitipho,
Victus, ueſtitus, quo intectum te receptes. Clit. hei mihi.
Ch. Satius eſt, quàm te ipſo hærede, hæc poſſidere Bacchidem.
Sy. Diſperij, ſceleſtus, quantas turbas conciui inſciens?
Clit. Emori cupio. Ch. prius quæſo diſce quid ſit uiuere
Vbi ſcies, ſi diſplicebit uita, tum iſtoc utitor.
Sy. Here licet ne? Ch. loquere. Sy. at tuto? Ch. loquere. Sy. quæ iſta'ſt prauitas,
Quæue amẽtia, qđ peccaui ego, id obeſſe huic? Ch. ilicet,
Ne te admiſce, nemo accuſat Syre te, nec tu aram tibi
Neq; precatorẽ pararis. Sy. quid agis? Ch. nihil ſuccenſeo
Nec tibi, nec tibi, nec uos eſt æquum quod facio mihi.
Sy. Abijt, ac rogaſſe uellem. Clit. quid? Sy. unde mihi peterem cibum,
Ita nos abalienauit, tibi iam eſſe ad ſororem intellego.
Clit. Adeon'rem rediſſe, ut periculum etiam famę mihi ſit Syre?
Sy. Modo liceat uiuere, eſt ſpes. Clit. quæ? Sy. nos eſurituros ſatis.
Clit. Irrides in re tanta, neq; me quidquam cõſilio adiuuas.
Sy. Immò, & ibi nunc ſum, & uſq; dudum id egi, dum lo-

quitur pater.

Et quantum ego intellegere poſſum. Clit. quid? Sy. non aberit longius.

Callidum Syri conſilium, quo καταστροφὴν machinatur.

Clit. Quid id ergo? Sy. ſic eſt, non eſſe horum te arbitror.

Clit. quid iſtuc Syre?

Satin' ſanus es? Sy. ego dicam quod mihi in mentem, tu dijudica.

Dum iſtis fuiſti ſolus, dum nulla alia delectatio,

Quæ propior eſſet te, indulgebant, tibi dabant: nunc filia

Poſtquàm eſt inuenta uera, inuenta eſt cauſſa, qua te expellerent.

Clit. Eſt uerìſimile. Sy. an tu ob peccatum hoc eſſe illum iratum putas?

Clit. Non arbitror. Sy. nũc aliud ſpecta, matres omnes filijs

In peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria

Solent eſſe, id non fit. Clit. uerum dicis, quid ergo nunc faciam Syre?

Sy. Suſpitionem iſtam ex illis quære, rem profer palàm,

Si non eſt uerũ, ad miſericordiam ambos adduces cito, aut

Scibis cuius ſis. Clit. recte ſuades, faciam. Sy. ſat recte hoc mihi.

In mentem uenit, namq; adoleſcens quàm maxime in

Spe ſitus erit, tam facillime

Boni

Bonipatris pacem in leges conficiet ſuas.
Etiam haud ſcio an me uxorem ducat, ac Syro nil gratiæ
Quid autem hoc? ſenex exit foras, ego fugio, adhuc quod factum'ſt,
Miror non iuſſiſſe me arripi, ad Menedemum hinc pergam
Eum precatorem mihi paro, ſeni noſtro fidei nihil habeo.

ITa ne tandē. Reſtat ad tranquillitatē rerum oīm ut Clitipho uerbis patris perterritus in uiam redeat, & uxorem ducat. Ita ne, ſic incipit ut qui ſe à patre abdicatum putet. Tandem. hic expletiua coniunctio. Cic. Quouſq; tādem abutere. Cati. p.n. aliâs ponitur ꝓ tamen, ut in qua ciuitate tāſdem arbitrare te uiuere. nonnunquā pro ſaltem. Admiſi. auxeſis eſt. plus eſt admittere quā facere. alibi. Hęc admittere indigna. Vulgo. f. ad purgationem peccati. ſin nihil aliud habemus, argumentum ab exemplo aliorū ſumimus, qui idem factitauerunt. ſed multo magis ualet ſi ab exemplo oīm ſumitur. Haud. m. æ. uerum amicum agit Menedemus qui æquū ex incōmodo amici dolorē capit. Quid me in. me bene incuſas, quia filio maior eſt pater. Quicquid. e. h. f. huius abſolute, ut per eclipſim deſit rei. In Hecyra. Nequid ſit huius oratio. alibi. Nihil me iſtius facturum patri. Ego. h. f. ſemꝑ grauis inceptio orationis quæ exordium ſumit à ꝓnomine. Animo. o. negligenti. alibi. At. n. meſtuas ne ab re ſint omiſſores paulo. Et ſuauia. q. e. p. haberes. Salu. Quæ prima mortales ducunt & primus modo ad laudem, nō ad ordinē pertinet. In Eunu. nihil prius necq; fortius. Ad pro. bene ad proximos. ad q̄s ſpectat poſt filium hæreditas. Receptes alibi, meum receptes filium, & frequentatiuo uſus eſt, quod non raro ſed frequētcr poterit ſe recipere. Viuere, cum uirtute & ratiōe intelligas. Vita. hoc loco actus & mores. In Phormione. Quem ego uiderim in uita optimū, ideſt actu & in moribus. Quæ. i. p. deriuatio criminis in ſe eſt. Et bene optimi ſerui fungit̄ officio. Illicet. e. u. t. Illicet ſemꝑ finem rei ſignificat, ut actum eſt. Illicet per ſyncopen quod ſignificat ire licet, ſi iudices de cōſilio dimittebant ſuprema dicta cum preco ꝓnūciaſſet. Illicet. ergo increpatio eſt quia interloquendo impedit Chremetē narrantem. Nectu aram. aram præſidium miſeri ad aram ut tuti ſint confugere ſolent. Ouid. Vnica præſidijs ara reperta meis. Necq; p̄. alibi ad præcatorē abeam, & præcari aliquando idem quod dep̄cari, hoc eſt à ſe crimen depellere. Hinc depre-

catio. Nihil. ſ. ſuccenſere is dicitur qui cũ amare debeat læſus iraſcitur. Vt. p. e. ſ. quod eſt extremũ miſeriarum. Ad ſororem. ſinxerat Chremes ſe omnia ei tradere. Etiam. f. fames apud antiquiſſimos in quinta declinatione nominũ uariabatur. ex quo famę põt eſſe genitiuus caſus, quia C. Cæſar in lib. de Analogia huius die & huius ſpecie dicendum putat. Salu. in Iugur. Vix decima parte die reliqua, uel ſit ſeptimus caſus. Eſurituros ſatis. παρὰ προσδοκίαν, quando aliter reſpondemus quã expectatur. Non eſſe horum, quaſi cum odio horũ dixit, & eo magis qđ nec te filium dixit. Dum. i. f. ſ. ſatis ueriſimilis ratio adoleſcenti imprudenti & parum ꝓuido, ideo ſtatim ſubijcit, eſt ueriſimile. Iratum. p. bene iratum ob peccatum. Iratus eſt qui ex aliqua re laceſſitus iraſcitur. Iracundus ex parua uel nulla cauſſa. Matres oẽs. alia ratio cur dixerit. non eſſe te horum arbitror. Id non fit. mater tibi non eſt adiutrix, & hoc prope ueriſimilius. Ad miſericordiã. quia parentes ueris filijs cito ignoſcunt. In mi. ſpe. ſi. nam ſi non ſe eſſe filiũ crediderit, eo miſerabilior uidebitur patri. Et citius ad miſericordiã commouebit. Quid autem hoc. uox eſt timentis.

ACTVS QVINTI

SCENA TERTIA.

Eiuſdem rationis, præter dimetrum unum.

SOSTRATA. CHREMES.

PRofecto niſi caues tu homo, aliquid gnato conficies mali.
Idq; adeo miror, quomodo tam ineptum quidquam potuerit tibi
Venire in mentẽ mi uir. Ch. oh pergin' mulier eſſe ullam ne ego
Rem unquam uolui, quin tu in ea re mihi aduerſatrix fueris Soſtrata?

At ſi-

At ſi rogitem iam quid eſt quòd peccem, aut quamobrem hoc faciam, neſcias.

In qua re nunc tam confidenter reſtas ſtulta? So. ego neſcio

Ch. Immò ſcis potius, quàm quidem redeat ad integrum hæc eadem oratio.

So. Oh iniquos es, qui me tacere de re tanta poſtules.

Ch. Non poſtulo, iam loquere, nihil minus ego hoc faciam tamen.

So. Facies? Ch. uerum. So. non uides quantum mali ex ea re excites?

Subditum ſe ſuſpicatur. Ch. ſubditum ain' tu? So. certe inquam, mi uir

Ch. Confitere tuum non eſſe. So. ah, obſecro te, iſtuc inimicis ſiet,

Egon' confitear meum non eſſe filium, qui ſit meus?

Ch. Quid metuis? nonne cum uelis conuincas illum eſſe tuum?

So. Quòd filia eſt inuenta? Ch. non, ſed quod magis credundum ſiet,

Id quod eſt conſimilis moribus,

Conuinces facile ex te natum, nam tui ſimilis eſt probe,

Nam illi nihil uitij eſt relictum, quin id itidem ſit tibi.

miſereſcat mei.
Quod peto, & uolo, parentes meos ut commonſtres mihi.
So. Obſecro mi gnate, ne iſtuc in animum inducas tuum,
Alienum eſſe te. Clit. ſum. So. miſeram me, hoccine quæſiſti obſecro.
Ita mihi, atq; huic ſis ſuperſtes, ut ex me, atq; hoc natus es.
Et caue poſthac (ſi me amas) unquam iſtuc uerbum ex te audiam.
Ch. At ego (ſi me metuis) mores caue in te eſſe iſtos ſentiam
Clit. Quos? Ch. ſi ſcire uis, ego dicam, gerro, iners, fraus, heluo,
Ganeo, damnoſus, crede, & noſtrum te eſſe credito.
Clit. Non ſunt hæc iam parentis dicta. Ch. non ſi ex capite ſis meo
Natus, item ut aiunt Mineruã eſſe ex Ioue, ea cauſa magis
Patiar Clitipho flagitijs tuis me infamem fieri.
So. Di iſtæc prohibeant. Ch. deos neſcio. ego quod potero enitar ſedulo.
Quæris id, quod habes, parentes: quod abeſt, non quæris, patri
Quomodo obſequare, & ut ſerues quod labore inuenerit.
Non mihi per fallacias adducere ante oculos? pudet
Dicere hac præſente uerbum turpe, at te illud nullo modo

Facere

καταςρο-φὴ. Facere piguit. Clit. eheu quã ego nunc totus diſpliceo mihi
Quàm pudet, neq; quod principium incipiam ad placan-dum ſcio.

SI ullum unquã fuit tempus. Adhuc filius matrem ſollicitam reddit, dum petit ut parentes cõmonſtret, & ex hoc facilius ꝑuenitur ad tranquillitatem omniũ rerum. præterea ſeueritas & obiurgatio paterna oſtendit ob filij impudentiã. Tua uoluntate, quaſi innuit illam de induſtria illum uoluiſſe appellari filium. Quod.p.&.u. peto inquit quaſi præcario, nã proprie aliquid præcario petere dicimur. Obſecro te.mi. uerba ꝓprie matris deſperatæ. Sum.hęc uox ſimplex terribiliter ꝓnũciatur. Huic ſis ſu. mos iurandi antiquus parentũ, & bene inducitur mater mitior patre, & quæ adiutrix ſit in paterna iniuria filio. Si me.a. hæc uerba blandientis matris ſunt, & quæ ualde de filio ſolicita ſit. Si.m.m. matri dat uerba ſuauia. patri uero aſpera, illa inqt ſi me amas, hic ſi me metuis. Gerro.i.f. Gerrones leues & inepti, hæc dicuntur in abiectiſſimũ quemq; & nullius precij hominẽ. Gerro, hinc congerrere qđ à gerra ducitur, nam gerræ nugæ ſunt, ut Pompeio placet, alij dicunt à cõgerendo deduci. Plau. in perſa. Iam pol ille hic aderit, credo, congerro.m. Heluo.uorax. Catul. in Cæſarem. An parum helluatus eſt. Ganeo, ueteres ganeum meretricum tabernã dixerunt ἀπὸ τῆς γῆς quod ipſa ſit in terra, hinc ganeo deducitnr qui meretrices ſequit. Damnoſus, recte hoc poſtremũ cum ſuperioribus cõuenit. Parentis.f. qui filiũ amet. Nõ ſi ex capite ſis.m. hæc ingenti clamore ꝓnũcianda, & his oſtendit Chremes filiũ non debere abijcere ſpecie patris, & ſi ab eo uerba aſpera audit. Aiunt, bene aiunt de re fabuloſa & ficta. Deos neſcio, modus loquẽdi præſertim iratorum. Enitar.n. infamis ſiam. Inuenerit.i. acquiſiuerit. alibi. Labore inuenta mea cui dem bona. Aduerte apoſiopeſis honeſta. Noluit dicere meretricem præſente matre.

ACTVS QVINTI

SCENA QVINTA.

Trimetri & ſeptenarij.

MENEDEMVS. CHREMES. CLITIPHO. SOSTRATA.

Enimuero

ENimuero Chremes nimis grauiter cru-
ciat adoleſcentulum,
Nimisq́ inhumane: exeo ergo, ut pacē
conciliem, optume
Ipſos uideo. Ch. ehem, Menedeme cur
non accerſi iubes
Filiam, & quod dixi dotis firmas? So. mi uir te obſecro,
Ne facias. Clit. pater obſecro mihi ignoſcas. Me. da ueni-
am Chreme,
Sine te exorem. Ch. egon' mea bona ut dem Bacchidi do-
no? ſciens
Non faciam. Me. at id nos non ſinemus. Clit. ſi me uiuum
uis pater,
Ignoſce. So. age Chremes. Me. age quæſo, ne tam affirma
te Chremes.
Ch. Quid iſtuc? uideo non licere ut cœperā hoc pertendere
Me. Facis ut te decet. Ch. ea lege hoc adeo faciam, ſi faciat
Quòd ego hunc æquum cenſeo. Clit. pater omnia faciam,
impera.
Ch. Vxorem ut ducas. Clit. pater. Ch. nihil audio. Me. ad
me recipio,
Faciet. Ch. nihil etiam audio ipſum. Clit. perij. So. an dubi-
tas Clitipho?

a Ch. Im-

Ch. Immò utrum uult. Me. faciet omnia. So. Hæc dum incipias grauia ſunt,
Dumq; ignores, ubi cognoris, facilia. Clit. faciam pater.
So. Nate mi, ego pol tibi dabo puellam lepidam, quam tu facile ames,
Filiam Phanocratæ noſtri. Clit. ruſamne illam uirginem,
Cæſiam, ſparſo ore, adunco naſo? non poſſum pater.
Ch. Eia ut elegans eſt, credas animū tibi eſſe. So. aliā dabo.
Clit. Quid iſtuc? quandoquidem ducenda eſt, egomet habeo propemodum,
Quam uolo. So. nunc laudo gnate. Clit. Archonidis filiam.
So. Perplacet. Clit. pater hoc nunc reſtat. Ch. quid? Clit. Syro ignoſcas uolo,
Quæ mea cauſſa fecit. Ch. fiat, uos Valete & plaudite.

ENimuero Chremes. Interuenit perſona cuius gratia pax cōcilietur, ita ut oīa tranquilla ſint & cōpoſita, prout comœdiæ finis poſtulat. Enimuero nonnunquā principium eſt aliquid per iram dicturi. Accerſi. bene accerſi, quia ꝓprie accerſitur uxor dum ad uirum ducitur. Ne facias. hæc timebat ne oīa bona illi traderet. Obſecro. nil ſignificantius, nam orare eſt placidos petere, obſecrare uero iratos rogare. Sciēs, quod peius eſſet quā ſi neſciret. Si me uiuū uis. hoc ſolo uerbo poterat placare patrem. nam pater filij uitam omībus rebus anteponit. Pertendere. In Eunucho. Verum ſi incipies neq; ꝑtendes nauiter, alij legunt ꝑpendere. Nihil audio. auerſus & indignatus Chremes hoc dixit. Immo uerū uult. ꝑmiſſio patris ironica. Ruffam de ruffo colore. A. Gellius in ſecundo noctiū Atticarū multa uerba facit. Cæſiam. idem Gellius inquit. noſtris autem latinis ueteribus cœſia dicta eſt à græcis glaucopis dicitur, ut Nigidius ait. De colore cœli quaſi cœlia. Dantur cœſij oculi

Miner-

Mineruæ. cerulei Neptuno. Elegans. hic ad formā refert, ſed ſæpius ad orationē & ad uerba. Sparſo ore, naſo adunco. hæc duo nimiā arguunt deformitatē, & adiuuāt Clitiphonē in recuſatione. Indecens naſus uitu peratur, ſed magis in muliere. Nō poſſum pater, plus patrem cōmouit quā ſi dixiſſet nolo. Vt elegans eſt. In Eunucho. Regem elegantem narras. i. qui eligere ſciat, & hoc à patre dictum non irato ſed placato. Animum tibi eſſe, uerba apta ei qui ſibi multum tribuit.

FINIS HEAVTONTI morumenos.

PHIL. MELAN.

PROTASIS.

ERipuerat Aeſchinus Lenoni mulierculas, fratri gratificatus, qui illum amabat. Id poſtquā reſciſcit Demea, aſpero & incōmodo ingenio pater de eo peccato cum Mitione, cui Aeſchinū dederat adoptādum, expoſtulat, quæriturq; eius indulgentia corrūpi. Periclitatur itaq; Aeſchinus, & ſeruuli, quomodo Lenoni ſatis fiat, quomodo celetur Demea, ne Cteſiphonis peccatū reſciſcat. Neq; em̄ tam ipſe ſibi, quàm frater curæ eſt. Præterea amabat ingenuam quandam Aeſchinus, cui fidem dederat, uxorem ſe ducturum eſſe, quæ poſtquā raptam audiuit Pſaltriam, grauiter perturbata eſt, metuens ne deſereretur. Habet hæc pars mira conſilia, miras technas ſerui, quibus fallit Demea.

ἐπίτασις.

Reſciſcit Demea uicium oblatū eſſe ingenue ab Aeſchino, ea uero de re miram tragœdiam excitat, Magis cōmouetur poſtquā deprehendit Cteſiphoni cum Pſaltria rem eſſe. Miſere etiā angitur Aeſchinus, cum in diſcrimē uenit, ne uxore excidat.

καταστροφή

Hæ turbæ omnes prudentia, & māſuetudine Mitionis ſedantur. Primas itaq; in hac fabula ſenes habent. Confertur em̄ cum aſpero & inclementi patre, urbanus & comis pater, & huc ōmia ſpectant, ut adpareat in re domeſtica, publica, commercijs hominū ubiq; nullam eſſe neq; utiliorem, neq; gratiorem uirtutem comitate. Conſtat autē hæc comœdia magna ex parte accuſatiōibus & excuſatōibus, crebras habet querelas, & penè tragica πάθη. Quare in primis conducit eius lectio ad locupletandam facundiam.

 Fabulæ perſonæ.

FABVLAE PERSONAE.

Mitio	Senex.
Sannio	leno
Syrus	ſeruus
Soſtrata	matrona
Geta	ſeruus
Dromo	ſeruus
Demea	ſenex
Aeſchinus	adoleſcens
Cteſipho	adoleſcens
Canthara	nutrix
Hegio	ſenex.

ACTA

ACTA LVDIS

FVNERALIB. Q. FAB. MA. P. CORNELIO Africano, ædilib. curulib. egere L. Attilius Prænestinus, Minutius Protinus. Modos fecit Flaccus Claud. tibijs ſarranis. Facta græca Menandru. L. Anicio. M. Cornelio COSS.

STorax nō rediịt hac nocte à cœna Eſchinus. Hæc fabula Adelphi palliata, ut ipſum indicat nomē, ex plurali numero cum ſit una, ex maſculino genere cum ſit comœdia, & græca lingua cum ſit latina cenſetur. Potuit eam Terentius fratres dicere, ſed & græci nominis Euphoniā pderet, & ptera togata uideretur, ad ſummū non ſtatim intelligeretur Menandri eſſe, quod Terentius in primis lectorem ſcire cupit, minus exiſtimans laudis propriā ſcribere quā græca transferre. Eſt igitur Menandri, & fratrum à facto quibus argumentū nititur nomē accipit. huius tota actio cum ſit mixta ex utroq; genere, ut ferè Terentianæ omnes præter Heauton. tamen maiori ex parte motoria eſt. Nam ſtatarios locos ppaucos habet. prodeſt autē & delectat actu & ſtilo. In hac patriæ partes ſunt ut quidā putant Demeæ. ut quidā Syri, quod ſi eſt ut primas Syrus habeat, ſecundæ Demeæ erunt, tertiæ Mitionis, & ſic deinceps, quanquā etiam ſunt qui putant primas Mitioni dandas, ſecundas Syro, tertias Demeæ. Nam quid ais. Teren. ſenes qui primi ueniunt, non ad partes quas dicimus, ſed ad ordinē ptinet exeuntiū pſonarų. hæc etiam ut cætera huiuſmodi poemata quinq; actus habeant neceſſe eſt, choris diuiſis à græcis poetis, quod & ſi retinendi cauſſa iam inconditi ſpectatoris minime diſtinguunt latini comici metuentes. ſ. ne quis faſtidioſus finito actu uelut admonitus abeundi reliquæ comediæ fiat contemptor & ſurgat, tamē à doctis ueteribus diſcreti atq; diſtincti ſunt ut mox aperiemus poſt argumenti narrationē. In hac prologus aliquanto lenior inducitur, qui magis etiā in ſe purgando quā in aduerſarijs lædēdis eſt occupatus. Protheſis eſt turbulenta. Epitaſis clamoſa, Cataſtrophos lenis, quarų partiū rationē diligentius in principio ppoſuimus, cū de comœdia quędā diceremus. Hæc ſane acta eſt ludis ſcænicis funebribus. L. Emi. Pau. agentibus. L. am. & L. Tur. qui cū ſuis gregibus. etiā tamē pſonati agebāt. Modulata eſt autē tibijs dextris. i. Lydis ob feriā

grauitatem, qua ferè in om̃ibus comœdiis utimur. Hic poeta ſæpe tamē mutatis per ſcænā modis cantica mutauit, quod ſignificat titulus ſcæne habens ſubiectis ꝑſonis literas. d. m. e. ſ. Item deuerbia ab hiſtrionibus crebro pronunciata ſunt, quæ ſignificant. d. &. m. litteris ſecundū ꝑſonarum nomina præſcriptis in eo loco ubi incipit ſcæna, Annotandum
* ſane quod hæc fabula cum * non habeat, hoc eſt perſona ad argumētum nihil attineat, quæq; ſic aſſumpta extrinſecus, ut eſt in Andria Soſia, hanc dicunt ex Terentianis ſecundo loco actam etiā cum rudi nomine poetæ, itaq; ſic ꝓnunciatam Adelphe Terenti, non Terenti Adelphe, quod adhuc magis de fabulæ nomine poeta, quā de poetæ nomine fabula cōmendatur. In hac quidē ſpectatur ꝗd interſit inter ruſticam & urbanam uitam, & inter aſperam & cœlibem, & ueri mariti patriſq; per adoptionē facti, quibus præpoſitis ad exēplum uitanda perinde fugiendaq; Terentius monſtrans, artificis poetæ per totam fabulā obtinet laudem.

ARGVMENTVM.

EX duobus Atticis fratribus alter quidē Demea nomine rus coluit, uxorē duxit, filios ſuſcepit duos Eſchinum & Cteſiphonem. At alter Mitio nomine uxorem nō duxit, & filios ꝓcreare noluit, ſed ſibi filium fratris Eſchinū adoptauit. atq; ita indulgenter eduxit à paruulo, ut effuſe luxuriatus adoleſcēs ad poſtremū ciuem Atticam uirginem uitiaret. captus amore eius, quo facto etiā cum matre puellæ pepegit nuptias eiuſdem quā uitiauit. Cum rem geſtam ad patris à quo adoptatus fuerat conſcientiā iam iamq; ꝑlaturus eſſet, p̄cibus Cteſiphonis fratris ſui, qui cum apud durū patrem atq; agreſtem Demeā parcius atq; arctius haberet, impulſus eſt ut idem à Lenone raperet meretricē, quo facto multiplici errore cōpletur fabula. Nam Demea cum hoc ipſo. i. cū Mitione litigat, tanquā cum eo qui corrupit adoleſcentē adoptatum in mores ꝑditos, neſciens ſibi filiū Cteſiphonem eſſe corruptū, eluditurq; à Syro & Mitione per totam fabulā, & matrem puellæ iam decimo mēſe poſt raptum uirginis, & exactis à puero mēſibus credit ſibiipſi rapuiſſe meretricē, quæ ꝑturbatio cito in tranquillū redacta eſt. Nam re cōpleta de uitio uirginis Mitio dat ciuem Eſchino quā cōcupiuerat, eiuſq; matrem accipit, depræhenſo uero Cteſiphone in amore meretricis, primo iraſcitur Demea, poſt lenit atq; habēdæ eius meretricis licentiā prebet. Primus actus hæc cōtinet, Mitionis ſolius uerba, & poſt eiuſdē & Demeæ iurgium. Secūdus actus hæc cōtinet, Lenonis alterā rixam aduerſus Eſchinū pro puella, eiuſdē apud Syrum quærelas, lætitiā Cteſiphonis, obſeſſionē amicæ, & eiuſdem gratiarū actiones apud Eſchinū.

Tertius

Tertius actus hæc cōtinet, trepidationē matris Soſtratæ, & Cãtare nutricis ob parturientē Pamphilam uitiatã ab Eſchino, Getam nunciantē dominæ ſuę per errorē quod ſibi rapuerit Cteſipho meretricē, reditum in ſcænam Demeæ, eiuſdemq́; cum Syro ludificante cum ſermocinatione interuentum. Hegionis cum querela apud eundem Demeã de facto Eſchini & cōſolatione Soſtratæ. Quartus actus hæc continet, Cteſiphonis cum Syro colloquiū per eum deluſi Demeæ, eiuſdemq́; in ſcænã interuentum, atq; ſecundam fruſtrationē per Syrum factum Mitionis cū Hegione ſermonē. quærelam Eſchini de rebus ſuis, eiuſdemq́; cum Mitione patre facetiſſimã diſceptationem. Demeæ reditum in ſcæna ex errore in quē eum coniecerat Syrus, & reuocatū cum fratre eiuſdem, proceſſionem in ſcænam temulenti Syri. Quintus actus hæc cōtinet deprehenſionem Cteſiphonis cum meretrice, tertiū cum Mitione iurgiū Demeæ, eiuſdemq́; uitæ priſtinæ correptionē, & per eum multa in comœdia noua, hoc eſt blandimentū circa Eſchinū, & affabilitatem circa Getam, conciliationē Syri & uxoris eius, & ueniã circa Cteſiphonē, permiſſionemq́; habendæ meretricis. Seruatur autē per totam fabulam mitis Mitio, ſæuus Demea, Leno auarus, callidus Syrus, timidus Cteſipho, liberalis Eſchinus, pauidæ mulieres, grauis Hegio. In diuidendis actibus fabulæ identidem meminerimus primū paginæ dinumerationem neq; græcos neq; latinos ſeruaſſe, cum eius diſtributio huiuſmodi rationem habeat, ut ubi attētior ſpectator eſſe potuerit, lōgior actus ſit, ubi faſtidioſior, breuior atq; cōſtrictior. Deinde etiã illud in eundem actū poſſe conijci, & tres & quattuor ſcænas introeuntiū & exeuntiū ꝑſonarum. Facta autem hæc una eſt de duabus cauſſis Adelphi Menandri, & cōmorientibus difficilis.

C. SVLPITII APOLLINARIS PERIOCHA.

Senarij omnes.

DVos cum haberet Demea adoleſcentulos,
Dat Mitioni fratri adoptãdum Aeſchinum,
Sed Cteſiphonem retinet. hunc Cithariſtriæ
Lepore captum, ſub duro ac triſti patre
Frater cælabat Aeſchinus famam rei,
Amorem in ſe transferebat, denique
Fidicinam Lenoni eripuit. uiciauerat
Idem Aeſchinus ciuem Atticam pauperculam,
Fidemq́; dederat, hanc ſibi uxorem fore.
Demea iurgare, & grauiter ferre. mox tamen
Vt ueritas patefacta eſt, ducit Aeſchinus
Viciatam, potitur Cteſipho Cithariſtriam.

PROLO-

PROLOGVS.

Narratio. POſtquam poeta ſenſit ſcripturam ſuam.
Ab iniquis obſeruari, & aduerſarios
Rapere in peiorem partem, quam acturi ſumus
Indicio de ſe ipſe erit. uos eritis iudices,
Laudin' an uicio duci factum oporteat.
Diphilus poeta Comicus fuit Synapothniſcontes Diphili comœdia'ſt,
Eam commorientes Plautus fecit fabulam.
In græca adoleſcens eſt, qui lenoni eripuit
Meretricem, in prima fabula. eum Plautus locum
Reliquit integrum. cum hic locum ſumpſit ſibi
In Adelphos, uerbum de uerbo expreſſum extulit.
Eam nos acturi ſumus nouam. pernoſcite,
Furtum ne factum exiſtimetis, an locum
Reprehenſum, qui præteritus negligentia'ſt.
Alia defenſio. Nam quod iſti dicunt maleuoli homines, nobiles
Eum adiutare, aſſiduéq; unà ſcribere,
Quod illi maledictum uehemens exiſtimant,
Inuerſio. Eam laudem hic ducit maximam, cum illis placet,
Qui uobis uniuerſis & populo placent,
Quorum opera in bello, in otio, in negotio,

Suo

Suo quiſq; tempore uſus eſt, ſine ſuperbia.
Dehinc ne expectetis argumentum fabulæ,
Senes qui primi uenient, hi partem aperient.
In agendo partem oſtendent, facite æquanimitas
Poetæ ad ſcribendum augeat induſtriam.

POſtquā poeta ſuam ſenſit ſcripturam. Poſtquā
ꝓ quoniā cuius reciprocū, quoniā pro poſtquā
Plau. in Aulu. Quoniā is moritur ita auido inge
nio fuit. Poſtquā ſenſit pro ſenſiſſet. Scripturam
ſuam, indifferenter omīs qui aliquid ſcripſiſſet
ſcriptor à ueteribus dicebatur. Ab iniquis, inimi
cis, ut Saxis uitioſis iniqui. Obſeruari, obſerua=
tio ad honorem refertur, ut obſeruat regem non
ſic Aegyptus &c. i. l. n, &c. ſed nunc obſeruari ca=
ptari ſignificat, & audiri, obſeruari ergo & ho=
norari & captari & audiri ſignificat, ut Plau. Obſeruat orare ut blande
palpetur mulieri. Obſeruare & rapere in deteriorē partem, uarietas per
genera uerborū, & utriq; ſententiæ apte iungimus ſcripturā ſuam. Ra=
pere in deteriorem partem. i. uitio dare, uituperare. Initio mire de ſe ex=
preſſit ſimplicitatē ueram dicturus, cum indicaturū ſe dixit nō narratu
rum, & inditio erit, pro index erit. Inditio de ſe. indicatis qui de ſe uolēs
aliquid & alijs etiā prodit. ſed confitetur qui de ſe tantū, & adhuc inui=
tus quidnam ꝓmulgat. Vos eritis. i. bene quia apud iudices iudiciū ꝓ=
fitentur qui accuſatorē adiuuant. Laudi an uitio, mediū infert, ut adpa=
reat ſi crimen non ſit, laudem debere eſſe. Synapothniſcōtes Diphili. c.
eſt. nec numeri nec genera reſpiciēda ſunt contra ſententiā remq; ipſam
Eam cōmorientes Plautus. f. f. apud græcos drama ſi caput latino more
fabula dicitur, cuius ſpecies ſunt tragœdia, comœdiaq;, togata, taber=
naria, prætextata, crepidata, attelana, myctos, Ryntonica. In græca ado
leſcens eſt, Diphili. ſ. quaſi diceret. Quidā adoleſcens eſt qui lenoni eri=
puit meretricē. In prima. f. hoc eſt in prima parte, ut dicimus in primis
digitis, non em̄ aut ſecunda aut tertia fabula eſt. Reliquit integrū, cum
alium trāsferret. Sumpſit ſibi, libere tulit, hoc eſt non furatus eſt, ut Su=
me pater, in Adelphis latine declinauit. Verbū de uerbo expreſſum ex=
tulit. Hæc approbatio eſt de græco eſſe ſublatū non de Plauto, ut dicit
aduerſarius. Extulit, mire non dixit tranſtulit ſed extulit, ut ornaſſe grę
ca uideatur latino ſtilo. Eam nos. a. adel. ſ. Nouam ueterem græcam eſſe
intelligimus. Furtum ne factum, hoc eſt uitio duci. An locum. r. hoc eſt

laudi duci. Negligentia eſt Plauti .ſ. cuij æmulari nunc exoptat. Negligē tia rep̄henſum, retortum reſumptū. Nam quod iſti dicunt. nam incipiē di uim habet modo, ut. Nam ego hanc machærā meam dico. Homines nobiles. ut. S. affri. & L ælium ſapientē & Furium pium. Eum adiuuare. legitur & adiutare. Pacuuius in chreſe. Adiuta mihi. Aſſidueq; una ſcri bere. non ſic dicit aduerſare, Verum oratorie hic crimen impingit. Qui nobis uniuerſis, & populo placent. uniuerſis qui in ea cauea ſunt dicit. populo qui etiā præerat theatro. i. uniuerſam urbē. In bello. Scipionis. In ocio. Furij pij. In negocio ſcilicet Læ. ſapientis. In agendo partē oſten dent. * Hic em iam ſenes accipiendi eſſent, immo potius cæte ræ perſonæ, ſed ipſi ſenes in ſtatario charactere partem aperient, in mo torio partem oſtendent. Nam duo agendi ſunt principales modi, moto rius, Statarius, ex quibus ille tertius naſcit̃ qui dicitur Mictos. Aequa nimitas. fauor & propitius animus, & deeſt ueſtra.

ACTVS PRIMI

SCENA PRIMA.

Senarij omnes.

MITIO.

Mitio hac narratiōe exponit ſuā erga fi lium uolū tatem, ſua cōſilia, de educatiōe exponit item con ſilia De meæ. Or ditur autē narratio nem à col latione, q̄ ex agge rat curam & amorē erga filiū.

STorax non redijt hac nocte à cœna Ae ſcinus?
Neq; ſeruolorum quiſquam qui aduer ſe ierant?
Profecto hoc uere dicūt ſi abſis uſpiam (aut
Vbi ſi ceſſes, euenire ea ſatius eſt
Quæ in te uxor dicit, & quæ in animo cogitat
Irata, quàm illa, quæ parentes propitij.
Vxor ſi ceſſes, aut amare cogitat,
Aut te amari, aut potare, aut animo obſequi,

Tib

Tibi bene eſſe ſoli, cum ſibi ſit male.
Ego, qui non rediũt filius, quæ cogito?
Quibus nunc ſolicitor rebus? ne aut ille alſerit,
Aut uſpiam ceciderit, aut perfregerit aliquid.
Vah, quenquam ne hominem in animo inſtituere,
Aut parare quod ſit carius, quàm ipſe eſt ſibi?
Atqui ex me hic non natus eſt, ſed ex fratre. is adeo
Diſſimili ſtudio eſt, iam inde ab adoleſcentia.
Ego hanc clementem uitam urbanam, atq; otium
Secutus ſum, & quod fortunatum iſti putant,
Vxorem nunquam habui. ille contra hæc omnia,
Ruri agere uitam, ſemper parce, ac duriter
Se habere, uxorem duxit, nati filij
Duo ſunt, inde ego hunc maiorem adoptaui mihi,
Eduxi à paruolo, habui, amaui pro meo,
In eo me oblecto, ſolum id eſt carum mihi.
Ille ut idem contra me habeat facio ſedulo,
Do, permitto, non neceſſe habeo omnia
Pro meo iure agere. poſtremo, alij clanculum
Patre quæ faciunt, quæ fert adoleſcentia,
Ea ne me cælet, conſuefeci filium.
Nam qui mentiri, aut fallere inſueuerit patrem, aut
Audebit, tanto magis audebit cæteros.

ἐπιφώνημα. PVDORE ET LIBERALITATE liberos
Retinere ſatius eſſe credo, quàm metu.
Fratris cō ſilia. Hæc fratri mecum non conueniunt, neq; placent.
Venit ſæpe ad me clamitans, quid ais Mitio?
Cur perdis adoleſcentem nobis? cur amat?
Cur potat? cur tu his rebus ſumptus ſuggeris?
Veſtitu nimio indulges, nimium ineptus es.
Nimium ipſe durus eſt, præter æquum, & bonum.
ET ERRAT LONGE, mea quidem ſententia,
Qui imperium credat grauius eſſe, aut ſtabilius,
Vi quod fit, quàm illud quod amicitia adiungitur.
Mea eſt ſic ratio, & ſic animum induco meum.
Malo coactus qui ſuum officium facit,
Dum id reſcitum iri credit, tantiſper cauet,
Si ſperat fore clàm, rurſum ad ingenium redit.
Ille quem beneficio adiungas, ex animo facit,
Studet par referre, præſens, abſensq; idem erit.
Hoc patrium eſt, potius conſuefacere filium
Sua ſponte recte facere, quàm alieno metu.
Hoc pater ac dominus intereſt. hoc qui nequit,
Fateatur ſe neſcire imperare liberis.
Sed eſt ne hic ipſus de quo agebam? & certe is eſt.
Neſcio quid triſtem uideo, credo iam, ut ſolet,

Iurga-

Iurgabit, ſaluom te aduenire Demea,

Gaudemus.

Congreſſus ſenum qui uelut ſuperiorē Mitionis orationē cōprobat & amplificat.

STorax non rediji hac nocte. nomina perſonarū in comœdijs duntaxat habere debent rationē & etymologiam. Etem abſurdum eſt comicū apte argumenta confingere, uel nomē perſonæ incōgruū dare, uel officium quod ſit à noīe diuerſum. Hinc ſeruus fidelis Parmeno. Infidelis, uel Syrus uel Geta, uel miles Thraſo, uel Palemon Iuuenis Pamphi. matrona mirina, & puer, & ab odore. Storax. & à ludo, & à geſticulatione ciricus. Et item ſimilia in qbus ſummū poetæ uitium ſi qd ècontrario repugnans contrariū diuerſumq; ꝓtulerit. niſi per Antiphraſim nomen impoſuit iocolariter, ut Miſargyrites in Plauto dicit Trapezita. & ferè hoc modo apud alios à poetis nomina cōponunt deſcribenda per Antiphraſim, quod deſignat Storax patriæ partes ſicut in ꝓlogo ipſe promiſit à ſenibus agunt, quorum cōtentio ad argumēta relata uita aſpera cum leni, & pater comis cum ſeueriſſimo cōparatur. Storax, ſtoracem uocauit nō Eſchinū quo tacente puerū. i. Eſchinum abſentem credit, quia ſerui adoleſcētibus præſtolant, ut in Andria. Obſeruabam mane illorum ſeruulos. u. aut abeūtes, ſed quia fieri poterat ut domino abſente adeſſet Storax, cōmodiſſime adiecit neq; ſeruulorꝫ quiſquā qui aduorſum ierant. Storax non re. h. n. e. hoc alij interrogatiue, alij ꝓnunciatiue ꝓferunt. ſed magis ꝓnunciatiue dicēdum, neq; ſeruulorū ꝓpter Storacem, quem abeſſe non reſpondendo intelleximus. Qui aduerſum. proprie locutus eſt. nam aduerſatores dicūtur. Ierant. ꝓducte ꝓnunciādo. quod nos addita. u. iuerant dicimus. Tale eſt illud Virg. Nos abijſſe rati. Profecto. h. u. d. hoc abſolute. Nam addidit. Si abſis, uſpiam abundat aut deeſt profectus, aut quid tale, aut uſpiam ſignificat. n. ſ. uſpiam & in loco ad locum. Si. a. u. aut ubi ſi ceſſes, ſi abſis ad parentes ꝓpitios. Si ceſſes, ad uxorem iratam refert in deſertorē. Vxor ſubaudiendum eſt dicit. Irata. ſ. uxor. Quæ in animo. oīe quod ſentimus, aut cogitamus, aut dicimus, utrunq; pro oratione eſt. ſed & illa * quæ in cogitatione eſt, hæc * dicit quæ in uerbis eſt conſtituta. Virg. * Et multi iam mihi crudele canebant. artificis ſcelus, & t. u. u. Et ipſe alibi. Nunc ſiquis eſt qui hoc dicat, aut ſic cogitet. Quam. i. q. p. erudite nō addidit in quē dicat, ſcit nomina uxoris & parentū * eſſe. Vxor ſi. c. quare non ſi abſis, an quia iuſtius ceſſanti quā abſenti ſucceſemus? * an quia irata uxor ſi ceſſes. Aut. te. a. c. epexegeſis cum * Aut te amari. c. aut minus peccati eſt amori proprio cedere quā alieno amori obſequi, nulla re impellēte ſine uxore potare aut uelle delitias, ergo au

xeſis eſt, niſi forte * hoc putamus dictum. aut te amare, aut tete amari cogitat, cum duo ꝓpoſuerit alterū ſumpſit, nam cū dixiſſet quæ in te uxor dicit, & quę in animo cogitat, intulit aut te amari, & ego quia nō rediit filius. quæ cogito, aut amare cogitat aut tete amari, ga te amare * dixerat cito intulit, quod certū eſt. Aut. t. a. & quia il- * lud te dixerat, hoc geminauit, & tete dixit tanquā ſignificātius. Aut ani- mo, obſequi. Ego. q. n. r. f. plus eſt quod dixit ego, quaſi diceret pater. Quæ co. & quibus, & hoc ſic ꝓnunciādum eſt ut horrere uideatur ipſa cogitationē ſuam. Ego quia non re. f. anacoluton, non em̄ pater dicit. Quibus nunc ſollicitor rebus, hoc eſt quā malis & non uexor bonis. Ne aut ille alſerit, uide quā teneri ſit amoris hic timor in iuuene præfer- tim. Aut uſ. uſpiam & in loco & ad locum ſignificat. Ceciderit aut. p. a. iungendum, ut non ſolum ceciderit ſed etiā ꝑfregerit, hæc ſunt quæ ſibi nemo euenire uelit. Ne aut ille. a. a. u. c. nimiū tenere amat qui hæc in iu- uene ꝑtimeſcit, quæ circa infantulos cauere ſolent. Quenquā ne homi- nē, ſic dicimus de ea re quā miramur ferè ab om̄ibus fieri. Quā ipſe eſt ſibi. tanquā duo ſint, ſed hoc poetæ comico licet. Atq; hic ex me natus non eſt. q. d. ex me non eſt ſed ſic afficior quod pater ſi genuiſſet. Ex me natus. q. d. non eſt meus ſed ex fratre, hoc eſt, omnino non alienus eſt. Is adeo, tranſit ad argumentū ſubtiliſſimus. Adeo, aut abundat, aut ni- mium ſignificat, ut in Eunucho. Adoleſcentē adeo nobilem. Ego hanc * clementem uitam urbanā * Clementē uitam, figura ipſa. Vitā clementem dicimus, quæ clementes facit. Clemens autem eſt, qui colit mentem. Atq; ocium. i. urbanū. Secutus ſum, bene ſecutus quaſi magi- ſtram recte beateq; uiuendi. Et quod fortunatū iſti putant. ſ. qui cælibē quaſi cælitem dicunt, & item græci apud quos ſunt huiuſmodi ſentētię. Fortunatum iſti putāt me utiq; uxorem nō ducere, dicit autē Romanis * id uideri quos ſpectatores habet Menander. * Quod. f. p. quidam putant ſic ꝓnunciandum, & quod fortunatū iſti putant uxorē, & hæc bona & continuata locutio eſt, & putant bene dictis cui diſpli- cet aliena ſententia. Iſti autem. i. hi qui à me diſſentiunt. Vxorē nunquā habui, ſi non habeo dixiſſet, poterat uideri habuiſſe. Ruri. a. u. cōtra hęc om̄ia ſuffeceral breuitas, ſed ſubiunxit fratris deſcriptionem, ut uerbis ipſis malā uitæ conditionē oſtendat. Semp. p. ac. d. ſemp licet incertam diſtinctionem habeat, tamen recte additū eſt, quia uel ruri agere uolup- tatis eſt, uel parce ac duriter ſe habere uirtutis, ſed ſemper ad uitiū, Par- ce autem ad ſeruandum, duriter uero ad laborē referendum eſt. Ruri. a. u. ſ. p. ac. d. ſe habere, uariauit ut in Andria. Vxorē duxit, recte duxit nō ducere, ſemel em̄ hoc fecit Demea. Vxorem duxit, uarie per modos di- ſcurrit. Vxorem duxit, adiuuādum ꝓnunciatiōe eſt ne ſingula utrinq; aſſecuti uideantur. Nam ſic in fine fabulæ ait Demea uxorem duxi, quā ibi miſerā uidi. Nati ſi. alia cura. Inde ego. h. m. a. m. mire inde ſubiungit cum perſonā prætulerit, ſic alibi à ꝓdonibus unde emerat ſe audiſſe ab- reptam. e. ſ. Inde ego, nunc inde, pro ex quibus, & mihi abundat, & be-

ne hunc dixit quia de ipſo loquebaẽ.Eduxi.a.p. quod nos educare dicimus, educere ueteres dicebant, ut educet ſiluis regem regumq; parentẽ. Habui.a.p.m.& cum multa dicũtur hoc ſolum uerum eſt habui, credidi, duxi, exiſtimaui. ut alibi. Semper eius dicta eſt hęc atq; habita ſoror, ſic itaq; habeanẽ, dicantur, & ergo pro meo ſubaudiendũ eſt bis, ut habui pro meo, & amaui pro meo. In eo me.o.i.c.m. abſolute utrũq; & in eo & ſolum. In eo quaſi in ea re. Solum id mihi carũ, plus ſignificat quã ſi diceret ſolus is eſt carus mihi. In eo me ob, noue dixit, pro eo me oblecto. Facio ſe, ſecus à dolo.i. ſine dolo & impenſe. Ille ut faciat item ſimiliter. Contra uiciſſim. Plau. Vt illa illũ contra qui eſt amoris cultor optimus. Do. ptermitto, do ſumptũ, prætermitto delicta. Non.n.h.&c. non neceſſe eſt patrem ſæuire quia pater eſt. Interius & ęquitatẽ intereſt. Ius eſt quod omia recta & inflexibilia exigit. Aequitas eſt quæ de iure multum remittit, ergo hic ſenſus, non licet etiã ſi non neceſſe eſt ſæuũ eſſe patrem, & mire oſtendit ius ſuum niſi neceſſitate nõ eſſe ſeruãdum. Poſtremo.a.c. non alij patres, ſed alij adoleſcẽtes. Quæ fert.a. ueniam addidit ſtatim peccata adoleſcentibus ob ætatẽ remouendo, & uide quã breuiter & quã pudice, quã innocenter locutus eſt. Ea ne me celet conſueſeci filium, tribus em̃ uiuitur modis natura, cõſuetudine & ratione. Nã qui mentiri aut fallere, ſeparatim ſubaudiẽdum * mentiri. *
Cæteros, quia iam deceperit patrẽ. Pudore ac liberalitate, pudore ad filios rettulit, liberalitate ad parentes. Argumentũ à coniugatis. Liberalitate, inquit regẽdi ſunt propter quod liberi dicũtur. Liberalitatẽ autem bonitatẽ dicit. Retinere ſatius eſſe puto, bene retinere, quia retinet qui aduerſum aliquẽ tenet, retinere ergo à uitijs.ſ. nam uitia filios tenent q̃s non retinent patres à uitijs. Hæc fratri mecũ non conueniunt, noua locutio, & non conueniunt pro nõ congruunt, ac per hoc, in is ego & frater diſſentimus & diſſimiles ſumus, uenit ad me ſæpe clamitãs, & importunitatem odioſam oſtendit ad me dicendo, & inconditã aſſiduitatem addendo ſæpe & congrue, poſtquã ſæpe dixit adiecit aptius uerbũ non dicens clamans, ſed clamitans. Quid magis Mitio? reminiſcere lectionẽ & inuenies interrogationẽ huiuſmodi, uel inuectionis principio conuenire uel obiurgationis. Cur pdis adoleſcentẽ, recte nobis additum eſt, & ethicos, ut alibi. Pſaltriã nobis ſi dijs placet parauit. Cur.a.c.p. uide quemadmodum ut durum obiurgatorẽ oſtendat Demeam, cum ab eo ea diſcantur in crimen uocari quæ aut ætatis ſunt, ut cur amat? aut naturæ, ut cur potat? aut pietatis, ut cur tu his rebus ſumptum ſuggeris &c. Cur amat? cur potat? cur amat ad illud refertur qđ ait ſupra, do prætermitto, nam prætermitto delicta intelligimus ex amore. Cur potat ad illud quod ait. do ſumptum. Nimium ineptus eſt, utrũq; duræ, & nimiũ & ineptus eſt. Præter æquũ & bonum, potuit & non addi præter æquũ & bonum, Et erat longe, melius eſt longe ſimpliciter accipiendũ ut locale ſit quã ualde. Mea quidem ſententia, modeſte addidit mea quidem

ſententia

ſententia, ne quis hoc pro præcepto dici exiſtimet. Qui im̃pium credat, utrum cuilibet an Demeæ tantũ. Grauius eſſe atq; ſtabilius, grauius ad uim, ſtabilius ad tempus refertur. Vi quod fit .i. metu hæc malo. Fit qđ ui quã illud quod amicitia, illud quod ui fit huic adiũgitur qđ amicitia. Mea ſic eſt ratio, & ſic .a.i.m. Mea ſic ratio eſt ad ſuperiora ptinet cõfir manda. Sic animũ induco meum, ad ea pertinet quæ dicturus eſt. Mea ſic eſt ratio, iterum modeſte & ſic animũ induco meum. Senilis macrologia. Malo coactus, duo dicit, & malo & coactus. Qui officiũ ſuum *

* idest qui recte facit. Officium autẽ dicitur quaſi efficium, ab efficiendo quod unicuiq; pſonæ cõgruit. Dum id reſcitum iri qđ facit .ſ. Tantiſp, pro quaſi tantũ, ut pauliſp, paululum, & parump quaſi parum dictum eſt. Tãtiſper cauet peccare ſubaudiendũ eſt, non totum eclypticos, & obſcure dictum eſt, & bene cauet quaſi malum. Si ſperat fore clam, iterum qđ facit ſubaudiẽdum. Rurſus ad ingeniũ redit, mire non intulit cauet, ſed ad ingeniũ redit, & rurſum eſt retrouerſum, ut ꝓr ſus, prius uerſum. Ille quẽ beneficio adiungas, nõ beneficio adiunctus, ut ſupra malo coactus. Ille quem beneficio adiungas. *

* Ille malo hic beneficio coactus, hic adiunctus, ille dum reſcitũ iri credit. Tantiſp cauet, & hic præſens abſenſq; idẽ erit, & id præſens abſenſq;, non ad aliquẽ locum ſed ad cuſtodem retulit & monitorem. Ille quẽ beneficio, contra illud quod ait, malo coactus. Ex animo facit officium .ſ. Studet par referre .i. bene præſenſq; abſenſq; idem erit cõtra illud. ſi ſperat fore clam rurſus ad ingeniũ redit. Hoc patriũ eſt potius, ſuperius à re tractum eſt, & hoc iam à perſona dicitur argumentũ. Conſuefacere. non cogere ſed conſuefacere. Quã alieno metu. uide queadmodum ſuũ ad indulgentiã affectum reuocat optime diſciplinæ. Hoc pater ac dominus, à differentia perſonarũ & officiorum. Intereſt differentia eſt. Hoc qui nequid. longe melius nequit. quã ſi diceret non uult. Fateatur neſcire ſe, hoc eſt indicat ſe melius conſulere, & uolentẽ hoc exercere neſcire imperare liberis, oratorie quaſi artis ſit indulgentiſſime agere. Impare modo non ad ſuperbiã, ſed ad regendum eſt referẽddum. Neſcire impe

* rare deeſt ſe. Sed deeſt ipſus de quo * ſuperuenit de quo ſermo eſt ut factis dicta oſtendantur. Et certe is eſt, bene nunc cõfirmat ipſum eſſe eum, cum ꝓpior eſt ipſum à lõge conſpectum ſenio uetante. non bene cognoſcens, ac in dubium. Neſcio quid triſtem uideo, orationis apparatus ex uultu oſtendit. ut Steterit acri fixa dolore. Tunc quaſſans caput hanc effudit pectore uocem. Neſcio quid, deeſt ꝓpter, ut ſit neſcio propter quid.. Credo iam ut ſolet, cauſſa cur eum æquo animo frater ferat, ut ſolet inquit. Saluũ te aduenire Demea gaudemus, ut aſperior oſtendatur Demea etiam ſalutatur ab eo quẽ obiurgatrus eſt.

ACTVS

ACTVS PRIMI
SCENA SECVNDA.
Senarij.

DEMEA. MITIO.

HEm oportune, te ipſum quærito. *Propoſitio generalis.*
M. Quid triſtis es? De. rogitas me? ubi nobis Aeſchynus
Siet. quid triſtis ego ſum? M. dixin' hoc fore?
Quid is fecit? D. quid ille fecerit? quem neq; pudet
Quidquam, neq; metuit quenquam, neq; legem putat
Tenere ſe ullam. nam illa, quæ antehac facta ſunt
Omitto, modo quid deſignauit? M. quidnam id eſt?
D. Fores effregit, atq; in ædeis irruit *Narratio.*
Alienas, ipſum dominum, atq; omnem familiam.
Multauit uſq; ad mortem, eripuit mulierem
Quam amabat. clamant omnes indigniſſume
Factum eſſe hoc. aduenienti quod mihi Mitio
Dixere? in ore'ſt omni populo. deniq;, *Amplifi: ab exemplo.*
Si conferendum exemplum eſt, non fratrem uidet
Rei dare operam, ruri eſſe parcum ac ſobrium?
Nullum huius ſimile factum. hæc cum illi Mitio

Dico, tibi dico, tu illum corrumpi ſinis.

M. HOMINE IMPERITO nunquã quicquã iniuſtius

Qui niſi quod ipſe fecit, nihil rectum putat.

D. Quorſum iſtuc? M. quia tu Demea hæc male iudicas.

Non eſt flagitium (mihi crede) adoleſcentulum

Scortari, neq; potare non eſt, neq; fores

Effringere. hæc ſi neq; ego, neq; tu fecimus,

Non ſiuit egeſtas facere nos. tu nunc tibi

Id laudi ducis, quod tum feciſti inopia,

Iniurium eſt, nam ſi eſſet unde id fieret,

Faceremus, & tu illum tuum, ſi eſſes homo,

Sineres nunc facere. dum per ætatem licet,

Potius, quàm ubi te expectatum eieciſſet foras,

Alienori ætate poſt faceret tamen.

D. Proh Iupiter, tu homo adiges me ad inſaniam.

Non eſt flagitium facere hæc adoleſcentulum? M. ah,

Auſculta, ne me obtundas de hac re ſæpius.

Tuum filium dediſti adoptandum mihi,

Is meus eſt factus, ſiquid peccat Demea,

Mihi peccat, ego illi maxumam partem feram.

Obſonat, potat, olet unguenta de meo.

Amat? dabitur à me argentum, dum erit commodum,

Vbi non erit, fortaſſe excludetur foras.

Diſſimulatio calli da Mitionis, q̃ placare fratrẽ conatur.

Fores

Fores effregit? reſtituentur. diſcidit
Veſtem? reſarcietur. eſt dis gratia,
Et unde hæc fiant, & adhuc non moleſta ſunt.
Poſtremo aut deſine, aut cedo quemuis arbitrum,
Te plura in hac re peccare oſtendam. D. hei mihi,
Pater eſſe diſce ab ijs, qui uere ſciunt.
M. Natura tu illi pater es, conſilijs ego.
D. Tun? conſulis quidquam? M. ah, ſi pergis abiero.
D. Siccine agis? M. an ego toties de eadem re audiam?
D. Curæ eſt mihi. M. & mihi curæ eſt. uerum Demea
Curemus æquam uterque partem, tu alterum
Ego item alterum, nam ambos curare, propemodum
Repoſcere illum eſt, quem dediſti. D. ah, ah, Mitio.
M. Mihi ſic uidetur. D. quid iſtuc? tibi ſi iſtuc placet,
Profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet.
Iam ſi uerbum unum poſthac. M. rurſum Demea
Iraſcere? D. an non credis? repeton? quem dedi?
Aegre eſt, alienus non ſum, ſi obſto. hem deſino,
Vnum uis curem, curo, & eſt dis gratia,
Cum ita ut uolo eſt iſte. tuus ipſe ſentiet
Poſterius, nolo in illum grauius dicere.
M. Nec nihil, neque omnia hæc ſunt quæ dicit, tamen — Correctio diſſimulationis.
Non nihil moleſta hæc ſunt mihi, ſed oſtendere

Me ægre pati illi nolui, nam ita eſt homo
Cum placo, aduerſor ſedulo, & deterreo.
Tamen uix humane patitur. uerum ſi augeam,
Aut etiam adiutor ſim eius iracundiæ.
Inſaniam profecto cum illo. & ſi Aeſchinus
Nonnullam in hac re nobis facit iniuriam.
Quam hic non amauit meretricem? aut cui non dedit
Aliquid? poſtremo, nuper, credo iam omnium
Tædebat, dixit uelle uxorem ducere,
Sperabam iam deſeruiſſe adoleſcentiam,
Gaudebam. ecce autem de integro. niſi quidquid eſt,
Volo ſcire, atque hominem conuenire, ſi apud forum eſt.

HEm opportune teipſum quærito. In hoc actu diuerſi homines, diuerſi patres, & diuerſa ſtudia ꝓponũtur, hic lenis, hic amarus, hic facetus, hic impolitus, hic facilis, hic pertinax & difficilis in delictis. Hem.o.teipſum.q. melius quã Menander, cum hic illum ad iurgium promptiorẽ quã ad reſultandum fecit. Quid.t.e? bene interrogat, potuit eñi non iratus frater quærere? Vbi.n.e.ſ. quaſi quædã cauſſa ſit triſtitiæ. Dixi in.h.f. crebro iam ut ſolet obiurgabit. Quid ille. ſ. animaduertendum ut interrogatus interroget more indgnantiũ, qđ ideo facit quia uidet Mitionẽ eo uultu interrogare, ut uideatur minus repræhendere culpam Eſchini. Quem neq.p. quicquã. nec.m.q. uarie per caſus diſcurrit. Quem neq.p.q. contra illud. quod alibi pater dicit. Erubuit, ſalua res eſt. Quem neq.p. magno ordine accuſauit, nõ inquit pudore mouetur patrũ, non metu parentũ, non timore legum, ergo gradatim * oratorie ꝓceſſit. Tenere ſe ullam. bene tenere, quia * legem, & eſt * oratoria. Nam illa quę ante hac, om̃is mira accuſatio duo tempora recipit, præteritũ ab ante geſtis, & præſens ab his quæ obijciuntur. ergo utrũq mira breuitate perſtrinxit. Modo.qd.d. deſignare eſt rem nouã facere in utrãq partem & bonam & malam.

Nam

Nam & deſignatores dicti qui ludis funebribus præſunt. Credo ob eā
cauſſam q́d ipſis ludis multa fiant noua, & ſpectacula ſimul ut iam tur-
ba retineatur, quæ fuerat aut in ſpectaculis aut in litibus. Modo.q.d.pu
to ego deſignationē, contractionem, aut conductionē populi in unum
intelligit, hoc em̄ contingit ei qui aliquo flagitio populi in ſe oculos &
ora conuertit, & ſpectaculo eſt uulgo, quēadmodum deſignatores qui
ludis funebribus multitudinē retinent. Deſignauit, hoc uerbum apud
ueteres duas res ſignificabat, etenim praue & recte facta deſignata dice
batur. Quidnam.i. & hoc etiam contētione interrogat Mitio. Fores ef.
hæc ſingula magna cum uociferatione inferenda ſunt. Stomachatur em̄
aduerſus male interrogantē. Fores.ef.a.in.æ. totũ quidem unum crimē
eſt. Rapuit meretricem. Sed uide qua pompa, qua uociferatione dilatat̃
accuſatio Demeæ de moribus Eſchini, nihil niſi inania referentis. Fores
ef.atq; in.æ.ir.a. Hæc ſingula conſideranda ſunt, & bene dicit alienas,
quia ſi lenonis diceret, parua res uideretur. Ipſum.d.iterũ ſuppreſſa eſt
infamis perſona. Atq;.o.f.m. aut familiã pro ſeruis lenonis dicit, aut ꝓ
meretricibus. Mulctauit, lacerauit, mutillauit, molliuit atq; diſſoluit,
unde Mulciber à mulctando quaſi mulctiber. Vſq; ad.m. magna inui-
dia cædis mortis mentione, quæ tamē nulli accidit. Eripuit.m.quã ama
bat, om̄ia magno colore, & accuſatorie dicta ſunt, & hoc maxime q́d
lenonem & meretricē non dixit cōtemptu facti atrocitatē perſonarũq;
utilitatem reticens. Mulierem eripuit. non abduxit ſed eripuit. Clamãt,
adiudicatio ex auctoritate rumoris. Hoc ad.q.m.&c. diſplicet om̄ibus,
& multi eum accuſant, nec tamen lenonis quærelæ mentio fit. Vide ora
torem, hic autē uel articulus uel aduerbiũ loci eſt. In ore eſt om̄i.p.Sa.In
ore gentibus agens. Populo, ciuitati. Si cō.e.eſt, tanquã non ſit conferē-
dum. Non fra.ui.ri: operã.d. Satis comice hoc infertur legentibus argu-
mentum. Nam magis in culpa ille ipſe eſt quē laudat. Rei.d.o.nō amo-
ri. Ruri eſſe, non in urbe. Parcum, nō prodigum. Sobriũ, non inſanum.
Parcum ac ſo. cōtra illud. Cur amat? cur potat? Rei dare operam, quic-
quã facere. Poeta hæc om̄ia falſa & ècōtrario facit Demeam credere.
Nullum.h.ſi.f. hac cum admiratione Mitio tangitur quaſi ipſius culpa
ſit fratris natura. Nullum.h.ſi. hoc cum admiratione indignantis ꝓnun-
ciandum eſt, & ardentibus in Mitionē oculis, & ſubaudiēdum eſt eſſe,
aut inuenire. Hæc cum il.m.d. tibi dico, illi pro in illum. Et tibi pro in te.
Tu il.c.ſi. deeſt nam, & feruentius aſyntheton dicitur & hoc tibi, & tũc
ꝓnunciandum eſt intento digito, & infeſtis in Mitionē oculis. Nam hoc
agi ſtomacho aduerſum diſſimulatores ſolet. Tu il.c.ſ. Mitius modo di
xit ſinis corrumpi, mox uehementius dicet. An laudi putat fore ſi ꝑdide
rit natum. Homine impe.n.q.in.eſt miro ſtomacho apud ipſum de ipſo
tanquã de altero loquitur. Nihil re.p.ꝓprie putat. Nam hoc uerbum im
peritorũ eſt. Ordo qui nihil rectũ putat niſi q́d ipſe fecit, & eſt * *
hoc em̄ proprium ruſticorũ eſt atq; imperitorũ. Quia tu. De.i. homo im

peritus. Hæc male iudicas, pari uirtute, hæc leniter dicta ſunt, quia ſuperiora uehementer. Non eſt fla. non peccatū negat eſſe, ſed flagitium non eſſe contendit, & ideo ſubindignāter ꝓnunciandum, ut ſi dicat ſcortari quidem adoleſcentulum, delictum eſt, ſed non flagitiū. Veniæ locus nō tam in facto quā in perſona conſtitutus eſt. Non eſt fla. mi. c. a. ſ. mire reſpondit. & oratorie ad hæc quæ inuidioſe dicta ſunt. Nam qđ ait ille eripuit mulierem quā amabat. hic ſcortū qđ & irruit in ædes alienas quaſi ex uino furens potare, quod cum alijs graue ꝓpoſitū hoc ſolum dicendo leue reddidit, ideo fores effregit. Mihi crede, quaſi impito dicit mihi crede, non eñ me intellige quod imitatus Cic. Sic cœlum exagitat, magna ſunt mihi crede, noli hæc contēnere. hic eñ & auctoritas dicētis, & contēptus oſtendit audientis. Neq; potare neq; fores effringere. h. ſ. & c. quia dixit qui niſi quod ipſe facit nihil rectum putat. Non ſiuit egeſtas, non uoluntas ꝓhibuit, ſed neceſſitas, & ideo nulla laus. Quod tu feciſti inopia, nota feciſti in eo quod ſignificat nō feciſti. Iniuriū eſt quia nihil quicquā iniuſtius homine impito. Vnde id fieri, fieri ꝓducta prima ſyllaba. Ennius. Minime nomine fieri prauū. Tu illum tuū ſi eſſes homo, multū ꝓgreſſus eſt accuſans accuſantē, nam ſi eſſet unde fieri quidnam poſſet quod fiat, non neceſſario cōſequens eſt, ſed ꝓbabiliter admittit apud oratores. Non eñ oēs q habent unde faciāt cōtinuo faciūt. Expectatū, odioſum & malæ uitæ. nam filijs parentes aut amabiles ſunt, aut expectati amabiles boni, expectati mali, quorum mors in dies ſingulos expectāda & exoptanda ſit, nā expectamus ante diem, ſperamus ad diē, unde auidior intelligit qui expectat quā ille q ſperat. Eieciſſet fo. nō dixit amiſiſſet, aut qdē abijciēdum. Quā ubi te ex. eò rem ꝓduxit, ut ipſe magis uideatur conſulere diſciplinæ quā Demeæ. Alieniori æta, p. fa. t. Anacoluthon, deeſt eñ quāuis, & faceret ultimū magnam uim habet. Nihil eñ ꝓdeſt, inſuper obeſſet retineri ab iſtis filiū iuuenem. Alieniori, pro aliena dicens, comparatiuum gradum pro poſitiuo poſuit. Proh Iuppiter. Tragica exclamatio, & bene tanquā ipſe rephenderet Demeā adiecit. Tu homo rediges me ad inſaniā. & tu homo dicens, negat illi familiaritatem. Non eſt fa. fa. hæc moraliter indignatio expreſſa eſt ijſdē uerbis quæ frater dixerat repetitis. Ne me obtundas. ne me ſæpe & moleſte interpelles. nam obtūdere eſt aliquid ſæpe odioſe repetere. Tuum filium. d. ado. mira argumētatio per ἐπαγωγὴν, quæ inductio ab oratoribus dicitur cum per interrogationē peruenimus ad id qđ uolumus concludendum. Is meus eſt fa. quaſi confeſſionis genus ſit aduerſarium tacuiſſe, ſic ꝓgredit. Si quid peccat Demea, cōcluſio dubiæ rei, aut à non dubijs ſumpta. * Interpoſuit Demea. & repetitū eſt peccat. Ego illi maximā partem, errant qui putant illi eſſe ꝓnomen, cum ſit aduerbium loci, ut illi mea triſtia facta. Degeneremq; Neoptolemū narrare memento. Illi ergo ibi. i. ubi ille peccat, quare quidā etiam li ſyllabam diſcretionis cauſſa ut locum ſignificet corripiunt. Et maximā partem.

optime

optime dicit.non em̄ uniuerſam,& non ſolum pars Eſchini eſt,ſed ma-
xima.quia hic magis eſt cuius filius cœpit eſſe per adoptionē.Feram.ſu
ſtinebo,tolerabo.Olet unguenta. à ſummo ad imū propoſita ſoluūtur,
& mira uarietas eſt olet unguenta , ne diceret obſonat, potat, ungitur,
ne.s.hæc eſſe rationes palæſtricæ,nō luxuriæ diceretur.Amat. *
Cur amat. Dum erit cōmodum dare.ſ. ibi ubi non erit argentum.ſ.ſed
commodum dare ſubaudiendum eſt.Fortaſſe,excludetur foras.hoc ita
protulit.q.d.nihil ſibi deperiſſe ſi gratis forte fuerit ad amicā admiſſus,
& totum hoc.* legendum eſt,& mire fortaſſe dicit, *
ut pater indulgens & credens adoleſcentē poſſe etiam amari ab amica.
non em̄ affirmauit ut diceret excludeī foras.Fores effregit, reſtituētur,
peruenit ad præſens crimen,illa em̄ ante acta fuerunt.Reſarcietur,re a-
bundat.Et unde hæc fieri,iterum ſubaudiēdum eſt.Et adhuc non mole-
ſta ſunt, quia non eſt flagitium adoleſcentē ſcortari. Pater diſce eſſe ab
illis,ſuperbum fuiſſet à me dicere.melius ergo ab eis dictum eſt.Natu-
ra tu illi pater es, cōſiliȷs ego,urbane Mitio conſiliȷs ſubiunxit,plus em̄
ualet ad laudē conſilium quā natura,& ſimul oſtendit poeta uerbis Mi-
tionis qui non natura ſed affectu ſit pater, nullum patrem eſſe ſapientē,
cum non poſſit ſine ꝑturbatione perfrui his quæ amat,quē patrem eſſe
conſilium fecerat,nō natura,hoc eſt qui filiū adoptauerit.Et mire tu na-
tura,cum ſingulariter dixerit,pluraliter intulit conſiliȷs ego. Tu conſu-
lis quicquā,apertior cōtumelia,& ſequitur denūciatio diſcedendi. Tu
ne conſu. quicquā,quia dixit conſiliȷs pater ego ſum, à cōiugatis argu-
mentatus.reſpondit tu conſulis quicquā.quia à cōſultando conſilia di-
cuntur & conſultores.Si pergis.a.ut. Donec me flumine uiuo abluero.
Si per.a.archaiſmos pro abibo,& hoc geſtu abeuntis uel abituri ꝓnun
ciatur.Siccine agis,recte quia iam abibat,quaſi reuocātis correctio eſt.
An ego.t.hoc cōuerſum intelligas dicere.Audiā,deeſt te,ſed exprimere
durum fuit,& hoc eſt obtūdere.Curæ eſt mihi Eſchinus.ſ.Curemus.æ.
u.proprie utriq; & æquā,quaſi particeps fratris.Propemodum,niſi ad-
didiſſet propemodum,falſa uideretur eſſe ſententia. Ah Mitio,religio-
ſe cōmotus eſt,ac ueluti accuſatio eſt perfidiæ,& ideo exclamat,dolens
tranſit in iracundiā conceſſionēq; * dicitur. Mihi ſic.u.ratio-
nabiliter non eſt ſic dixit, ſed ſic uidetur, non uult em̄ uerum eſſe. Quid
iſtuc? deeſt loquor aut reſiſto . nam proprie ſignificatio eſt de ſententia *
ſua diſcedentis.Profundat,perdat * figura. Virg.I ſequere Ita
liam uētis pete regna per undas. Profundat.p. hæc ſic ꝓnunciāda ſunt,
ut oſtēdatur geſtu nolle quod loquitur.Si uerbū.p. deeſt tibi fecero.aut
tale huiuſmodi.Rurſum,quaſi rurſum curās.Iraſceris,an nō credis ira-
ſci.ſ.Repeton.q.de.ruſticani ſtomachi eſt repetere ſemꝑ uerba quæ in-
uitus alius audierit. Repeton.q.de.minus erat ſi Eſchinum diceret, ſed
plus eſt quē dedi.Aegre eſt,quaſi dictum ſit.Quid ergo loqueris? quid
ergo eſt? cur ægre eſt? Quia.a.n.ſ.mire alienus nō ſum,quaſi timeat di-
cere pa-

cere pater ſum. Alienus non ſum, ſatis cum ſtomacho. q. d. ſi patrem me eſſe iam non licet, alienus non ſum. Iſte tuus, memoriter iſte tuus, ad illud quod dixerat, Meus eſt factus. Iſte tuus. iſte ſentiet quantus ſit, quãtumcũq; ames eum. hoc eſt ut decipiat per indulgentiã tuam. Iſte ſentiet. ſentire multi pro malo poſuere, ut ipſe alibi. Sic rogas. Senſi. nam unã ei cœnam atq; eius comitibus dedi. Iſte tuus, iſte ſentiet. Poſterius. n. i. ſcilicet quã hoc poſterius, etenim Demea ſatis hoc graue exiſtimat dictum in eum, qui nõ ꝓuideat in futurũ & arctius quia pater eſt. Nec nihil. non nihil nota figura eſt, conueniens placidiſſimo ſeni, qui rephendendo adoleſcentem moderatus eſt. Nec nihil. apparet Terentiũ fauere leuiſſimis precibus, unde ſubiecit etiã rationem facti Mitioni ſeni. Nec hæc. o. ſ. q. d. t. bene à Mitione hoc dicitur, quia indulgẽtioris eſt plura ſcire, & ſupra. Ea ne me celet conſueſeci filiũ, & hic ſenſus eſt. Nec contemnenda ſunt quæ dicit, nec oĩa tamen, hoc eſt non ſola ſunt quæ dicit ſed multa alia, & ordo eſt. Hæc tamẽ non nihil moleſta placidiſſime, neq; nihil dixit, & non nihil maluit repetere. quã quod uehementer iracundiam demonſtraret, eſt eñ altera. * Non nihil. m. h. ſ. m.

* optime poeta Mitionẽ fecit commotũ, ne ſi oĩno immobilis eſſet nõ indulgere adoptiuo filio, ſed oĩno eum nõ curare uideret, ergo ſic in eum ſeruat placidum animũ, ut tamen retineat patris affectum. Illi Demeæ. ſ. aut. Illi. i. ibi uel Demea litigabat. Sed oſtendere me ægre, cõſtat ægre me pati. nam aliter non erat patiẽs. Nam ita eſt homo, homo dixit moraliter, ſic eñ de his dicimus quos parce rephendimus, ut alibi. Vt homo eſt ita morem geras. Cum. p. i. cum uolo placare. Verum. ſ. a. argumentum à contrario. nam placare cõtrarium eſt irritantibus augentibusq; iracundiam. Aut adiutor eius ſim iracundiæ. *

ut ſit mitis reprehenſio, nam à genitiuo caſu accuſatiuus aſſumptus eſt. Et ſi Eſchinus, nonnulla in hac re rurſus * ut ſi mitis rephenſio,

* & hoc ipſo grauius. nam etſi, & nõnulla nobis temperamento ſunt poſita. Quã hic non amauit meretricem aut. c. n. d. *

Quã non & cui. non ea tamẽ hæc ſunt, ut nõ graui ſono accuſationis ꝓferantur, ſed ſolam reprehenſionẽ continet. aliquid uero admirãdum eſt quod addidit meretricem, ut oſtendat Mitionis hoc ſolum adhuc ſcientis nihil de uitiata uirgine. Quam hic nõ amauit meretricẽ, & hoc cum uenia & defenſione, nam colere meretricẽ non eſt flagitiũ, & ſimul etiã uitiatæ uirginis ignarus oſtenditur Mitio. Nõ dedit aliquid. aliquid dicẽdo prætermiſit uel meretricẽ uel numerũ. Credo iam omniũ tedebat, parentheſis puto, & eñ addimus ad ea quæ apud nos parũ certa ſunt, aut credo. Credo. i. puto. Dixit ſe uxorẽ. u. d. mirum eſt apud Teren. cur etiam per perſonas indicet argumenta. Nam cum Mitio ſciat amari ab Echinſo ciuem uirginem, tamen dicit, credo iam omniũ tedebat, & dixit ſe uxorem uelle ducere, ſic ex parte magna tendit neſcium argumentum, ideo quia ueriſimile eſt amantiſſimũ Eſchini Mitionem oĩes ſcire affe-

re affectus adoleſcentis & cõſuetudinis, ut adparet. Præterea coactum eum ex parte fateri uitiatum ex amore Eſchinũ, & pudore impeditum, tantumq́; hoc dixiſſe quod honeſte potuit, uelle ſe uxorẽ ducere, dixiſſe malens, quã uelle tacuiſſe confuſum. Sperabã iam. d. a. recte ſperabã ꝓ gaudebam, ſic eñ dicimus cum quẽ erraſſe nos cernimus, & mire non dixit ſperabam illum iam corruptum, ſed mitis ſenex tot ætati tribuit, nihil filio. Deferbuiſſe. a. ſeruat propoſitũ circa ætatis ueniã. Deferbuiſſe, quaſi deorſum à feruore tenuiſſe, legitur & deſeruiſſe. Ecce autem de integro niſi quicqd, apoſiopeſis prima, quia nõ uult crede. Niſi quicquã eſt, deeſt quia, ut ſit niſi quia, & eſt ſenſus, niſi quia non temere credo, & uolo ſcire quicquid eſt.

ACTVS SECVNDI SCENA PRIMA.

Iambici trochaici. Tetrametri mixti.

SANNIO LENO. AESCHINVS.

Obſecro populares ferte miſero, atq; innocenti auxilium,
Subuenite inopi. Ae. otioſe, nunc iam ilico hic conſiſtite.
Quid reſpectas? nihil pericliꝰſt, nunquam dum ego adero hic te tanget.
Sa. Ego iſtam inuitus omnibus.
Ae. Quanquam eſt ſceleſtus, non committet hodie unquã iterum ut uapulet.
Sa. Aeſchyne audi, ne te ignarum fuiſſe dicas meorum morum,
Leno ego ſum, Ae. ſcio. Sa. at ita, ut uſquam fuit fide quiſ-
d quam

Omiſſis ſenib. deſcribitur Aeſchyni factũ iurgantis cũ lenone. Eſtq; hæc periculi, πρότασις

quam optuma.

Tu quod te poſterius purges, hanc iniuriam mihi nolle

Factam eſſe, huius non faciam. crede hoc, ego meum ius perſequar,

Neq; tu uerbis ſolues unquam, quod mihi re maleſeceris.

Noui ego ueſtra hæc, nollem factum, iuſiurandum dabitur, te eſſe

Indignum iniuria hac, indignis cum egomet ſim acceptus modis.

Ae. Abi præſternue, ac fores aperi. Sa. cæterum hoc nihil facis.

Ae. I intrò nunc iam. Sa. at enim non ſinam. Ae. accede illuc Parmeno,

Nimium iſtoc abiſti, hic propter hunc aſſiſte. Sa. hem, ſic uolo.

Ae. Caue nunc iam oculos à meis oculis quoquam demoueas tuos,

Ne mora ſit, ſi innuerim, quin pugnus continuo in mala hæreat.

Sa. Iſtuc uolo ergo ipſum experiri. Ae. hem ſerua, omitte mulierem.

Sa. O facinus indignum. Ae. geminabit niſi caues. Sa. hei miſero mihi.

Ae. Non

Ae. Non innueram, uerum in iſtam partem potius peccato tamen.

I nunc iam. Sa. quid hoc rei eſt? regnumne Aeſchine hic tu poſſides?

Ae. Si poſſiderem, ornatus eſſes ex tuis uirtutibus.

Sa. Quid tibi rei mecum eſt? Ae. nihil. Sa. quid? noſtin' qui ſim? Ae. non deſidero.

Sa. Tetigin' tui quidquam? Ae. ſi attigiſſes, ferres infortunium.

Sa. Qui tibi magis licet meam habere, pro qua ego argentum dedi?

Reſponde. Ae. ante ædeis non feciſſe erit melius hic conuicium?

Nam ſi moleſtus pergis eſſe, iam intro arripiere atq; ibi

Vſq; ad necem oppeririere loris. Sa. loris liber? Ae. ſic erit.

Sa. O hominem impurum, hiccine libertatem aiunt æquã eſſe omnibus?

Ae. Si ſatis iam debachatus es leno, audi ſi uis nunc iam.

Sa. Egon' debachatus ſum in te, an tu in me? Ae. omitte iſta, atq; ad rem redi.

Sa. Quam rem? quò redeam? Ae. Iamne me uis dicere, quod ad te attinet?

Sa. Cupio, modo æqui aliquid. Ae. uah, leno iniqua me nõ

d ij uolt

uolt loqui.

Sa. Leno ſum, fateor, pernities communis adoleſcentium.

Periurus, peſtis, tamen tibi à me nulla orta eſt iniuria.

Ae. Nam hercle etiam id reſtat. Sa. illuc quæſo redi quò cœpiſti Aeſchyne.

Ae. Minis uiginti tu illam emiſti, quæ res tibi uertat male.

Argenti tantum tibi dabitur. Sa. quid ſi ego tibi illam nolo uendere?

Coges me? Ae. minime. Sa. nanq; id metui. Ae. neq; uendundam cenſeo,

Liberalis cauſa quæ cõtinet actionẽ libertatis.

Quæ libera'ſt, nam ego illam liberali aſſero cauſſa manu.

Nunc uide utrum uis argentum accipere, an cauſam meditari tuam.

Delibera hoc, dũ ego redeo leno. Sa. proh ſupreme Iupiter,

Minime miror, qui inſanire occipiunt ex iniuria.

Domo me eripuit, uerberauit, me inuito abduxit meam

Ob malefacta hæc tantidem emptam poſtulat ſibi tradier.

Homini miſero plus quingentos colaphos infregit mihi.

Verum enim, quando bene promeruit, fiat, ſuum ius poſtulat.

Age iã cupio, ſi modo argentũ reddat. ſed ego hoc ariolor

Vbi me dixero dare tanti, teſteis faciet ilico

Vendidiſſe me de argento ſomnium, mox cras redi.

Id quoq;

Id quoqꝫ poſſum ferre ſi modo reddat, quāquā iniurium'ſt
Verum cogito id, quod res eſt, quando eum quæſtum oc-
cœperis
Accipiunda, & muſſitanda iniuria adoleſcentium'ſt.
Sed nemo dabit, fruſtra egomet mecū has rationes deputo.

OBſecro.p.popularitas in om̄is rei conſortiū ſumi-
tur, nunc autem populares ciues dicit, & hoc eſt
quod ueteres quiritati dicebant. Quirites concla-
mari. Obſecro po.f.m.&.i.f.a. hic exemplum eſt
contumelioſi ꝑ potentiā diuitis & in ꝑnitiem ſuā
pauperis & contumacis. Subuenite inopi, uide
quā poſteriora ſunt ad incēdendum populū pri-
mo miſerum, poſt innocentē, ad ultimū inopem
poſuit. & primo ferte auxilium, poſt ſubuenite,
& totum hoc principiū à beneuolentia ſumitur,
quæ comparatur ex inuidia potentiæ Eſchini. nam cōtraria in Eſchino
eſſe uult intelligi. Miſero atqꝫ.i.a.f.i. tria ſunt miſer, innocens, inops.
Ocioſe nūciam ſecure ſignificat, nam niſi qui ſecurus eſt ocioſus nō eſt.
Ilico.m. locum non tēpus ſignificat. Ocioſe iam ilico conſiſte. ſimul im-
perauit modum, tempus, locum, factum modum ocioſe tempus iam il-
lico factum conſiſte. nam iam & ilico alterū tempori adiungiur, alterū
loco. At conſiſtere eſt audacter & cōſtanter ſtare, ut conſtitit in digitos
ex templo erectus utriqꝫ. Iſtam inuitis.o. deeſt adducam. Eſto iſtam in-
uitis omibus, bona eclypſis, nemo em̄ plene loqtur qui luctat̄. Quāquā
ſit.ſ. tamē non cōmittet, anacoluthon primū, nam cū ꝓpoſuiſſet quan-
quā, non ſubiecit tamen. Nunquā ꝓ non Virg. Nunquā hodie om̄es.m.
inulti. Iterum ut uap. minaciter poeta priorē litem ſuſtulit dicendo iterꝫ,
ut non eadam lis eſſet de qua ſupra Demea quæſtus eſt, ſed inſtaurata
naſcatur. Committet. ꝑficiet, ſed hoc ꝓprie de illicitis & puniendis faci-
noribus dicimus, & ſimul hoc oſtendit comicus adoleſcēs credere ſe le-
noni inuitum ſe noxam intuliſſe, & id quod fecerit feciſſe lenonis culpa
non ſua. Leno ſum. leno terribiliter ꝓnunciandū eſt, quaſi qui dicat cui
ſupplex eris. ſed ex argumento eſt quod contēnit Eſchinus minas leno-
nis, utpote qui iam uxorē decreuerat ducere. Scio hic ſic reſpōdit quaſi
in lenone monitio capitis tantū conſiſteret. Fide quiſquā.o. fides in con-
cipiendis cōminationibus denunciatio cōminantis eſt. Huius.n.f. figu-
rate ergo. Quod te purges.i. purgationē tuam. Huius autē dicticon eſt,
ut aut ſtipulam, uel floccū mouet rata mouerat, aut ſummū digitum.

Ego.m.i.p.hoc eſt lenociniũ. Meum,i.meam libertatẽ,meam uindictã.
Nam ut illa iniuria eſt quæ fit innoxio, ita ius uindicta illa quæ ſic red-
ditur reo. Perſequar, ulciſcar. Ci. Tu dum tuas iniurias per te id qđ nõ
* poteſt ꝑſequi conaris. Huius.n.f.Ci. Nec tantillũ quidem cõmotus eſt.
Neq; tu ſolues uerbis.n.q.in.r.m. * & ſolues,lues, ꝑſol-
ues.i.ſatisfacies,ac te purgabis. Re.m.acuendum eſt re & ſignificanter
ꝓferendum,ibi em̃ eadem eſt ſententia,& plus dixit re male feceris quã
iniuriã feceris. Noui.e.u.hęc eclypſis deeſt.n.ꝟba. Iuſiurandũ.d.hoc eſt
iurabimus te eſſe indignũ cui iniuria fiat.hmõi,aut ſeparatim iuſiuran-
dũ dabiт & ſeparatim te eſſe indignũ iniuria hac, & ſic melius, ꝟba em̃
ſatisfaciunt cũ res colligiт in generalibus cauſſis, nã ſæpe iræ ac lites iu-
reiurãdo ſunt terminatæ. In.di.in. comice indignũ & indignus. Abi.n.p.
aut abi p̃.i.prior, aut abi..præ.i.i præ.ut.i præ ſequar, aut præſtrennue,
ut p̃ diuitis urbe latini. Abi.p.magna em̃ contentio lenonis innuiт nõ re
ſpondiſſe Eſchinũ ad ea quæ dixerat. Cæterum.h.n.f.nihil pro non,legi
tur & nihili. At.e.n.ſ.n.inceptiua particula apud ueteres fuit,ſed & con-
uenit ꝑturbationi. Nimiũ.i.a.quaſi ex cõtumacia lenonis adpareat quã
inultum abierit. Propter.h.iuxta hũc Virg. Templum de marmore po
nam ꝓpter aquã. Hem ſic.u.mire comicus ex alterius uerbis quid faciet
alter oſtendit. Quin.p.c.an pugnus à pugna ſit dictus.an ab illo pugna.
Pugnus.c.i.ueſtigiũ litigantis. Iſtuc.u.e. expreſſe oſtendit pauperioris
loquacem contumaciã uſq; ad pericula cædis. Iſtuc.e.u.hoc illo dicente
ſeruus lenonẽ uerberat. Hem ſic.neſcias cui dicat hæc. Eſchinus,an leno
ni,an ſeruo,ſed ſeruo magis eſt uerisſimile. Geminabit.n.c.hoc commi-
nantis eſt non iubentis ferire, ſed quia lõge ſtat Parmeno gemina puta-
uit dictum ,& geminabit ſubaudiendum eſt plagam. Geminabit.n.c.
non ſingularem pugnam & unã dabit,ſed geminabit.q.d.geminatoq;
duplicatoq; numero inferet. Hei.m.leno pulſatur nõ iniuria,conuenien
ter poeta auidiorẽ Parmenonem malefaciẽdi inducit,cum ſupra domi-
num inuitũ oſtenderet cogi ad inferẽdam iniuriam. In iſtam par.potius
pec. ut uerberes non iuſſus potius quã iuſſus uerberes. Nunc iam duæ
partes ſunt,& bene iam.quia ſero & poſt plagas,& utrũ hoc lenoni ut
abeat,an puellæ ut introeat dicitur.ſed facetius eſt ſi lenoni intelligas di
ci, quaſi hoc factum ſit qđ noluerit, & quaſi uenerit ut uapulet, & iam
etiam tarditatis incuſatio eſt,ut Virg. Iam melior,iam dura parens. Re-
gnum ne Eſchine.inuidioſa moraliter exclamatio,& ardentior ad pla-
gas. Regnum ne Eſchine hic tu poſſides.bene hic.i.Athenis ubi grauius
crimen eſt dominari uelle. Nam tyrãni ibi ſemꝑ oppreſſi ſunt, & maxi
* me proximi. Si poſſiderẽ * Contendentis in inuidiã.
Ornatus eſ.ex.t.u. cito oſtendit quantum à ſe lõge ſit regnũ qui diceret
ornari potuiſſe lenonẽ. Ex uirtutibus tuis,ſic ueteres per ironiã uirtutes
pro flagitijs dicebãt. Lucil. Animo an uirtutibus. Quid tibi rei mecum
eſt? hoc quia uerberatus eſt dicit,nunquid tibi do. Nihil, non quia ſibi
nihil

nihil debeatur facere,ſed quia ipſe abſtulit & nihil uult à ſe repeti. Quid noſtin qui ſiem? proprie', ſic enim dicit qui nihil quicquã debet , nõ me nouit,non qđ ignoretur,ſed quod in iure nõ cernatur. Si attigiſſes ferres. plus dixit attigiſſes quã tetigiſſes , eſt enim multo minus attingere quã tangere.Qui tibi magis licet.hic nõ tam ratiocinatio eſt quã exclamatio per dolorem. Meam habere,pro qua ego,meã ſufficeret,ſed magna moralitate additum pro qua argentũ dedi ad uociferationẽ , ſimul etiam oſtendit leno quid repetat. Qui tibi.m.ſi mihi inquã non licet attingere tuam,cur tibi non licet meam nõ tangere ſed habere? & habere utrum domi in conſuetudine eſt corrũpere an ſtuprare intelligimus.

Ante ædes.n.f.non erat quod ad hæc iuſte reſpõderet.& ideo ſic reſpõdet ut conuitiũ dicat,quod uerũ eſt.Loris liber.lora apud ueteres laura dicebantur à laura trium florum,ſub qua mos erat captiuos uinciri duciq; per pompam,ideo autem ut conditionis reminiſcãtur, loris cæduntur mãcipia.Nam mancipia dicuntur , qđ manu capta ſunt,ſerui qui ſeruati ſunt cum eos occidi oporteret iure belli.unde Virg.ſic inducit captiuum rogãtem.Per patrios.m.p.ſ.ſ.i.Hiccine.l.ſ.Athenis.O hominẽ impurũ ſic ueteres impurũ generaliter pro improbo ponebant,ut in eadem hac fabula.Perſuaſit ille impurus ſat ſcio. Aequã omnibus, quaſi diceret ubi non eſt quãdo Eſchinus loquitur,& bene omnibus,ne lenones quidem uideantur excepti. Mitte iſtæc atq; ad rem redi.ſuperbe adoleſcens maleficium nõ putat lenonis eſſe purgandũ. Ad rem autẽ.ad negocium de quo agitur dicit. Quã rem, quã abduxiſti.res eñ pecunia intelligit̃, uel id pro quo pecunia danda eſt. Quò redeã ? ad quem euertiſti domũ,qa fores effregit atq; in ædes irruit alienas.Id quod ad te at.quod tibi prodeſt,& commodum eſt.Cupio,ille uis dixit,hic cupio.Aequi.m.a.ſubauditur dicas. Vah leno,leno nomen ſacrilegum & iniuſtum.Leno iniquitatẽ agitat, leno iniuſtitiæ patrocinat̃ ,hoc totum ironicos ꝓnunciandum eſt. Leno ſum, figura * Orta eſt.i.orta cœpta. Illuc quæſo redi.q.c.figurate.Rectũ eñ erat unde cœpiſti.Niſi forte quo ſit ꝓnomen modo accipiẽdum, ut ſit à quo , & bene memor eſt dixiſſe Eſchinũ, mitte iſtæc atq; ad rem redi. Quæ res tibi.u.m.obijcit cõtumeliã,quaſi & hoc multũ ſit inimicũ. Vertũnus , dicitur deus qui rebus ad opinata reuertentibus præeſt. Sæpe autẽ male cedit quod bonũ putat̃, & hoc eſt male uertiſſe,ut ille gladius qui muneri datus adminiculũ fuit reginæ pereuntis. de quo Virg. Enſemq; recluſit Dardanium,nõ hos quæſitum munus in uſus. Quid ſi.t.&c.hæc maioris ſunt ſtomachi,& ideo ſtultiora,nam quod iam amiſit uenditurũ ſe negat. Quid ſi.n.noue dictum eſt.& * Quid ſi.n.coges me,poteſt autẽ dici qui ſi nolo coges me? Minime ironia.Nãq; id.m.ironia contumax & ridicula in eo quod iam amiſit id de quo dixit ſe cogi nõ poſſe. Nam.e.l.i.ordo eſt, ego liberali cauſſa manu aſſero,& ſunt iuris uerba à quibus etiã aſſertores dicuntur uindices alienæ libertatis. Nam & cauſſa ipſa liberalis dicitur

citur quæ actionem in ſe cõtinet libertatis. Proh. ſ. i. hæc locutio ad hoc inducta, ut ex uerbis lenonis adpareat quàm facile mitis fieri poſſit, & quoduis libenter acciperet. Proh ſupreme Iuppiter. ſupremũ nunc dicit ſummũ ab eo qđ eſt ſup. Virg. Rex ipſe Iouis de gẽte ſuprema. a. a. &c. Si non homines à perſona & plebei, & lenonis, & uim paſſi, Iouẽ ipſum continuo perſequi, ut quotidie uidemus ab omnibus eius loci & ordinibus fieri. Minime miror qui inſanire occipiunt ex iniuria, ſenſus hic eſt, inſanos fieri per iniuriã plærosq; mirabar, ſed iam non miror, poſtquã ego ipſe per iniuriam quã ſum paſſus inſanire cõpellor, adeo ut exclamem proh ſupreme Iuppiter, & ſimul aduerte uigilantẽ poetã, ut ubicunq; in comœdia uocem tragicam extulerit, ſtatim pſonam id dicere faciat, & ſic ſupra. Proh Iuppiter tu homo me redigis ad inſaniã. Me inuito abducit meam, honeſtioris perſonæ hæc querela ſufficeret, abduxit meam, ſed leno bene addidit, me inuito, nam abducũtur meretrices abſq; uolũtate lenonũ, & decora locutio eſt per eclypſim me inuito abduxit, ideo non eñ addidit puellã aut quid tale. Tantidem emptam, legitur & totidem emptam. Poſtulat ſibi darier homini miſero ſecundũ

* illud Menandri. * Homini miſero plus quingentos colaphos, contumelioſa cædes colaphis innuitur & indigna lenoni. Qui & infregit, ut illudens hoc feciſſe Eſchinus uideaẽ, cum ſonitu ſe colaphizatũ ſignificat. Infregit autem illiſit, inflixit, ut ſit ſenſus inflexit homini miſero plusquã quingentos colaphos, & flebiliter pnunciãdum eſt, hoc eñ exprimitur, ut tamẽ incuſet in alieno facto fortunã ſuam, & uide quantum hoc diſtet ab illo qđ ſupra dicebat. Ipſum iſtuc uolo experiri, hoc quia ſolus eſt, illud quia cum aduerſario. Bene pro. bene multũ. Promeruit, adiuuit, profuit, cui contrariũ eſt cõmeruit. Nam mereri & pmereri eſt præſtare beneficiũ. Virg. Quiq; ſui memores alios fecere merẽdo. Et nunquã regina negabo, Promeritã. Vbi me dixero tanti dare, recte dixit, ubi enim captio interceſſerit, precij iam ereptionis actio ſublata erit, & preciũ debebitur. Mox cras. r. tranſit ad mimeticon. Id quoq; pati poſſum id mox cras redi. i. moram. Quanquã iniuriũ eſt uendere quod nobis eſt. ſ. Id quod res eſt, pro id quod uerum eſt, bona locutio. Quando eum quæſtum occœpis, ut in Andria. Deinde quæſtum occœpit. Muſſitanda, patienda, conſideranda cum ſilentio, & ut in amatore putanda, ac per hoc pferenda. Muſſitare enim proprie eſt diſſimulandi cauſſa tacere, dictum uel à muto, uel ab. m. quæ litera eſt nimiũ preſſæ uocis, ac penè nullius, adeo ut ſola omniũ cum inter uocales inciderit atteratur atq; ſubſidat, hinc Virg. Muſſat rex ipſe latinus. Fruſtra egomet mecum. præparationis genus ad accipiendas minas totius ſummę deſperationis.

ACTVS

ACTVS SECVNDI SCENA SECVNDA.

Tetrametri ſeptenarij & ſenarij.

SYRVS. SANNIO.

PAce, egomet conueniam ipſum, cupide accipiat faxo, atq; etiam
Bene dicat ſecum eſſe actum. quid iſtuc Sannio'ſt, quod te audio,
Neſcio quid, concertaſſe cum hero? Sa. nunquam uidi iniquius
Certationẽ comparatã, quàm quæ hæc hodie inter nos fuit
Ego uapulando, ille uerberando, uſq; ambo defeſſi ſumus.
Sy. Tua culpa. Sa. quid agerem? Sy. adoleſcenti morem geſtum oportuit.
Sa. Quid potui melius, qui hodie uſq; os præbui? Sy. age, ſcis quid loquar?
PECVNIAM IN LOCO negligere maximum interdum'ſt lucrum. Sa. hui.
Sy. Metuiſti, ſi nunc de tuo iure conceſſiſſes paululum, atq;
Adoleſcenti eſſes morigeratus, hominũ homo ſtultiſſime,
Ne non tibi iſtuc fœneraret. Sa. ego ſpem pretio non emo,
Sy. Nunquam rem facies, abi, neſcis ineſcare hoïes Sannio.

Conſilia ſerui quibus eludit Lenonem atq; commode ſubiecit ſtati concertationi, quæ fuit cũ eo Aeſchino.

e Sa. Credo

Sa. Credo iſtuc melius eſſe, uerum ego nunquam adeo
aſtutus fui,
Quin quidquid poſſem, mallē auferre potius in præſentia.
Sy. Age, noui tuum animum, quaſi iam uſquam tibi ſint ui
ginti minæ,
Dum huic obſequare. præterea autem te aiunt proficiſci
Cyprum. Sa. hem,
Sy. Coemiſſe hinc quæ illuc ueheres multa, nauem condu-
ctam, hoc ſcio
Animus tibi pēdet, ubi illinc ſpero redieris, tamē hoc ages.
Sa. Nuſquam pedem. perij hercle, hac illi ſpe hoc incœpe-
runt. Sy. timet,
Inieci ſcrupulum homini. Sa. ò ſcelera, illuc uide
Vt in ipſo articulo oppreſſit, emptæ mulieres
Complures, & item hinc alia quæ porto Cyprum,
Niſi eò ad mercatum ueniam, damnum maximum eſt
Nunc ſi hoc omittam, actum agam ubi illinc rediero,
Nihil eſt, refrixerit res, nunc demum uenis?
Cur paſſus? ubi eras? ut ſit ſatius perdere,
Quàm aut hic nunc manere tam diu, aut tum perſequi.
Sy. Iamńe enumeraſti, quod ad te rediturum putes?
Sa. Hoccine illo dignum eſt? hoccine incipere Aeſchinum?
Per oppreſſionem ut hanc mihi eripere poſtulet?

Sy. Laba-

Sy. Labaſcit. unum hoc habeo uide, ſi ſatis placet;
Potius, quàm uenias in periculum Sannio,
Serues ne, an perdas totum, diuiduum face.
Minas decem corradet alicunde. Sa. hei mihi,
Etiam de ſorte nunc uenio in dubium miſer.
Pudet nihil, omnes dentes labefecit mihi,
Præterea colaphis tuber eſt totum caput.
Etiam inſuper defraudat. nuſquam abeo. Sy. ut lubet,
Nunquid uis quin abeã? Sa. Immo hercle hoc quæſo Syre.
Vt, ut hæc ſunt facta, potius quàm lites ſequar,
Meum mihi reddatur, ſaltem quanti empta'ſt Syre.
Scio non te uſum antehac amicitia mea.
Memorem me dices eſſe, & gratum. Sy. ſedulo
Faciam. ſed Cteſiphonem uideo, lætus eſt
De amica. Sa. quid quod te oro? Sy. pauliſper mane.

TAce. e. c. i. In hac ſcæna actus eſt exemplum continens uitæ auarorũ, qui ſæpe in damnum ipſius auaritiæ rationibus ruunt, ſimul etiam duorum inter ſe nequã hominũ ſpectanda quędã uiciſſim & doloſa captio eſt. Tace. e. c. i. tace ſi pro aduerbio. omnibus dicitur, ſi pro uerbo dicitur Cteſi. maxime ſollicito & ſupplicanti omibus ob metum patris. Iam autẽ non tarditatis eſt, ſed prope rationis ſignificat. Bene dicat ſecum eſſe actum. actum recte additum eſt, nam multa cupide accipimus, ita tamẽ ut male nobiſcũ eſſe dicamus actum. Quid. i. ſ. eſt illud ſupra poſt ſcænam, hoc iam in proſcenio dicitur, & uide quã ingenioſe Teren. qui ſupra ab Eſ. lenonis nomine facit Sã. uocari utpote ab homine arroganti & feroci ob ætatem & negociũ, hunc blande circũuenientem ho-

tem honorificentius inducit cum lenone loqui, & Sā. eum uocare. Sane
qui in ſordidis ꝓfeſſionibus agunt uitā honorifice nomine ꝓprio appel
las, ſed qui in ſplēdidis artibus ſunt cōſtituit, gaudent artis nomine nun
cupari. ut imperator, orator, philoſcphus, ſic & in Eunucho. Audire uo
cem uiſa ſum militis, apud ſe loquens meretrix, & poſtquā illum comi
nus uidet, Salue mi Thraſó inquit, nō ſalue miles quod erat duriſſimū,
& mox irata * perſonat, miles nūc adeo dico tibi, Neſcio q̄d. c.
cum hero, argute poſitū neſcio quid, uult eñ ex illo audire ut nanciſcat̃
initium quod ꝑſuadendum cœpit. Concertaſſe, œconomia, honorifice
nomen tractat, ut placidum ſibi reddat, & ut eum faciat ad contēnendā
pecuniam liberalē, nam honeſtas adimit auaritiā. Concertationē com-
paratam * quia ille concertaſſe dixit non cæſum eſſe. Com-
paratam, proprie, aliâs conſtitutā, & comparatam ad dictū Syri refert,
qui ait concertationē fuiſſe parem faciens Eſchinū & lenonem, nam Sa
nio uult ſibi deberi pro eo quod uapulauit, quod abſtulit illi Syrus, di-
cendo eum non uerberatū eſſe, ſed potius concertaſſe, & ꝓprie dixit cō
certationē ipſum actum, nam certamē eſt res ipſa de qua certatur, ut cū
columbam ſagitta feriat utrū prior decurrat ad metas. Vnde Virg. Ve
locis iaculi. c. e. & c. at uero certatio ipſe actus contentioq; certantiū eſt.
Ille. u. u. uel uſq; defeſſi, & eſt uſq; aduerbiū ſignificans aut diu, aut mul
tum. Tua. c. poteſt & nominatiuus & ablatiuus caſus eſſe, ſi nominati-
uus, deeſt eſt, & ſi ablatiuas, deeſt factum eſt. Adoleſcēti. m. g. o. ab æta
te adiuuatur ſententia loco, ideo adoleſcenti dixit nō Eſ. & morē gerere
ꝓprie lenonis & meretricis, unde & ipſe ſic reſpondet, ut nō fugiens *
dicat uſq; os præbui. Adoleſcenti. m. g. o. cum emphaſi adole-
ſcenti ꝓnunciandum eſt. ſ. qui facilius aſſentatiōe caperetur. Qui potui
melius, ſubauditur morē gerere, & hoc ſubtiliter leno cum morē geren
dum fuiſſe in meretricis precio dixerit Syrus. Qui hodie, hodie autē non
tempus ſignificat. ſed iracundam eloquentiam ac ſtomachum, ut Virg.
Nunquā omnes hodie moriemur inulti. Age modo, corripientis eſt ad-
uerbium. Scis quid loquar, legitur & ſcis qui loquar. Maximū eſt. lu. be
ne additum eſt interdum, non eñ ſemꝑ. Si nunc de tuo iure conceſſiſſes,
bene tuo iure, ne diceret non erat res mea quā uenalem habui, aut de tuo
iure de lenonia duritia, ut alibi. Meo iure utar, ut potior ſit qui prior ad
dandum ſit. Ne non tibi fœneraret. iſtuc fœneratū eſt. cum lucro reddi-
tum & multiplicatū. Fœneraret, ergo non Eſchinus, ſed ipſa res in qua
feneratio eſt. Ego ſpem precio non emo. Contra pecuniā in loco negli-
gere maximū interdum lucrum eſt. Nunquā rem facies, ſecundū perſo-
nam ſerui, leno quicquid agit ad lucrū refert, & ſic lucri genus dicimus
eſſe, Syrus à lenone quēadmodum ꝑſuadet, & nota rem & litem, & ne-
gocium meretricis, & patrimonium, & oēm pecuniā nominari. Nun-
quā rem facies, ſecundum ꝑſonam ſerui lenonē Syrus hortat̃, eum ipm̄
ad lucrum excitans non ad honeſtatē. Neſcis ineſcare homines Sannio,

metaphora

met: phora ab aucupibus, qui auibus capiendis effundunt cibum. Cre=
do iſtuc melius eſſe, uide comicũ errorem utriuſq; perſonæ, & callidi le
nonis & captioſiſſimi ſerui. Age, age nunc uerbũ eſt ſignificãs dic, quia
ꝓprie eſt ut conſentiat ꝑſuadenti. Tuum animũ, deeſt liberalem. Quaſi
iamuſq; tibi, ſenſus, quaſi numeres ut aliquò deducas, & in aliꝭ æſti=
mationem cõſtituas, & ſi non uelis penitus contẽnas uiginti minas dũ=
modo huic obſequaris uelis. Quaſi iam uſq; tibi ſint, & eum nõ ꝓfectu
rum dixit, ſed iam proficiſci, & nõ ab uno dicit ſe audiuiſſe, ne negaret
ſed aiunt inquit. Præterea autẽ, Archaiſmos eſt figura. Nam ueteres li=
benter coniunctiones multiplicabant. Emiſſe hic qui illuc, nuſquã hoc
oſtendit aliâs Terentius. ſed adparet ex cõfeſſione lenonis uera hæc oĩa
eſſe, & mira uarietas eſt, ꝓficiſci, emiſſe, cõductam, ne diceret proficiſci
emere, & conducere nauem, & conductam nauim addidit ut dilationẽ
res habere non poſſit. Hoc ſcio animus tibi pendet, hoc & correpte legi
poteſt, ut articulus demõſtratiuus ſit, & producte ut ſignificet aut hanc
rem aut hũc locum. i. Cyprum. Vbi il inc ſpero redieris, ex ſpe ſua uult
Syrus oſtendere quod leno debebat ſperare. i. non ſe accepturũ modo.
Tum hoc ages. hoc eſt exiges debitũ. nam hoc agere dicimus eũ qui in=
ſtat negocio ſuo. Nuſquã pedem, quia exclamatio eſt oratio per Apoſio
peſim non cõpletur. Inieci ſcrupulum homini, hoc leno non audit, ſimul
enim dicit cũ ille clamat & ideo ſimul legi nõ poteſt. & hic oſtendit Sy.
quod hæc conſilio locutus ſit. Quæ porto Cyprum hanc inſulã dictam,
uel quod Veneri ſacrata ſit. ut Hora. Sic te diua potens Cypri, uel quod
mercatus in ea ſit ut idem, Nunquã dimoueas ut trabe cypria myrtorũ
pauidus nauta ſecet mare. Illud uideo. * dicit. Vt il= *
lo articulo oppreſſit. metaphora perſeuerans à ſcrupulo. i. lapillo q nos
in calceo latens plærunq; lædit. Et oppreſſit. uel Eſ. uel res ipſa quã ſubij
cit, . i. quod ait emptæ mulieres cõplures, & cætera. Item hinc alia. in le=
nonis mercibus * Mulieres cõplures. Syllepſis emptæ. *
legitur & empta. Niſi eò, ad mercatũ uenio. eò nunc aduerbiũ eſt loci. i.
Cyprum. Mercatus autẽ locum, tempus ſignificat. Damnum maximũ
eſt. quia & hoc damnũ mulieris in precio eſt. Nunc ſi hæc omitto, quod
damnũ eſt. ſ. hoc autem dicit negociũ cum Eſchino. Actum agam ꝓuer=
bium. i. nihil agam, quod em̃ in iure ſemel iudicatũ fuerit, reſcindi & ite
rum agi non poteſt. ſic in Phor. Actum aiunt ne agas. Nihil eſt, noue, ni
hil eſt pro nulla ſpes eſt. Refrixerit. pro refrigeſcit. Vt ſit ſatius perdere.
per hyperbolen hoc accipe, nam non cõuenit perſonæ lenonicæ damna
contemnere. Hic manere dum nõ nauigo. Tum ꝓſequi. cum rediero.
Iam ne enumeraſti. finxit Syrus ſe nõ intellexiſſe quod apud ſeipſum le=
no locutus ſit adeo, ut illi aliud ait quàm ille ſecũ diſputauerit. Id qđ ad
te rediturum putas, hoc dicto tantũ illum accepturũ ſignificat, quantũ
dederat in puella. Nam hoc ad nos redit quod à nobis abierit, & dicen=
do redituruũ. oſtendit ſuper. xx. minas nihil illũ ſperare oportere, ſic em̃

ſupra. Minis.xx.tu illam emiſti, quæ res tibi uertat male. Hoccine illo indignũ eſt.huiuſmodi comploratio ſumma deſperatione lenonis oſtendit. Hoccine incipere. quaſi de magno facinore dixit, ut in Heauton. Vide quod incœptet facinus. Eſchinũ. cum laudatione dixit, quaſi quẽ non deceat maleſacere, & uide quã omĩa experiatur potens & miſer ob recuperandam rem ſuam. Vt hanc mihi eripere poſtulet. nõ dicit de qua, quia de illo ſermo eſt. Poſtulet, uelit. aut ſperet. Cice. Vt tẽporibus.r.p. cedat nunc poſtulandum.i. cupiendum aut expectandum. Eripere poſtulet * dixit non eripuerit, tanquã ad hoc non fecerit, & ſic loquunt̃ qui nolunt circa ſe pſeuerare iniuriã. Labaſcit hoc per ſe dicitur, & proprie dicit labaſcit, ut & ſuam inſtantiã, & cunctationẽ tarde incipientis conſentire monſtraret. Nam inchoatiuũ uerbum eſt. & eſt metaphora ab arbore ſiccante facta quæ multis ſucciſa ictibus, ferri tandem incipit in caſum ponderis ruinamq; minitari. Hoc unum.h. hoc clare, & ſubaudiendum eſt quod dicã uel dicere. Vide ſi ſatis placet. nõ placet dixit, ſed ſatis placet, ueluti magnũ conſiliũ ꝓhibiturus. Potius quã uenias in periculũ, oratoria cõparatione peioꝝ dicit hoc eſſe quod ſuggerit eligendum. Diuiduum face, hoc eſt diuide, figura macrologia, diuiduum à diuiſione. Dimidium à dimẽſione, dicimus. Minas.x. ſcit illũ xx. poſſe accipere, ſed idcirco agit ut optet leno qđ pauloante nolebat. Corradet aliunde. aliũde dictum eſt quaſi nõ habentis. nam nec ipſa in promptu ſunt. Hei mihi etiã de ſorte nunc uenio miſer in dubiũ. Sors eſt ſumma cui extrinſecus requirit̃ fœnus. ergo ſortẽ dicit de ꝑcio quo empta eſt.i.xx. minis, & uide illum dãno potius exclamare quã iniuria. Nunc uenio in dubium.i. in periculũ. Virg. Nec tibi deſertæ in dubiũ.o. Omnes dentes labefecit. iniuria lenoni tunc dolet, cum adiuncta dãno eſt. ut ſupra. Muſſitanda & accipienda cũ quæſtum occeperis, uel idcirco enumeratis cõtumelijs adiecit. Etiã inſuꝑ defraudat. uide ut eadẽ quę dixit ſupra repetat, ſed ardentius tamẽ & cũ auxeſi. Sic & Virg. In maius repetit.q.d.ſ. Colaphis tuber eſt totũ caput. Tuber eſt genus cibi collectum ex tumentibus, & quaſi pregnãtibus harenis. plus autẽ hoc quã ſupra dixit. Supra eñ dixit plus quingentos colaphos infregit mihi, hic uero colaphis tuber eſt totum caput. Etiã inſuꝑ defraudat. auxeſis apta lenoni auaro, nam honeſtior ꝑſona nõ hunc ordinẽ faceret. Defraudat. fraude decipiat. Nuſquã abeo, hoc dictũ uim habet cõminantis, niſi illud cum contemptu ſuſcepit Syrus. Vt lubet, negligenter reſpõdet ut rogetur à lenone. Nunquid uis quin habeã, hæc eſt plena locutio, nec nunquid uis deſiderat ſupplementũ, & hoc uti dicto adoleſcentes ſolent. Quin nunc quare ſignificat. Immo hercle hoc.q. ut.h.ſ. ipſe ſibi ſatisfaciat. Vt eñ. quoquo modo ſignificat diuerticulum ad ꝓceſſ faciens. Potius quã lites ſequar. qa dixerat Eſ. nũc utrũ uis argentũ accipe, an cauſſam meditari tuam. Meum mihi reddat. ſortem quã ſolam ſupra recuſabat, & oratorie, non eñ qđ emi dixit, ſed inuidioſe meũ mihi reddat ſaltẽ.

natum

* natum eſt autem à captiuis ſaltem qui nihil aliud præter * ſalutem auctorem petant. Scio te non uſum antehac amicitia mea, figura per quã oſtendit ſe fideliter ꝓmittere quod ꝓmittit. Virg. Scio me. e. d. e. u. Memorẽ me dices, figurate eſt inducta ꝓmiſſio p̃mioꝝ, & bene utrunq; narrat, nam non cõtinuo qui memor eſt etiã gratus eſt. Memor enim eſt qui apud ſe meminit, gratus qui meruit hoc uocari dum uicem reddit. nam multi ſunt memores ingrati tamen. Sedulo faciã, ſic ꝓmittit ut nihil ſuum intereſſe credatur. Sedulo, de induſtria ſine dolo. Sed Cteſiphonem uideo lætus eſt. d, a. adparatus in ꝓſcænio ꝑſonarũ tum conſulto conſilio finguntur à poeta tanquã ſuperueniant aliȷs rebus in medio poſitis, quæ ipſarũ interuentu finiãtur, & mire quaſi ex argumento ſicut futuri actus ſui antequã loqui incipiant deſcribant. Lætus eſt de. a. hoc lentius & ſummiſſe. Quid te oro, deeſt agis, & deeſt ego. Quid te. o. aut ſi quid, aut propter quid ſubintelligimus ut ſit, Quid mihi non reſpondes de eo, ꝓpter quod te oro, aut ſi quid te oro, & quã bene faſtidioſum lenonem facit Syrus ut optans, ille deſperando. xx. minas accipiat, nam & ſupra non intendenti dicit totiens in uno ſenſu, hoc idem Syrus. De. a. poteſt & interrogatiue pronunciari.

ACTVS SECVNDI SCENA TERTIA.

Tetrametri Iambici.

CTESIPHO. SYRVS.

ABs quouis homine, cum eſt opus, beneficium accipere gaudeas.
Verum enimuero id demum iuuat, ſi quem æquum eſt benefacere, is facit.
O frater frater, quid ego nunc te laudẽ? ſatis certe ſcio,
Nunquam ita magnifice quidquam dicam, id uirtus quin ſuperet tua.

Spargitur in perſonas Aeſchyni factum, idq; iam Cteſipho prædicat, nẽpe ad quẽ fructus redit.

Itaq;

Itaq; unam hanc rem me habere præter alios præcipuam arbitror,

Fratrem, homini neminem eſſe primarum artium magis principem.

Sy. O Cteſipho. Ct. ò Syre, Aeſchynus ubi eſt? Sy. ellum, te expectat domi. Ct. hem.

Sy. Quid eſt? Ct. quid ſit? illius opera Syre nunc uiuo, feſtiuum caput,

Qui omnia ſibi poſt putarit eſſe præ meo commodo,

Maledicta, famam, meum amorẽ, & peccatũ in ſe tranſtulit

Nihil pote ſupra, ſed quiſnam foris crepuit? Sy. mane, ipſe exit foras.

ABs quouis homine. cum. eſt. o. b. ac. g. In hac ſcena gratiarũ actio eſt ex perſona, & eius qui pręſtitit, & eius cui præſtitũ eſt, & ex ipſius p̃mij quãtitate. Nam omne quod geritur aut in rebus eſt, aut in perſonis, aut in tributis eorꝝ. Abs. q. h. beneſic cœpit, dicturus ò frater frater, & qui ſecundũ regulam dixit, quia dicimus quibus, cæterũ à quo quis facit & non quibus. & incerta diſtinctio eſt, uel qđ beneficiũ opus eſt accipere, hoc uetus eſt & illud cõmuniter. Id demũ iuuat, oſtendit plus eſſe qđ iuuat, quã gaudiũ. Is benefacit, bene ſubaudiẽdum eſt bis numero ò frater frater. Virg. & fratrem. ne. d. f. Vnũ relatum eſt ad adpellationem. alterum ad laudem & ſubdiſtinguẽdum. ut uideat quæſiuiſſe qđ ultra diceret, & plus inuenire ſe nõ potuiſſe quã frater. Quid ego nũc te, quid ꝓpter quid & nunc te. *
* additum eſt de ſupfluo. Vt tu nunc. c. a. f. l. Quid ego nunc te, quia laus genus cauſſæ eſt quod nõ adhibetur niſi dubiæ rei. Quid ergo nunc te, diſtinguendum, quid autẽ pro ut quid. Nunquã deeſt quod, ut ſit quod nunquã ita magnifice. duplex eſt cauſſa omittendæ laudis, ſi res aut nimium mala eſt, aut nimiũ bona. Id uirtus quin ſuperet tua, bona periphraſis, uirtus tua potius quã tu. Itaq; unã hanc rem me habere. & ſub-

iunctiuum

iunctiuum eſſe poteſt correpta media ſyllaba. & præpoſitiuū ꝓducta eadem ſyllaba, ut ſit itaqꝫ fratrē. noue dixit, unam rem. ſed ego puto fratrem non ſubdiſtinguēdum, ſed legendum cōtexte uſqꝫ ad principem, nam ſi diſtinxeris fratrem erit bis arbitror ſubaudiendū & ſupra & infra. quod ſi fratrē inferioribus iunxeris, & cum admiratione ꝓnunciabitur, & ſubaudietur quā mihi. hanc ſane locutionē ſcire debemus p perſonam elaborantem ſic dictam, nam & nimiū gaudet, & ruſticus adoleſcens eſt, qui laudare conatur Eſchinū quaſi titubans & penè balbutiens. Hominē neminem. nouè auribus noſtris, ſed ueterum cōſuetudine locutus eſt. nam cum neminē hominem ſignificet, quid opus fuit dicere hominem neminē, ſed ut diximus figura eſt archaiſmos. O Cteſipho. ò mire accepit gaudiū ſignificans. O Cteſipho ò Syre. hic ut præuidēs, hic ut qui non ꝓuiderit o dicēs o dicit. O Syre Eſchinus ubi eſt? bene ſtatim de illo cui agebatur gratias loqui cœpit. Sed ellum. ecce illum pronomen uel aduerbiū demonſtrantis, aliqui interrogatiue legunt, ut ſit ellum dicis? Te expectat domi, ut ſit ellum. ꝓnomen. i. illum. nam & illum & ellum & ollum ueteres dixerunt. Domi. aduerbium eſt in loco. Hem. aduerbium eſt lætantis. Feſtiuū caput. huic contrarius ſenſus eſt. Ridiculum caput. Alij putant feſtiuū caput non Eſchinū intelligendum, ſed orationis quā habet Cteſipho agens gratias fratri, Ita in Eunucho. Quā uenuſte, quod dedit principiū adueniens, quod ſi eſt nihil poteſt ſupra hanc laudationē, nam ſupra factum erit accipiēdum, ſed male, nam caput Eſchini, intelligo ipſum Eſch. ut in toto pars ſit per Synecdochē, in qua figura & pars & pro toto ponēda eſt. quæ aut eminet ex toto, aut maioris precij eſt ad id quod agitur, cæterū qđ ipſum ſi ſeruatū bonis auctoribus ſit, ſi exempla Synecdoches penitus conſiderare ſtudes, ſic inuenies. Illius opera, dicendo opera corporeū laborem. Eſch. oſtendit, & religionē. ut Annua magnæ ſacra refer Cæreri lætis operatus in herbis. Quid ſit. deeſt qeæris, ſed eſt admirantis magis quā interrogantis, Illius. o. n. u. o. miram amplificationē beneficij, non dixit illius opera uitam habeo, ſed quod ſatis graue, & ſatis amatoriū. Illius opera nūc uiuo inquit. Quin om̄ia, admiratiue additū quin, ſic ꝓnunciādum quinto: parelcon uſqꝫ ad maledictum famā. Maledictum, famam, aut Mitionis, aut Demeæ, aut populi. nam ſi aliter acceperis idem maledictū uidebitur & mala fama. Præ meo cōmodo. i. mei commodi, ut in Eunucho. Hic ego illum contempſi p̄ me. i. mei cōparatione. Meum amorem, & peccatum de recipienda meretrice & amanda, maledictū & peccatum cum dixiſſet om̄ia, duo tantū intulit maledictū & famam ut, Om̄ia mercurio ſimilis uocemqꝫ coloremqꝫ, & hoc ut ſit defectus quidā intelligendus ex affectu gratias agentis. In ſe tranſtulit. pulchra * qua ere *
ptura eſt Soſtrata circa Eſchinū quemadmodū errauit Demea, eo quod ab illo credit amari meretricē. Nihil pote ſupra. eclypſis per admirationem, eſt ſubaudiendum em̄ eſt, uel eſſe uel dici, & pote pro potis, ut ma

f gepro

* ge pro magis. * Quiſnam foris crepuit. crepuit reſonuit. unde decrepiti dicti ſunt clamoſi ſenes. Fores ſingularis numeri nominatiui caſus. Mane. m. gaudenus eſt hoc dictum, non operiri iubentis.

ACTVS SECVNDI SCENA QVARTA.

Iambici tetrametri.

AESCHYNVS. SANNIO. CTESIPHO SYRVS.

VBi eſt ille ſacrilegus? Sa. men quærit? num quid nam effert? occidi,
Nihil uideo. Ae. ehem oportune, te ipſum quærito, quid fit Cteſipho?
In tuto eſt omnis res. omitte uero triſtitiam tuam.
Ct. Ego illam facile uero omitto, qui quidem te habeam fratrem.
O mi Aeſchyne, ò mi germane, ah uereor coram in os te laudare amplius,
Ne id aſſentandi magis quàm quod habeam gratum facere exiſtimes.
Ae. Age inepte, quaſi nunc non norimus nos inter nos Cteſipho,
Sed hoc mihi dolet nos penè ſero ſciſſe, & penè in eum locũ
Rediſſe

Rediſſe, ut ſi omnes cuperent, nihil tibi poſſent auxiliarier

Ct. Pudebat. Ae. ah ſtultitia'ſt iſtæc, non pudor, tam ob paruolam

Rem penè ex patria, turpe dictu, deos quæſo ut iſtæc prohibeant.

Ct. Peccaui. Ae. quid ait tandem nobis Sannio? Sy. iam mitis eſt.

Ae. Ego ad forum ibo, ut hunc adſoluam, tu intro ad illam Cteſipho.

Sa. Syre inſta. Sy. eamus, namq; hic properat in Cyprum. Sa. ne tam quidem,

Quamuis etiam maneo otioſus hic. Sy. reddetur, ne time.

Sa. At ut omne reddat. Sy. omne reddet, tace modo, ac ſequere hac. Sa. ſequor.

Ct. Heus heus Syre. Sy. hem quid eſt? Ct. obſecro hercle hominem iſtum impuriſſimum

Quàm primum abſoluitote, ne ſi magis irritatus ſiet

Aliqua ad patrem hoc permanet, atq; ego tunc perpetuo perierim.

Sy. Non fiet, bono animo eſto, tu cum illa te intus oblecta interim,

Et lectulos iube ſterni nobis, & parari cætera.

Ego iam, tranſacta re, conuortã me domum cum obſonio.

Ct. Ita quæſo, quando hoc bene ſucceſſit, hilarem hunc ſumamus diem.

VBi eſt ille ſacrilegus. Mire Eſchinus ſeruat aduerſus lenonem ſuperbiã, qua oſtenditur tanto alienior eſſe animo ab amoribus meretricis, quanto audacior in lenonem. Men quærit, nunquid nam effert, ſperat nũc leno ſe aliquid accepturũ ꝓpter conuitium. Vt alibi. minas uiginti. tu illã emiſti, quæ tibi res uertat male, argẽti tantũ dabitur, & uide quantam ferat leno pro lucro iniuriã, qui ſacrilegi nomine ſignificari non ſolum nõ dolet, ſed etiam cupit. Opportune autẽ men quærit, & cum quadã geſticulatione & ſubſaltatione ſperantis lenonis ad hoc ſe quæri, ut accipiat, pronũciandum. Occidi nihil uideo, occidi non quia ſacrilegus dictus eſt, ſed quia nihil accipit, & ſimul geſtum conſidera loquẽtis ex uerbis. Occidi nihil uideo, mire hoc uerbo adparet in uultu lenonis & ſpem mortuam, & extinctum gaudiũ. iam & apta eclypſis hæc dicẽtis, occidi nihil uideo, neq; addit præferri aut quid tale. Hem. interiectio repentinæ rei. Opportune teipſum quærito. Aſyntheton, deeſt ueniſſe, non enim ſequenti nectitur. Quid ſit Cthesipho, quid ſit blandum initium eſt, non enim interrogat cum ipſe dicat in tuto eſt om̃is res. mox ipſe in ſubditis, iam hæc addidit præter naturã quæſtiõis, quid ſit quid agitur. In tuto eſt om̃is res. quaſi amatori om̃e dixit negociũ de amica, & an omnis res & lenonis iurgium & ſuſpitio patris Demeæ ſimul. Omitte uero, uero abundat, aut correptũ eſt iamdudum non omittens. Ego uero illam hercle omitto, adparet nunc non primũ dici Cthesiphoni ab Eſchino. Omitte triſtitiã tuam, necnon primũ reſpõſum omitto, & ideo additum eſt hercle uero, quia nunc demũ data eſt plena ſecuritas. Triſtitiã tuam. ſic dixit quaſi nimiã. Qui quidem te habeã fratrem, acuendum te. O mi Germane. mi meus, ſed uocatiuo dixit caſu. Coram te. coram ad ipſum ꝑtinet qui laudat, & alios qui audiunt, te ad ipſum ꝗ laudatur, nam coram laudat qui nõ tacet apud alios, & hoc agit nõ per epiſtolam ſed ipſe præſens. In os, qui apud ipſum loquit̃ quẽ collaudat. Laudare. amplius quã laudauit. Ne id aſſentandi. Antiqua eclypſis, deeſt em̃ cauſſa, & utrũ ab ea cauſſa an ab ipſa lite ſic dicit̃. Ne id aſſentandi, adulandi. Specta ſi non ruſticus adoleſcens eſt, & puriſſime ſimplicitatis adeo, ut etiam uelle laudare fratrẽ nimio pudore non poſſit, hoc ſolo quia præſens eſt, cum illum nimiũ laudauerit abſentẽ. Qui quod habeam gratum, uarie, non em̃ intulit quas gratias agenti. Qui quia. Age inepte, non eſt iniuria, quia maior frater eſt, & blanda dicturus. Hoc.

* m. d. * mihi dolet pro doleo, & dolet bis ſubaudiendũ eſt,

& penè

& penè in eum locum inſinuatio beneficij ex periculo difficultatis ob tē
pus. Vt ſi om̄es cuperent. non ſi eget tantūmodo aduerſantibus. Pude-
bat, deeſt fateri. Stultitia eſt iſtæc.hoc.ſ.fateri ei qui ipſe patri nunquam
quicquā celauerit. Tam ob paruulā, ergo diminutiuis adiūgit tam par-
ticula, & deeſt perire ſed * tacetur. Tam ob paruulam rem.i. *
meretricem, & bene hic Eſchinus quaſi qui maiora expertus ſit.i.uitiū uir
ginis. Penè.a.p.deeſt fugere, quia amatores comici cito cōminant pa-
triam ſe deſerturos, ut amicā ſequantur. Penè.e.p.ἀποσιώπησις. Me-
nander mori illum uoluiſſe fingit Teren.fugere. Turpe dictu.te fugere.
ſ.& deeſt eſt. Vt dij iſtæc ꝓhibeant.i. exilium fugamq́ꝫ patriæ. Peccaui.
approbauit ex periculo magnitudinē beneficij. Quid ait tandem nobis
* additum eſt nobis.i.ait non intelligēdum eſt. Iam mitis eſt, qa *
debacchatus eſt. ſupra leno iam mitis eſt dixit. Ego ad forum. tunc em̄
in foro de menſæ ſcriptura magis quā ex arca, domoq́ꝫ uel ciſta pecunia
numerabatur. Vt hunc abſoluā.i.ut hunc reddito ſibi precio dimittam,
nam uelut ligati ſunt quibus debetur aliquid, dicūtur etiā ſerui illi ſoli
qui cum debitores preciorū fuerūt, pecuniā reddunt debitam, eſt ergo,
abſoluam, pro à me ſoluam, an iocatur in triſtitia lenonis qui illum cum
barba lenonia & mœſto uultu ſequitur tanquā reus. Tu intro ad illam
Ctheſipho. bona eclypſis ſignificans lætitiā potiundæ meretricis. Syre
inſta. Syrus non ut adiuuet, ſed ut inſtāter adiuuet rogatur. Eamus nāq́ꝫ
hic pro. hoc clamat Syrus ut & beneficiū oſtendat, ſane & ut rurſus le-
nonem de ꝑfectione cōterreat. Ne tam cito quidem, in hoc à lenone in-
ſtāter dicitur, ut qui turbatione metuentis magnū damnum poſſet
oſtendi. Nec tam cito quidē. tam pro tantū. aut tam pro tamē, & deeſt
dicas me properare, aut propero. ut ſit etiā aduerbium hortātis non cō-
ſentientis. Quāuis.e.pro quantūuis. Etiam particula utrūq́ꝫ conſentien
tis. aduerbium eſt an coniunctio, quia ſignificat & properare ſe, & non
in tantum quod negligat quod ſibi debet. Maneo ocioſus.h.hoc ſepara
tim inferendum eſt, quaſi ꝑtinaciter aſſeuerantē lenonem inſtaturū ſe,
& clamationē facere denotetur. Maneo ocioſus hic. dixit em̄ propero
ubi rurſum conſenſerat in Syri uerba properaſſe dicentis. Reddetur ne
time, quod deſperauerat Leno Syro oſtendit ſeruo ut om̄e reddat pro-
pter illud quod dixerat, diuiduū face, & probatum eſt cōpletumq́ꝫ; qđ
ait, cupide accipiat faxo. & hoc ipſum cum trepida & uultuoſa ſupplica
tione pronunciādum eſt. Tace modo ac ſequere hac, ſic ait Syrus quaſi
nunc Lenonem doceat quæritans nō perdendi, & totum cum ſupcilio
præſtantis magnū beneficium dicit. Sequor, hoc uerbo leno ſatis cōmi-
tigatus oſtendit. Heus heus Syre. ex argumēto eſt oſtendere quantū ti-
meat Ctheſipho ſæuū patrem. Heus heus. uox eſt de longinquo reuocā
tis. Obſecro te, hercle ſatis manſuete quaſi lenonē, aut non poſſit ruſti-
cus, aut nō audet dicere, hominē dixit. Iſtum impuriſſimū, auariſſimū,

& totum cum execratione lenonis. Quãprimũ abſoluito te, ne ſi magis irritatus ſiet, uelut clamet. ſ. & proprie de lenone quẽ irritari dicit ut canem. Nam irritari proprie canes dicũtur. Lucillus de litera. R. Irritata canis quod homo quãplurima dictat. Lenonẽ autem timet Cteſipho ut ruſticus, ut ſub patre duro, ut amator. Aliqua ad patrẽ. hic prouehat nõ dicit quid, ſed nos intelligimus raptum puellæ ſignificari. Aliqua ad. p. proprie ſecretum latens latici cõparatur intra uas clauſum exiſtenti, cũ effunditur manat, ſic & alibi, ex cõmittendis ſecretis loquẽs. Plenus inquit rimarũ ſum, hac atq; illac perfluo. Atq; ego nunc. p. peri. quaſi & nunc ſe periĳſſe ſentiat, ſed nũc ꝑpetuo. Non fiet, bono animo eſto. ut illi liberalis timor eſt. ita in Syro ſeruilis cõfidentia. Tu cũ illa te intus oblecta. moraliter illa dictũ eſt, ut datur ne illa hodie Pamphilo, & illa quidem mea erit. Tu cum illa te intus oblecta. honeſte explicauit turpe factum. Et. l. ſt. iu. ſeruus nihil tam comicũ niſi inuitus adeo, ut totũ ſuperbe ac magnifice loquatur. Conuertã me domũ. conuertã magnifice dictum. uerbum eſt enim magni moliminis & agminis ingentis, nam cõuertere ſe dicit quẽ pompa ꝑcedit, ut imperator proprie cõuertit exercitum, & hoc ſpectatur ut moribus arrogãtes ſerui ſint cum lætanť. Ita. q. q. h. ſ. uolunt. quidem & hunc uerſum Syre perſonæ adiungendum, ſed Ctheſi. uerba eſſe ex ſubditis planũ eſt, cum dixit, hunc diem mi Syre cupio, & ut cœpi perpetuum in lætitia degere.

ACTVS TERTII

SCENA PRIMA.

Iambici, ut ſuperiores.

SOSTRATA. CANTHARA.

Aliud periculũ Aeſchyni, nã palàm fit oppreſſã ab eo ingenuam, & mulierculæ in metum cõĳciuntur propter raptã Pſaltriam

OBſecro mea nutrix, quid nunc fiet? Ca. quid fiet rogas? recte
Adepol ſpero. So. modo dolores mea tu occipiunt primulum.
Ca. Iam nunc times quaſi nunquam adfueris, nunquam tute pepereris?

So. Miſe

So. Miſeram me, neminem habeo, ſolæ ſumus, Geta autẽ hic non adeſt.
Nec quem ad obſtetricẽ mittam, nec qui accerſat Aeſchinũ
Ca. Pol is quidem iam hic aderit, nam nunquam unum intermittit diem,
Quin ſemper ueniat. So. ſolus mearum miſeriarum eſt remedium.
Ca. E re nata melius fieri haud potuit, quã factum eſt hera,
Quando uitium oblatum eſt, quod ad illum attinet potiſſimum,
Talem tali genere, atq; animo, natum ex tanta familia.
So. Ita pol eſt, ut dicis, ſaluos nobis deos quæſo ut ſiet.

OBſecro mea nutrix. Hæc ſcæna tragœdiæ ordinẽ ſeruat. Nam tragœdia in tria diuiditur. Expectationem, geſtũ, & exitũ. Hic quoq; expectatio eſt in Getæ nuncio, geſtus in planctu. Soſtratæ exitus. Obſecro. m. n. Hic demõſtratur quid ſit maternus adfectus, quã grata in domino ſeruorũ fides ſit. Eundemq; laborẽ & dolorem eſſe ex falſis & ueris malis. Obſecro. m. n. perſonæ ut ſuis uerbis aut aliorum inſinuãtur, ex ſuis ut nunc perſonæ Soſtratæ. Ex alienis ut Mitio Eſchini perſona ex Mitionis oratione ac Demeæ. Obſecro mea nutrix quid nunc fiet. Mea pro blandimento ponitur. Quid nũc fiet, imploratio eſt magis trepidantis quã ignorantia & interrogatio, nanq; illius nutrix, & quippe anicula eſt. ſed non ſapientior nutrix eſt quã domina ſua, ipſum etiã qđ dicit nutrix honorificũ eſt. Vt Annã. c. m. n. &c. Sunt eñ nomina ad aliquid quibus nos tamẽ uelimus adpellari. Vt magiſter, medicus, orator Modo dol. mea. tum occupiunt primulũ. Euidenter hinc modo temporis præſentis aduerbium eſt. Et rurſus mea tu, blandimentũ eſt ſine quo nõ progreditur colloquium fœminarũ & maxime trepidantiũ. Primulum, initium & ipſa origo dolorum diminutiue demõſtrata eſt. Non eñ

primũ

primū ſed primulum dixit. Nunquā tute pe. uide præparationē doloris, nihil mali adhuc ſecutū eſt, & iam ſic turbaſ Soſtrata. Iam nunc ti. quaſi nunquā affueris. n. t. p. docte duo propoſuit quibus experientes ſcientesq; rerum ſumus, uidere & pati. Virg. ſic. Quinq;. i. m. n. &c. Tute autem pro tu. parelconq;, ſi reſciſcitatur ut facit tute & tutemet & tutemet ipſe. Solæ ſu. cum hoc non ſingularitatis ſit mire ſolæ pluraliter dixit. Neminem habemus. Solæ ſumus. g. a. h. non. a. muliebriter quærit & ex perturbatiōe ſua exiſtimans, metus multa facit ea, qui pauca ſunt. Geta aut hic nō adeſt, hic adparatio eſt ut oſtēdaſ abſens qui ſupuēturus eſt. Nec quā ad ob. mit. deeſt habeo, ſed qui in cōſuetudine eſt ſic loqui cum ad utrūq; nobis non alterutrū deeſſe cōquerimur. Nunquā, pro nō eſt. Semper, non ad omne tēpus retulit, ſed omnes dies, ſecundū quod ait, Nam unum nunquā intermittit diem. Solus. m. m. bona locutio. Miſerā me. proprium eſt mulierū cum loquunſ, aut alijs blandiri, ut Anna cara mihi. n. h. ſ. ſ. Aut ſe cōmiſerari, ut Miſeræ hoc tamen unum exequere Anna mihi, nam hęc omīa muliebria ſunt, quibus pro malis ingentibus quaſi in aceruū rediguns. Et enumerātur nullius momēti querelæ. Neminem habeo, quid enim opus eſt, aut cur non quæreris. Solæ ſumus, nunquā pluraliter ſolæ. Geta hic non adeſt, ueniet. Nec quē ad obſtetricem mittam, nec qui accerſat Eſchinū. habeo ſubaudiſ, & magis à trepidante quā à ratiōabili dicitur, nam refellit hoc totum nutrix Canthara. Heræ natæ, ſic improprie dicimus de his quæ cōtra uoluntatē noſtram acciderunt, ut nunc uitium uirginis, ergo heræ natæ ſic eius dedit haud malus eſt, & ſic maluit dicere, quā nō Eſchino culpā ſed potius caſui attributam uellet. Eſt autē ordo, nihil potuit melius heræ natæ fieri, quā quod eſt hera, aut quandoquidē uitianda erat uirgo, ab eo uitiareſ, qui erat expetendus ad matrimoniū. Senſus em̄ hic quod eſt malū, uim fieri uirgini, ſed ex conditione eius quæ uitiata ſit, nihil potuit melius euenire quā quod contingit ut ab eo uitiareſ, cuius nos non pœniteret. intelligere autē debemus & fieri & factū eſſe, uenit & cōtingit dicit. Melius fieri haud potuit. ſi fieri pro euenire acceperis erit conſecutio locutionis, ſi non minus, deerit quantū intelligo. Quando uitiū oblatum eſt, hoc eſt heræ natæ. Oblatum eſt, oblatū dicitur quod offertur inuito. Vitiū oblatum eſt quod ad illum attinet potiſſimū, quaſi uitium oblatum ſit potiſſimū, hoc eſt bonum, ſed ex perſona eius qui obtulit uitiū factum eſt bonum quod per ſe ipſum malū eſt. & hoc eſt qd' melius haud fieri potuit quā factum eſt. Illud autē dicit ut Eſchinus. ſ. Potiſſimū autem ſuperlatiuum eſt ab eò quod eſt potis & potius. Sic em̄ facit potis & potius potiſſimū, & quod modo exceptionē ſignificat, pro Eſchino ſignificat, ut ſit quod ad illum attinet. i. Eſchinū. Tali genere: Laus ante illum talē & tali animo. In illo & genus. iam & ad uiuos pertinet, familia ad defunctos. Alij genus ad nobilitatē referunt, familiā ad copias. Vnde & pater familias dicitur, ut ſit ex tanta familia, ex tā diuite domo. Hæc omīs ex-

ultatio

ultatio tragica eſt gaudiorum introductio ante funeſtiſſimũ nuncium. Talem.ſ.à corpore,à forma,à pulchritudine. Tali genere.i.ab his quæ extrinſecus ſunt.i,ab honeſtate generis atq; ex animo.i.ſapientia, modeſtia, hoc modo igitur nihil prætermiſit in laude. Saluſt. Nobis deos quæſo ut ſiet,quia talis eſt, nihil ad uota præter ſalutem opus eſt.

ACTVS TERTII

SCENA SECVNDA.

Tetrametri iambici,& dimeter unus.

GETA. SOSTRATA. CANTHARA.

NVnc illud eſt, quod ſi omnes omnia ſua conſilia conferant,

Tragica cõqueſtio ſeruuli de iniuria Aeſchyni,uiam autem facit ad epitaſin.

Atq; huic malo ſalutem quærãt, auxilij nihil adferant.

Quod mihiq;, heræq;, filiæq; herili eſt. uæ miſero mihi,

Tot res repente circumuallant,unde emergi non poteſt,

Vis,egeſtas,iniuſtitia,ſolitudo,infamia.

Hoccine ſeculum,ò ſcelera,ò genera ſacrilega,ò hominem impium.

So.Me miſeram, quid nam eſt, quod ſic uideo timidum & properantem Getam?

Ge. Quem neq; fides, neq; iuſiurandum, neq; illum miſericordia

Repreſſit,neq; reflexit,neq; quod partus inſtabat prope,

g Cui mi-

Cui miſeræ indignę per uim uitium obtulerat. So. non intellego

Satis quæ loquatur. Ca. propius obſecro accedamus Soſtrata. Ge. ah,

Me miſerum, uix ſum compos animi, ita ardeo iracundia.

Nihil eſt, quod malim, quàm illam totam familiam dari mihi obuiam,

Vt iram hanc in eos euomam omnem, dum ægritudo hæc eſt recens.

Satis mihi id habeam ſupplicij. dum illos ulciſcar modo.

Seni animam primum extinguerem ipſi, qui illud produxit ſcelus.

Hypotyposis. Tum autem Syrum impulſorem, uah, quibus illum lacerarem modis?

Sublimem medium arriperem, & capite primum in terrã ſtatuerem

Vt cerebro diſpergat uiam.

Adoleſcenti ipſi eripere oculos, poſthac præcipitẽ darem.

Cæteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, & proſternerem.

Sed ceſſo heram hoc malo impertiri propere. So. reuocemus Geta.

Ge. Hem, quiſquis es ſine me. So. ego ſum Soſtrata. Ge.

ubi ea

ubi ea'ſt? teipſum quærito,
Te expecto, oppido opportune te obtuliſti mihi obuiam
Hera.So.quid eſt? quid trepidas? Ge.Hei mihi.So.quid fe
ſtinas mi Geta?
Animũ recipe.Ge.prorſus.So. quid iſtuc prorſus ergo'ſt?
Ge.perimus.
Actum'ſt.So.eloquere obſecro quid ſit.Ge.iam.So. quid
iam Geta?
Ge.Aeſchinus. So. quid ergo is? Ge. alienus eſt à noſtra fa
milia.So.hem
Perij, quare? G.amare occepit aliam.S.uæ miſeræ mihi.
G.Necꝫ id occulte fert, à lenone ipſus eripuit palàm.
S.Satin'hoc certe? G.certe, hiſce oculis egomet uidi Soſtra
ta.So.ah,
Me miſeram, quid credas iam? aut cui credas? noſtrum
Aeſchinum,
Noſtram uitam omnium, in quo noſtræ ſpes, omnesꝗ o-
pes ſitæ
Erant, qui ſine hac iurabat ſe unum nunquã uicturũ diem,
Qui ſe in ſui gremio poſiturum puerum dicebat, patrem
Ita obſecraturum, ut liceret ſibi hanc uxorem ducere.
G.Hera, lachrumas mitte, ac potius quod ad hãc rem opus
eſt porrò conſule.

Fruſtra in metũ coniectæ mulierculæ, ut in fabula pluſculum eſſet turbarũ.

Patiamur ne, an narremus cuipiam? S. hau, hau, mi homo ſanus ne es?
An hoc proferendum tibi uſquam eſſe uidetur? G. mihi quidem non placet.
Iam primũ illum alieno animo à nobis eſſe res ipſa indicat,
Nunc ſi hoc palàm proferemus, ille inficias ibit ſat ſcio
Tua fama, & gnatæ uita in dubium ueniet, tum ſi maxime
Fateatur, cum amet aliam, non eſt utile hanc illi dari.
Quapropter quoquo pacto cælato eſt opus. So. ah, minime gentium,
Non faciam. G. quid agis? S. proferam. G. hem, mea Soſtrata uide quam rem agas.
So. Peiore res loco nõ poteſt eſſe, quàm in quo nunc ſita eſt
Primum indotata eſt, tum præterea quę ſecunda ei dos erat
Periјt, pro uirgine dari nuptum nõ poteſt. hoc reliquum'ſt
Si inficias ibit, teſtis mecũ eſt annulus, quem amiſerat.
Poſtremo, quando ego conſcia mihi ſum, à me culpam eſſe hanc procul,
Neq; pretium, neq; rem ullam interceſſiſſe, illam aut me indignam, Geta experiar.
G. Quid iſtuc? accedo, ut melius dicas. S. tu quantũ potes.
Abi, atq; Hegioni cognato huius rem oẽm narrato ordine
Nam is noſtro Simulo fuit ſummus, & nos coluit maxume

Ge. Nam

Ge. Nam hercle alius nemo reſpicit nos. S. propera tu mea Canthara,

Curre, obſtetricem arceſſe, ut cum opus ſit, ne in mora nobis ſiet.

NVnc iſtuc eſt, quod ſi omnia. Hic locus ſecūdum artem comicam ſeruū currentem exprimit & nūciantem mala. Maxima itaq; pars ſcenæ motoria eſt, ſignificat autē nunc tale negociū eſt, nunc tale periculum eſt, aut uero cum ſignificationem temporis habet, ut ſi diceret, quādo aut quo tempore. Nunc iſtuc, utrum periculū an tempus, eſt enim eclypſis. Quod ſi o m̄es omnia ſua conſilia, omnes omnia, hinc Ci. Omnes in hoc iudicio cōferent omnia. Salutem quærant, nō remedium ut ægro, ſed pereuntis ſalutem, & noue dicit malo ſalutē, pro contra malum. Auxilij nihil adferant, mire de proximo repetitū eſt. i. cōferant & adferant, hoc conuenit præſertim ſtomacho minus uerba curātis, ſic ſupra omnes om̄ia. Quod mihi heræ. ſ. herili. Mira ſeruo fides, quum primū ſe ponat in herili malo, & poſt ſe matrē, in ultimo puellam. Quod mihi heræq; filiæq; herili, eſt aſyntethon ſecūdum, ut om̄ia ſecum. Veh. m. m. tot res repente circūuallant ſe circa nos, & ſtipant ſe inuicē. Nam circumuallamus nos & alios, tamen rara locutio eſt. Et circūuallant, dixit uelut inimica acies contra nos, & ideo addidit unde emergi non poteſt. Cum impreſſio eſt hoſtiū ſic dicitur. ut Saluſt. preſſi undiq; multitudine, Cic. qui ſemp premūtur, & nunquā emergunt, & emergi noue, nā emergo dicitur nō emergor, ſed ideo uſus quia extra compoſitionē & mergo & mergor facit. Vnde emergi nō poteſt, unde abſolute, an deeſt illud. an unde pro ex quibus. Vis egeſtas ſo. infa. hæ res ſunt quæ circūuallant, uis illata, egeſtas ipſius puellæ. iniuſtitia. iudiciū illius temporis, ſolitudo à defenſoribus. infamia ab his qui credunt precio uitiatā. Nam & in ſubditis ſic habes quando cōſcia mihi ſum, neq; præciū, neq; rem ullam interceſſiſſe. Hoccine ſæculū. quæſturus de homine ſæculum accuſat prius, ut à tempore mores increpet. & ecōtrario. Sæcula in om̄ibus rebus laudantur. Vt quæ tam læta tulerūt ſæcula. Hoccine ſæculū. O ſcelera, ò genera ſacrilega. ob hominē impurum. Moris eſt nimis dolentibus incuſare alia ex alijs. Virg. Cum cōplexa ſui corpus miſerabile nati. Atq; deos atq; aſtra uocat crudelia mater, & quem non incuſaui demens, ho. q;. d. O hominē impurū Eſchinū. ſ. & hoc ἠθικῶς, nam ſemp ultimū ponimus eum, cui maxime iraſcimur, ut in Andria. Poſt accuſa-

tum ſocerum, uituperatã & ſponſam. Nam quid ego dicam de patre, &
in Phormione. Itane tandem uxorem duxit. f. ſ. & poſt multa facinus au-
dax. O Geta monitor unde illa uix tandẽ inquit. Video timidum & pro-
perantem Getam. Timidum, perturbatũ non enim timet ſed dolet. Sic
Plau. in Bacchidibus. Nam ut ex mari timido. Quẽ neqꝫ fides, neqꝫ iuſiu
randum, ordo eſt, hominẽ impurum quem neqꝫ fides, neqꝫ iuſiurandũ,
exaggerat crimen admiſſum. Quem neqꝫ. f. quia ꝓmiſit. Neqꝫ iuſiuran-
dum, quia iurauit. Neqꝫ miſericordia, quia uim intulit. Neqꝫ illum, ſe-
cundum parelcon. nam abundat illum. Vt. Nunc dextera ingeminans
ictum nunc ille ſiniſtra, & eius uidelicet miſericordia quã amauit. Neqꝫ
repreſſit, ne auderet, neqꝫ reflexit, ne faceret & ſic hoc dictũ eſt, ut Virg.
Nunc fletu ingemuit. n. u. l. & c. ſ. non potuit reprimi ne faceret ſaltem, ut
in peccãdo eſſet mitior debuit cõmoueri, ſed melius qđ ſupra. Neqꝫ qđ
* partus inſtabat prope, * Non enĩ addidit mariti ſed patris
ſcelus. Quid miſeræ, deeſt ei. Indigne, impie, crudeliter, ut. Virg. Quæ
cauſſa dignam. ſ. f. Non intelligo, ad hoc Soſtrata ignorans inducitur, ut
malo nuncio repente feriatur, & quia oportuit ipſam priorẽ loqui præ
* ſens loquitur. Quæ autem non eſt prodenda tam ſuauis *
dolentis ad iraſcentẽ, idcirco non audit Geta cõſeruus, ne ob illa loqui
deſinat. Satis quæ loquitur, idcirco ne audit eam ſeruus, nec uidetur ab
eo Soſtrata. Vix ſum cõpos animi, aut uix tandem, aut uix non. Vt Car
cer uix carcere dignus. Compos animi. ſ. cõpetentis animi, uel ſani ani-
mi, cui contrariũ eſt impos animi. Saluſt. neqꝫ animo, neqꝫ lingua ſatis
competere, cum de amẽte ſeptimo loqueretur. Alij cõpotem animi cõ-
poſitum animũ intelligunt. Quã illam totam familiã, hic nunc tam cul-
pa familiæ quã ſcelus Eſchini oſtenditur. ꝓpter quem omnes cruciandi
ſunt. Iram hanc. hãc interdum pro qualitate, interdum pro quãtitate ac-
cipimus. interdum pro utroqꝫ. Vt Tuaqꝫ hanc animã effundere dextra.
Et Hunc ego te Euryale aſpicio. ſed nunc pro utroqꝫ hanc dixit. ut Salu.
deſcripto celtiberi ait. Hanc igitur redarguit Tarcliuius. Satis id mihi
habeam ſupplicij. Moraliter loquitur. nã ferè cum quiſqꝫ ſibi iraſcitur.
uidetur fortis tanquã plus qui audet. Dum illos ulciſcar modo. uerũ eſt
hanc eſſe uindictam quæ ex recentis uitij flagitijs ꝓperat. Sic Virg. Te
Turne. ſ. c. n. q. Seni animũ primũ extinguerẽ. bene extinguerem. quia
ignis eſt. Igneus eſt olim uigor & celeſtis origo, & primũ addidit quod
ordinem ſignificat, tunc enĩ adijcitur cum multa ſubijcienda monſtran-
tur, ut cui fracta prius crura brachiaqꝫ. Vitium in Eſchinũ totum ꝓmo
uens oſtenditur, etiã per aliena ſupplicia, maxime per Syrũ impulſorẽ
cauſſæ pœnæ. Vah quibus illum lacerarẽ modis. hic uoluntas immodi-
ca oſtenditur pœnã promeritoris poſcentis. Et nota cum Syrũ dixerit,
addidiſſe nutus de ſupcilio. Illum ſublimẽ. iſta pœna. Statuerem ut cere
bro diſpergat uiam, & cerebrũ & uia diſpergi poteſt, ideo uidetur am-
biguum. ut apud Virg. Enſemqꝫ. c. ſ. ſ. parcqꝫ. m. Aliter enĩ dicit. Spargite
humum

humum folijs. Aliter. Sparſerat & latices ſimulatos fontis auerni. Adoleſcenti ipſi eripere oculos. bene oculos amoris indices adiutoresq́; flagitij. * Poſt hac præcipitē darem, grauior pœna cæcitatis, non præuidere quò cadas. Cæteros ruerem, ruerem actiuā uim habet. Salu. in ſecūdo. Ictu eorum qui in flumine ruebant necabātur. Ruere enim eſt toto corpore uti ad impellēdum quod faciunt qui ipſi p̄cipites alios ꝓſternunt, inde ſues ruere dicunt. Virg. Ipſe ruit, denteſq́; ſabellicus. e. f. & Horatius. Hanc rabioſa fugit canis ac lutulenta ruit ſus. Tunderem & proſternerē. uide quā fortis ſibi uideatur qui dolet & iraſcit. Agerem ꝓſequerer, promouerē. Virg. Curſu parant iſta. g. & agit uentos. i. nimia celeritate ꝓſequitur, ut penè occupat prȩueniatq́;. Ego ſum Soſtrata, hæc ideo inducitur, ut ueriſimile ſit ſupra nō uiſam Soſtratam, quando etiam uix nūc agnoſcitur ab irato. Te ipſam expecto, incerta diſtinctio, utrum te expecto oppido opportune ſit dicēdum. An expectare ſit impatienter cupere, & ſine præſcriptione tēporis ſperare iuxta certū tempus. Vnde adparet at te expecto, quia per ſe nimiū eſt non eſſe iungendum oppido. Quid feſtinas mi Geta? Probus aſſignat hoc Soſtratȩ. Aſp non uult ad om̄ia ſeruū reſpōdere, ſed nutricē putat hoc loqui. Quid feſtinas perturbatus & cōmotus dixit prorſus acta cōmota feſſo, anhelāti ob perturbationē & contēſum curſum. Animū recipe, quod in lectione geſtu oſtendi minime potuit, id ex uerbis Soſtratæ oſtenditur in Geta. Nam ideo dicitur animū recipere, quia ille ꝓ anhelitu crebriora uerba continuare non poſſit. Perimus, actum eſt, iam bina uerba aguntur. Perimus actum eſt, uerba ſunt deſperatiōis. Nam actum eſt, dicitur in ea re de qua iam lata ſit ſententia. Eloquere obſecro te, bene eloquere, nam conantur tantū quod nec explicatur, nec intelligit, cui uitio contraria uirtus eſt eloquentia, iam plus hic geſtu quā dictu agitur, q ut ſupra diximus, & laſſus eſt qui nunciat, & integratur dolor nuncij, quū apud illam loquitur, ad quā maxime calamitas pertinet, qđ dolore uox plærūq; ſubtrahit atq; ſingultus, & ſimul dat ſignū perditarū rerū. Væ mihi miſeræ, interponitur mulieris adfectus nouo nūcio. Amare occœpit aliam, peius eſt amare occœpit, quā amat. Nam in eo quod dicit occœpit, argumenta mali metuenda ſignificat, ut in principijſq́; actum reſpiciunt, non ſtatim munitionē inſpectant, & occipit magnū facinus dixit. A lenone ipſus eripuit, ſic nunciat ut ultima peiora ſint, & his argumentis uult probare ꝙ immodice amauit Eſchinus, qui plus quā uirginem, idipſum quod pudor nec hortatur nec conſulit amat. Quid autē magis potuit impudēs eſſe, quā qui poſt honeſtum amorē ab lenone amet, hoc etenim ſignat meretricē. Ergo non honeſtum, ſed ab lenone nō per aliū ſed ipſus nec emit aut abduxit, ſed ob impatientiā ualde amantis eripuit. Neq; id occulte, ut qui celaret factum tanquā ſatisfacturus uxori uideretur, ſed palàm. Sciſne hoc certo? magnis malis non ſtatim creditur. Hoc ergo ex dolore dixit, ꝙ ſtupet audiens, non quia non habet fidem.

Hiſce

Hiſce oculis.* Aſſeuerantis. Ah ah interiectio eſt flentis.
* Me miſeram quid iā credas? mira affectio. Nam lachrymæ non ſinunt fi
nire ſenſum. Quid credas aut cui credas, fides aut perſonæ qualitate ſer-
uatur, ſi grauis perſona eſt cui credatur, aut ipſius rei qualitate ſi ea res
creditur, in qua fallere cui creditur aut nō poteſt, aut non debet. hic ergo
mire in utroq; iā fidem dixit nullam eſſe & in ꝑſona & in re, quod Vir-
gilius tranſtulit breuiſq; dixit. Nuſquā tuta fides, hoc eſt nec in re, nec in
perſona. Et hic ipſe in Heauton. Proh Iuppiter ubi nam eſt fides? Noſtrū
Eſchinū, noſtram uitā ἐκλειπτικός omnia, quia fletus impedit uerba,
deeſt aūt hoc feciſſe, uel quod tale eſt. Sitæ erant, ſitæ poſitæ, nam ſitum
eſt, quicquid in loco ſuo poſitū non euertitur. Qui ſe in ſuo gremio poſi
turum puerū dixit, ſi puer naſcerer, non quia marem naſci diuinabat, di
uinabat ad uotū ergo cupientis retulit puerū, non quia neceſſe eſſet ma-
rem naſci, & hæc omnia magno ſtupore dicunt ad exaggerendam per-
fidiam, illius cui creditur, & dolorē eorum qui crediderunt. Hera lachry
mas mitte ac potius ad hāc rem qđ opus eſt. Hinc Virg. Non lachrymis
h.t.e.ſ.i. ſentit aūt non lachrymis agendum, ubi conſilio opus eſt. Porrò
proſpice, porro in reliquū, deinde, uel in futurū, porro .n. ordinis & tem
poris aduerbiū eſt, non coniunctio. An mi homo ſanus ne es? hoc eſt ꝑ-
ſona nutricis legendum eſt, illa .n. diſſimulandā rem putat. Mi pro me-
us. An proferendum hoc tibi uidetur tua fama & gnatæ uita. ſ. tibi enim
crimini erit uitiatam eſſe filiam, illi etiam oberit, & utrū uitam ſalutē di
cit. In dubium, in periculū. Fateatur uitiaſſe filiam, & cōplexio diſpleu-
ros oratoria, in qua quod ſenſeris tollis, cogeriſq; quod ex altera parte
ſit, hoc eſt cōticere. Quapropter quoquo pacto, cōgrue & pro perſona,
& pro muliere hoc dictum eſt, eamq; in malis conſtantē eſſe demōſtrat.
Non faciā, non faciam dixit pro non tacebo, quaſi tacere aliquā actio-
nem habeat, ſed moralis ſignificatio eſt & cōmunis omibus, ſicut ad-
uocatum dicimus male feciſſe cum tacuerit. Peiore res in loco eſſe nō po
teſt, ſatis argute poeta inter Getam & Soſtratā ſententias ex perturba-
tione facit, quaſi in quo nunc iſta eſſet cauſſa nihil timēdum. Primū in-
dotata eſt, ratio ſubiecta eſt quū & indotatā pauperē modo dicit. Tum
quæ ſecunda dos ei erat, uidelicet, dari pro uirgine nuptū, & incerta di
ſtinctio eſt, etenim erat bis ſubaudiendū, dari autē nuptum non poteſt
iungēdum, ſed pro uirgine dari nuptū, diſtinguendū eſt, ut pro uirgine
ideſt uirgo ut nunc plane eſt pro noua .i. noua, hęc ergo nec uirgo, nec ꝓ
uirgine nubere poteſt, nō uirgo, quia uitiata eſt, nec pro uirgine, qa res
diffamata eſt. Sin inficias ibit. ſi negabit. Teſtis eſt mecū annulus, locu-
tio ha c ſic capienda eſt, hoc eſt annulus pro me teſtis, uel ſic. Annulus
mecum teſtes ſumus, ſed melius qđ ſupra. Poſtremo quando ego con-
ſcia mihi ſum, quando pro quoniā, uel quando pro quidē. Neq; rem ul-
lam, hoc eſt internunciū, pactum donum, aut ꝓmiſſum, & bene totum

execratiue

execratiue dixit,ut alīj facinore abhorreant. Illam filiā.ſ.experiar,apud
iudices agam. Quid iſtuc? uerbum eſt ægre cōſentientis.q.d. quid reſi-
ſtam. Accedo ut melius dicas.i.ut conſentiā ueluti melius potens ſis di-
cere. Quantum potes.i.cito abi. Atq; Hegioni, apud Menandrum So-
ſtratæ frater inducitur. Huius filiæ ſuæ.ſ. Simulus,nomē patris puellæ,
diminutiuū à Simo,uel Simone,& nota nomen in palliata fabula latine
diminutiuū. Simulo fuit ſummus,an ad cognatū, an ad amicum refert.
An abſolute ponit,ut in Eunucho. Plurima ſalute ſummū ſuum impar-
tit Gnato. Et nos coluit maxime,& miſerabilius coluit dictū eſt, quā ſi
diceret colit. Virg. Per caput.h.i.&c. Colere em̄ maioribus & minori-
bus conuenit ut poſt habita coluiſſe ſamo. Nos monoſyllabū finit uul-
tuoſam exprimens pnunciationē. Tu mea Canthara, triſtis ac ſeriæ fœ-
minæ blandimentū eſt mea,potius quā pnomē poſſeſſiuū, deeſt em̄ cha-
ra. uel quid tale, quo addito pnomen ſtaret mea. Curre, mire dictū eſt
ancillæ curre. Vt cum opus ſit.i.cum adeſſe cœperit partus. Ne in mora
nobis ſiet. locutio qualis ſupra.

ACTVS TERTII

SCENA TERTIA.

Senarīj omnes.

DEMEA

DIſperīj. Cteſiphonem audiui filium
Vnà affuiſſe in raptione cum Aeſchino.
Id miſero reſtat mihi mali, ſi illū poteſt,
Qui alicui rei eſt, etiam eum ad nequiti-
am adducere.
Vbi ego illum quæram? credo abductum in ganeum
Aliquo, perſuaſit ille impurus, ſat ſcio.
Sed eccum Syrum ire uideo, hinc ſcibo iam ubi ſiet.
Atq; hercle hic de grege illo eſt, ſi me ſenſerit

Eum quærítare, nunquam dicet carnufex.
Non oſtendam me id uelle:

DIſperij, Cteſiphonem audiui filium. Hic oſtendit qđ ſeueri homines ac recti, & honeſti, tenaces, uel ridiculi ſunt uel odio habētur, quoquò acceſſerint. Magno autem adfectu, & quaſi clamãtis addidit filium, quaſi cauſſam redderet cur dixerat diſperij. Vna fuiſſe in raptione eum Eſchinū œconomia in qua oſtenditur quantū cōmouebitur Demea ipſa re cōperta, cum ex parua rei ſuſpitione tantū ſe adficiat. Raptio autem ad pſonam refertur. Rapina ad rem. Raptus ad ſtuprū ſi proprie uolumus loqui. Id. m. re. bene reſtat, tanquã iam ſummū malum ſit Eſchinū eſſe corruptum, & miſero mihi, quaſi qui nihil neſciat nihil curante Mitione. Illum ſi poteſt non dubitat uelle, & ideo dicit poteſt. Qui alicuius rei, recte em̄ hoc ſupra dixit, non fratrē rei dare operã ruri, eſſe parcum ac ſobriū. Etiam eum ad nequitiã abducere. quaſi inuitum dixit nō uocare, ſed abducere, ducimus em̄ uolentes, ſed abducimus inuitos. Nequitia em̄ proprie libidinoſa inertia dicta eſt, quod nihil queat, nulliq; rei apta ſit, unde & nugæ quod nihil agãt, uel nō agendo. Vbi ego illum quærã. c. a. non eſſe ſed abductū eſſe, quaſi adhuc culpa nō ſit illius. In ganeum, ueteres ganeū meretricum tabernã dixerūt. ἀπὸ τῆσ γῆσ quod ipſa ſit in terra, non ut cœnaculo ſuperius, unde taberna quaſi trabea, à ualidioribus dicta trabibus. quibus ſuperiora ſuſpenſa ſunt. Perſuaſit ille impurus. ſuademus facilia, pſuademus difficilia, & ſuadere facientis eſt, perſuadere perficiētis. Impurus pro improbo ponitur apud Terentiū. & hic quoq; excuſata uolũtas eſt Cthesiphonis, cui à maiore fratre & improbo ingeſta ſit perſuaſione nequitia. Sed eccum Syrum ire uideo, ire, & abire & uenire ſignificat. Ire uideo. ire p uenire, ut Nec uero Aeacidem, nec ſum lætatus euntem. Atq; hercle hic de grege. figura. * Hic de grege illo eſt, ordo uel bonorum uel malorū grex dicitur, & grauiū, ut equeſter ordo. ſenatorius ordo. Etiã grex uel bonorū uel malorum eſt. ut Cic. in his bonis. g. o. al. om̄es impuri impudiciq; uerſantur. Quæritare. inſtanter quærere. Carnifex pro ganeo poſitum eſt. Non oſtendam id me uelle, ſcilicet ſcire ubi ſit.

*

ACTVS TERTII

SCENA QVARTA.

Eiuſdem

Eiuſdem numeri ſunt.

SYRVS. DEMEA.

Omnem rem modo ſeni
Quo pacto ſe haberet enarramus ordine
Nihil quidquam uidi lætius. D. proh Iupitèr
Hominis ſtultitiam. Sy. collaudauit filiū
Mihi, qui dediſſem conſilium, egit gratias.
De. Diſrumpor. Sy. argentum adnumerauit ilico
Dedit prætereà in ſumptum dimidium minæ,
Id diſtributum ſanè eſt ex ſententia. De. hem,
Huic mandes, ſi quid recte curatum uelis.
Sy. Ehem Demea, haud aſpexeram te. quid agitur?
De. Quid agatur? noſtram nequeo mirari ſatis
Rationem. Sy. eſt hercle inepta, ne dicam dolo, atq;
Abſurda, piſceis cæteros purga Dromo,
Congrum iſtum maximum in aqua ſinito ludere
Pauliſper, ubi ego uenero, exoſſabitur,
Prius nolo. De. heccine flagitia? Sy. mihi quidē non placēt
Et clamo ſæpe, ſalſamenta hæc Stephanio
Fac macerentur pulchre. De. Di uoſtram fidem,
Vtrum ſtudio ne id ſibi habet, an laudi putat
Fore, ſi perdiderit gnatum? uæ miſero mihi,

Mire faceto & callido cōmento eludit Demea ne Cteſiphonis peccatum reſciſcat.

Macerare mollire ſicut triticū Columella macerādum dixit

& gēmas aceto maſcerari Pli. & pleraq; alia.

Videre uideor iam diem illum, cum hinc egens
Profugiet aliquò militatum. Sy. ò Demea
Iſtuc eſt ſapere, non quod ante pedes modo eſt
Videre, ſed etiam illa quæ futura ſunt
Proſpicere. De. quid? iſtæc iam penes uos Pſaltria eſt?
Sy. Eſt iam intus. De. eho, an domi eſt habiturus? Sy. credo, ut eſt
Dementia. De. hæccine fieri flagitia? Sy. inepta lenitas.
Patris & facilitas praua. De. fratris me quidem.
Pudet, pigetq;. Sy. nimium inter uos Demea,
Ac non quia ades præſens dico hoc, pernimium intereſt,
Tu quantus quantus, nihil niſi ſapientia es.
Ille futilis, ſomnium. ſineres uero illum tuum.
Facere hæc? De. ſinerem illum? an non ſex totis menſibus.
Prius olfeciſſem, quàm ille quidquam cœperit?
Sy. Vigilantiam tuam tu mihi narras? De. ſic ſiet
Modo, ut nunc eſt quæſo. Sy. ut quiſquam ſuum uolt eſſe ita eſt.
De. Quid, eum uidiſtin hodie? Sy. tuum ne filium?
De. Abigam huc rus. Sy. iam dudum aliquid ruri agere arbitror.
De. Satin ſcis ibi eum eſſe? Sy. oh, qui egomet produxi. De. optume eſt.

Metui

Metui ne hæreret hic. Sy. itaq; iratum admodum.
De. Quid autem? Sy. adortus iurgio fratrem apud forum
De Pſaltria iſtac. De. ain' uero? Sy. uah, nihil reticuit.
Nam ut numerabatur forte argentum, interuenit
Homo de improuiſo, cœpit clamare, Aeſchine
Hæccine flagitia facere te? hæc te admittere
Indigna genere noſtro? De. oh, lachrumo gaudio.
Sy. Non tu hoc argentum perdis, ſed uitam tuam.
De. Saluos ſit ſpero, eſt ſimilis maiorum ſuum. Sy. hui.
De. Syre præceptorum plenus iſtorum ille.
Sy. Philoſophos domi habuit, unde diſceret. De. fit ſedulo
Nihil prætermitto, conſuefacio, deniq;
Inſpicere, tanquam in ſpeculum, uitas hominum
Iubeo, atq; ex alijs ſumere exemplum ſibi.
Hoc facito. Sy. recte ſane. De. hoc fugito. Sy. callide.
De. Hoc laudi eſt. Sy. iſtæc res eſt. De. hoc uitio datur.
Sy. Probiſſime. De. porrò autem. Sy. non hercle otium eſt.
Nunc mihi auſcultandi, piſceis ex ſententia
Nactus ſum, hi mihi ne corrumpantur cautio'ſt.
Nam id nobis tam flagitium? quàm illa Demea
Facere uobis quæ modo dixti. & quod queo
Conſeruus ad eundem illis præcipio modum,
Hoc ſalſum'ſt, hoc aduſtum'ſt, hoc lautum'ſt parum,

Illud recte, iterum ſic memento. ſedulo
Moneo, quæ poſſum pro mea ſapientia.
Poſtremo tanquam in ſpeculum, in patinas Demea
Inſpicere iubeo, & moneo quid facto uſus ſiet.
Inepta hæc eſſe nos quæ facimus ſentio.
Verum quid facias? ut homo'ſt, ita morem geras.
Nunquid uis? De. mentem uobis meliorem dari.
Sy. Tu rus hinc abis. De. recte. Sy. nam quid tu hic agas,
Vbi ſi quid bene præcipias, nemo obtemperat?
De. Ego uero hinc abeo, quando is, quãobrem huc uenerã,
Rus abijt. Illum curo unum, ille ad me attinet,
Quando ita uolt frater, de iſtoc ipſe uiderit.
Sed quis illic eſt, quem procul uideo? eſt ne hic Hegio
Tribulis noſter? ſi ſatis cerno, is hercle'ſt. uah, homo
Amicus nos iam inde à puero. Dij boni,
Næ illiuſmodi iam nobis magna ciuium
Penuria'ſt homo antiqua uirtute, ac fide,
Haud mali quid ortum ex hoc ſit publice.
Quàm gaudeo, ubi etiam huius generis reliquias
Reſtare uideo. uah, uiuere etiam nunc libet.
Opperiar hominem hic, ut ſalutem, & colloquar.

Omnem

OMnem rem quo pacto ſe haberet enarramus ordine, hoc recte, quia dixerat Mitioni ſic, quicqd eſt uolo ſcire, atq; hominē conuenire ſi apud for; eſt, & enarramus pro enarrauimus. ut om̄is homo ſumat neptunia troia, & ordine bene, quia ſimpliciter fatetur. Fallax autem, & captioſa narratio eſt quod timemus fateri. Nihil quicquã. u. l. quartum parelcō. Hominis ſtultitiã. ſ. quia lætatur ignorãs ubi Eſchinus ſit. Collaudauit. ſ. plus additum eſt. non em̄ ſolum non accuſauit. ſed & collaudauit. Diſrumpor. mire, his enim uerbis cōmouetur collaudauit & egit gratias, & uide auxeſim ſtomachi reſeruatã. Argentum enumerauit. contra illud eſt. Cur tu his uerbis ſumptū ſuggeris? Id diſtributū ſane eſt ex ſententia. diſtributū in diuerſa tributum. i. diſpertitū per pulmentaria. Huic mandes ſi quid recte curatū uelis. ironia eſt maioris ſtomachi, quia ille dixit ex ſententia diſtributū ut indicat Demea, nō diſtributū. dilapidatum. ſic alibi. Columē familiæ bonæ cuſtos ſalue. Hem Demea. hem interiectio eſt cōmoti & quaſi perculſi re ſubita & noua. Quid agitur? blandientis eſt non interrogantis. ut alibi. Quid ſit? quid agit? Nequeo mirari ſatis. mira ſunt & illa quæ uehementer praua ſunt, & ideo mirari pro horrere & rephendere poſitū eſt. & rationem dixit malam, cum non ſit ratio niſi bona. ſed hic loquitur populus. Eſt hercle in, hoc ad ſenem. Ne dicam. d. ne mētiar. i. ex cōtrario dicere uidear, ſed ut ſedulo dicam. Atq; abſurda, ineptū eſt ſtultum tantū. Abſurdum qđ & ſtultum eſt, & in ipſa ſtultitia diuerſum, & quaſi repugnans ſibi, ſic ergo locutus eſt ut uideatur ineptã rationem ad Eſchinum referre. Abſurda ad Mitionē, quem iam fieri ſtultum contrariū ſenectuti eſt. Congrum. i. m. diaſtole. quia erant alij nō maximi, ut econtrario. Anguisq; minor, quia eſt maior. Nam iſtū quod ait, dicticon eſt, uidetur. n. oſtendere digito quem dicat. In aqua ſinito. l. p. ſic oſtenditur bene obſonaſſe qui uiuos attulit piſces, nam nō ludit piſcis niſi uiuus. Volo prius, ſuperbe & pro auctoritate non dicit oportet, ſed uolo, ſubauditur enim purgari eum, & nihil ex corruptelæ acceſſurum piſci ex eo oſtendit, quod ait ludere, hoc eſt uiuere & nō læſum uiuere, nō. n. dicit natare, quod etiam poſſunt languidi piſces. Ipſe inſuper planum fecit quid ſit purgari dicendo exoſſabitur. Purga igitur, exoſſa ſignificat, non ut quidam exoſſabitur, comedetur. Mihi quidem nō placet. plus hoc ad ſenem, & uide quàm totū ſuperbe, & confidenter dixerit ob amicitiã omniū dominorum excepto uno Demea, quē tamen de illis cōtemnit. Salſamenta. hoc ad diſcipulū. ſalſamenta. ut ſalſi piſces ſunt, aut laridum. Salſamēta hæc Stephanio. in tota comœdia opera dãda eſt ut ſtomachetur Demea, excepto quod ſe ipſe in fine cōmutat, hęc ergo cauſſa eſt quare Syrus quoque illi obijcitur magnifice inferens ſe, ut luxurioſum licentemq; ſeruū,

præſertim

præſertim qui adoleſcentũ pedagogus fuerit. Vtrum ſtudióne aut, ordo
eſt, utrũ ne, aut eſt parelcon tertiũ, aut uero per eclypſim accipitur, qua-
ſi dicat utrum eſt, aut utrũ uerſum eſt. Quod qui accipit utrũ ſtudióne,
ſubdiſtinguat & ſeparet à ſequentibus neceſſe eſt, aut utrum ſuperuacu-
* um eſt, aut ne aut certe. * figura eſt. pro utrum ne. Studio
ne id ſibi habet. ſi ſciens lædit filium. Laudi putat. quia decipit. Si perdi-
derit gnatũ. & magno adfectu, nõ dixit Eſchinum, & mire non addidit
cuius natũ. Veh. miſero mihi. hoc eſt quod ſupra dixit, ægre eſt alienus
non ſum. Videre uideor iam illum diem. illum dixit, quaſi quendam tri
ſtem ac funeſtum. Quod ante pedes eſt uidere. hoc ſumpſit poeta de illo
in Syrum promulgato ancillæ dicto. Quod ante pedes eſt nõ uidet. cœli
ſcrutatur plagas. ſed etiã illa quæ futura ſunt. magis ridicula eſt aſſenta-
tio ſi quis maxime laudetur quibus maxime caret. Quid iſtæc iã penes
uos Pſaltria eſt. dicendo iſtac oſtendit iã, dudum ſe hac indignari. Eſt iã
intus. ut ellum; confidens, carus. An domi eſt habiturus, proprie; quia
haberi uxor dicitur, & haberi mulier cũ coit. Credo ut eſt dementia. ſic
in Eunu. Eam ſe incedit eſſe ut eſt demẽtia. & nominatiuus caſus eſſe po
teſt & ablatiuus, præditus, aut quid tale ſubaudimus, ſed melius nomi-
natiuum accipimus caſum. Inepta lenitas patris & facilitas praua. leni-
tas ad permittendum, facilitas ad ignoſcendum, ſic quidam, ſed ego le-
nitatem ad Mitionẽ refero, qui hæc leniter patitur, facilitatẽ ad Eſchinũ
cui hæc per licentiã facilitas datur. Prauum aũt eſt quod & ipſum lædit
facientem. Malum quod alios tantũ. Fratris mei &c. pudet in his quæ
turpiter facit, piget in his quæ cũ damno ac malo. pudere etiã ad dede-
cus, pigere ad dolorẽ refertur. pudet quod turpe eſt. piget quod dolet.
Nimium inter uos Demea * nunc. n. redditum eſt quod ſu
pra dicebatur, & præterea repetendo nimiũ confirmauit ſuperius di-
* ctum & * non ſoluit. Tu quantus. i. quantuluſcunq;. Nihil ni-
ſi. ſ. ridicule prius, prius additum nihil, quã quicquam laudis nomine,
deinde ſi ſapiens dixiſſet, nõ tanta eſſet irriſio. * ſed ſtul-
tus. Nihil niſi. ſ. es. ille ſomniũ, nec tu ſapiens ſed ſapientia, nec ille ſom-
niculoſus ſed ſomniũ hyperbole. Sineres illum. t. ab argumento fabulæ
repetit. Sinerẽ. ironicos interrogat. Totis ſex men. totis quaſi longi ſint
i. integri. ut ne unum quidem diem minus à ſex menſibus ſciat ꝙ cœptu
rus ſit filius, nimis comica & moralis aſſentatio. Quam ille quicquam
cœ. multum dixit & ante ſex menſes, & olfeciſſem, ſed priuſquã cœpe-
rit non olfecit, & totũ ridicule. Nam quid olfeciſſet, qui nõdum quicquã
ſcire cœpiſſet, cuiuſq; naribus nihil obiectum fuiſſet. Nam ideo nares à
naritate dictæ ſunt, quod nos odoratu doceant præſto & prope eſſe, qđ
adhuc oculi nõ uident. Vigilantiã tuam. tu. m. n. ideſt quã maxime ſcio.
Sic fiet. m. ut. n. eſt. nõ. dicit qui. ſed reſpice ad argumentum, & uidebis
hæc optantẽ Demeam. Vt quiſq; ſuum. u. e. i. eſt. hæ ſcientiæ ſemper ſunt
hyperbolicæ, & pro perſonis ridiculæ. Plau. in milite glorioſo, Nimia
eſt mi-

eſt miſeria nimis pulchrum eſſe hominē. Quid eum uidiſtin.h. quid eū? initium interrogationis futuræ de pſona. Sic in Heau. Sed Syrum quid ne mecum. Tuum ne.ſ. hoc clare tuum ne filium. Moris eſt ut q cogitat, quod reſpondeat interrogatione remoret. Abigam.h.r. ut pecudem dixit abigam, non ut hominē mittam. Abigam hoc lentius. & abigam dixit, unde abactores dicti ſunt. Cice. in uer. Quarū greges iſtum abigendos curaſſe. Iamdudum aliquid.r. hoc clare aliquid ruri agere arbitror, hoc plus eſt quā illic eſſe, uult em̄ cum laude eius loqui, ut ſupra rei dare operam ruri eſſe parcum ac ſobriū. & agere proprie dixit, nam ab agēdo ager dictus eſt, quod in eo multa agēda ſunt. Quem egomet pro. mutata ꝑpoſitione, nō deduxi, ſed produxi dixit. i. porro duxi. Metui em̄.h & hæc trāslatio ut ſubleuet Cteſiphonē, ita Eſchino inuidioſa eſt, nam hæret non animo nec uoluntate, ſed uiſco decipientis aucupis. Quid.a. quid quare, uel ob quā cauſſam. Virg. Quid ueniat, cui contrariū in ſignificatione id quod te oro. Nihil.r. mirū em̄ minorem fratrē, non pepercisse maiori, nec tacuiſſe quicquid erat opus. Cœpit cl. κφικος totū, & cœpit & clamare, & quod ſequitur adortus iurgio eſt. Aggredimur de longinquo, adorimur ex inſidijs, & ex proximo. nam adoriri eſt aliquē oriri. i. exurgere. De Pſaltria iſta c. hic mire ſenē imitatus eſt & memoriter, q a ille dixerat, Quid iſta etiā Pſaltria apud nos. Interuenit homo de improuiſo. interuenire eſt medio negocio quaſi ex inſidijs ſuperuenire, & opprimere in ipſo actu eos qui rem celatā uellent, & uide quàm oratorie narret geſtione rei quæ nunquā facta ſit. Eſchine hæccine flagitia facere te, fides eſt, & accuſatio à perſona, & uide pondus in nomine Eſchini. Hæc admittere, auxeſis. nam plus eſt admittere quā facere. hęc admittere indigna, pronum eſt hæc ſtatim credere Demeā de eo quē ſuperius laudauerit, & non uidet fratrē rei dare operā, ruri eſſe parcū & ſobriū, unde mira poetæ arte & initia, & media, & poſtrema ſibi cōgruunt atq; reſpondent. lachrymo præ gaudio. immoderata lætitia maxime parentū lachrymas habet, recte ergo additū eſt gaudio, quia lachrymæ ſolum mœrorem ſignificant. Non tu.h.a.p. ſed uitam tuam, hæc figura oratoria * dicitur, & ſimul oſtenditur nō eſſe mediocre qđ factū eſt. Hui. quaſi admiret̄ ipſe quē narrat. Syre ꝑceptorꝫ plenus eſt iſtorū. uide Demeā nō deſinere culpam Eſchini in Mitionē conferre, cū more contrario ꝑceptorꝫ ſuorū uult eſſe qđ ſapit Cteſipho. & eorū quæ dijs licet, ut alibi. Non tu argentū ꝑdis. Hui interiectio mirātis eſt. Domi habuit unde di. unde. i. de quo. Fit ſedulo. * dictū eſt. Fit ſedulo. ſine dolo. i. inſtanter, quia negligentes doloſi dicuntur. Inſpicere. t. in. ſ. u. h. utrum uidendum an recte ſpeculādum induxerit, cum alienas uitas dicit inſpiciēdas eſſe, niſi forte hæc ad cauſſam admouēdi ſpeculi, non ad effectum referremus, nam cauſſa inſpiciendi ſpeculi emendatio eſt uultus, effectus formæ per imaginē reſultantis, Hoc laudi eſt, hoc uitio datur, *

tio datur, non philoſophice, ſed ciuiliter monet. nō em̄ dixit hoc bonū, ſed hoc laudi eſt, nec hoc malum, ſed uitio datur, ergo ut idiota & comicus pater, non ut ſapiens & p̄ceptor. Callide, callidus dictus eſt qui exercet doctos. callidus dicitur qui callidum ſibi uſum artis duxerit. Iſtæc res eſt. non quā rem gerit Mitio. non em̄ utilem agit, & ſignificat hoc uerum, hoc utile eſt. Porro autē proprie delinitus erat Demea contra inſtitutum argumenti, artificioſe igitur poeta ſubiecit ex perſona ſerui, unde illum ad amaritudinē prouocat. Porro autē. aut uero & huiuſmodi principia narrationū ſunt, quibus ſuperiora ſequētibus cōnectuntur. Nam id nobis. t. fl. eſt. non dixit peccatū irridens ſenem. ſed flagitiū, & qd eſt flagitium corrump' piſces uel talia? Quod. q. quod poſſum, ſed ſic maluit dicere, ut alludeı item ſe de ſua arte feciſſet Syrus, & hac re oſtendere nihil ab illo dici ſerio. Quod. q. a. coquēdo ſumpſit, ſic & infra, ſedulo moneo quæ poſſum p̱ mea ſapiētia. & Cic. dictū refert in eum, qui coqui filius ſecum cauſſas agebat, tu quoq; aderas huic cauſſæ. Nam apud ueteres coquus non. p. c. literā ſed p. q. ſcribebāt. Ad eundem iſtuc. p. m. argumentatio ad deridendū Demeam omniū quæ ſerio ille ſupra dixerat. Hoc ſalſum eſt, hoc aduſtum, hæc contexte, & cōiuncte dicūtur, qa non uiciſſim Syro aſſentatur ſenex. Pro. m. ſ. ſapientia dixit, quia condimentum guſtu ac ſapore tēperant coci. Inſpicere. i. &. m. quod opus eſt. f. ſiet. & hic ſpeculum non ad imaginē uultus, ſed ad contuitū contrapoſitæ rei retulit. Nos quæ. f. non coci, ſed Mitio, Eſchinus, familia, an nos pro domino poſuit. an nos pro ego & melius. Sentio cum dilatione, & uultuoſe dicendū ſentio. Verum quid. f. quid facias pro qd faciat unuſquiſq;. ſ. Vt homo eſt. ita morē geras, utrum aptū prouerbium ſit ſeruis an amicis. Vt eſt. Obſequiū amicos ueritas odium parit, & hæc ſentētia modo uelut querelā demiſſa uoce proferēda eſt. Mentem nobis meliorem dari. *   uis reſpondit agreſti feritate. nō reſpondendum erat recte, aut ualeas, ſed hic ne uel abiens blandus eſſet, pro ſalutationibus ipſis amaras ſupponit, & memēto etiam hunc eundem inſalutatum relinquere, qui aduenieus pauloante nec ſalutauerat nec reſalutauerat fratrē. Meliorem autē pro bono ac tollerabili poſuit. non em̄ bonam credit, ut meliorem optet. Virg. Dĳ meliora pĳs. e. m. r. p. n. Tu rus hinc abis. uult Syrus noſſe an eat, nam quid agis addidit hortādo ut quāprimū abeat. Tu rus. h. a. qui cōſuetudinis memor eſt animaduertit has interrogationes nō inquirendi cauſſa poni, ſed admonitionis loco eſſe apud eos quos uelimus abſcedere. Sic igitur interrogat ut hortatur, & ſic pronūciat ut & fiat, & approbetur qđ facit. Quādo is. q. noua locutio, i, quāobrem, pro is propter quā, & ſic alibi, In eo me oblecto ſolum. i. carum mihi. Illum. c. u. unū cum exceptione, & tamē ſic loquitur, ut adpareat illum non poſſe ſibi imperare obliuionē Eſchini, nam idcirco addidit. Quando ita uult frater, de iſto ipſe uiderit, amare cœpit, & ideo tenet, nam ambos amare propemodū repoſcere illum quē dediſti.

Quis illic quem uideo procul? eſt ne Hegio? inuenta cauſſa eſt cur non
abeat Demea propter reliquā fabulæ partē, & ſimul aliud additur quo
indignetur. bene autem dubitat & familiā ciuem, & multū abſens à cō-
ſpectu ciuium. Nę illiuſmodi magna nobis ciuiū penuria eſt, nę ualde.
Illiuſmodi, cuiuſmodi eſt Hegio. i. equalis, & magna œconomia. Senex
laudatur ut poſtulationi eius ſtatim adſit fides. Haud ſcio mali quid or-
tum ex hoc ſit publice. utrum hoc optādum eſt ne moriatur, an eſt teſti-
monium uitæ hominis nunquā obfuturi reipub. Vbi etiam huius gene-
ris paucos, ac raros bonos. nam reliquias pro relictis paucis dixit. ideo
reſtare etiā dictum eſt. Viuere etiam nunc libet, ex hac delectatione oſtē-
ditur Demea & quā peccātibus ſit amarus ac ſæuus, & quā facile accu-
ſationi huius tanquā graui teſtimonio crediturus ſit Demea, & quantū
doliturus ſuper Eſchinum qui diſpliceat talibus uiris.

ACTVS TERTII

SCENA QVINTA.

Senarij omnes.

HEGIO. GETA. DEMEA.

PRoh Di immortales, facinus indignum
Geta
Quid narras? Ge. ſic eſt factum. He. ex
illan' familia
Tam inliberale facinus eſſe ortū? o Eſchi
Pol haud paternum iſtuc dediſti. De. uidelicet, (ne
De Pſaltria hac audiuit, id illi nunc dolet
Alieno, pater is nihili pendit, hei mihi,
Vtinam hic propè adeſſet alicubi, atq; audiret hæc.
He. Ni facient quæ illos æquum 'ſt, haud ſic auferent.
Ge. In te ſpes omnis Hegio nobis ſita eſt,

Epitaſis palàm fiet Aeſchini peccatum

Te ſolum habemus, tu es patronus, tu pater,
Ille tibi moriens nos commendauit ſenex,
Si deſeris tu, perimus. He. caue dixeris,
Neq; faciam, neq; me ſatis pie poſſe arbitror.
De. Adibo, ſaluere Hegionem plurimum
Iubeo. He. te quærebam ipſum, ſalue Demea.
De. Quid autem? He. maior filius tuus Aeſchinus,
Quem fratri adoptandum dediſti, neq; boni
Neq; liberalis functus eſt officium uiri.
De. Quid iſtuc? He. noſtrum amicum noras Simulum:
Atq; æqualem? De. quid ni? He. filiam eius uirginem.
Vitiauit. De. hem. He. mane, nondum audiſti Demea
Quod eſt grauiſſimum. De. an quidquam eſt etiã amplius?
Collatione amplificat. He. Vero amplius, nam hoc quidem ferundum aliquo modo'ſt,
Perſuaſit nox, amor, uinum, adoleſcentia,
Humanum'ſt. ubi ſic factum, ad matrem uirginis:
Narratio. Venit ipſus ultro, lachrumans, orans, obſecrans,
Fidem dans, iurans ſe illam ducturum domum.
Ignotum'ſt, tacitum'ſt, creditum'ſt, uirgo ex eo
Compreſſu grauida facta eſt, menſis hic decimus eſt,
Ille bonus uir nobis Pſaltriam (ſi dis placet)
Parauit, qui cum uiuat, illam deſerat.

De. Pro

De. Pro certon' tu iſtæc dicis? He. mater uirginis
In medio eſt, ipſa uirgo, res ipſa, hic Geta
Præterea, ut captus eſt ſeruulorum, non malus,
Neq; iners, alit illas, ſolus omnem familiam
Subſtentat, hunc abduce, uince, quære rem.
Ge. Immo hercle extorque, niſi ita factum'ſt Demea
Poſtremo non negabit, coràm ipſo cedo.
De. Pudet, nec quid agam, neq; quid huic reſpondeam
Scio. Intus. Miſeram me, differor doloribus,
Iuno Lucina fer opem, ſerua me obſecro. He. hem,
Num nam illa quæſo parturit? Ge. Certe Hegio. He. hem,
Illæc fidem nunc ueſtram implorat Demea.
Quod uos ius cogit, id uoluntate impetret,
Hæc primum ut fiant deos quæſo, ut uobis dicet,
Sin aliter animus ueſter eſt, ego Demea
Summa ui hanc defendam, atq; illum mortuum.
Cognatus mihi erat, unà à pueris paruoli
Sumus educati, unà ſemper militiæ, & domi
Fuimus, paupertatem unà pertulimus grauem,
Quapropter nitar, faciam, experiar, deniq; Incremen tum.
Animam relinquam potius, quàm illas deſeram.
Quid mihi reſpondes? De. fratrem conueniam Hegio,
Is quod mihi de hac re dederit conſilium, id exequar.

He. Sed Demea hoc tu facito tecum animo cogites,
Quàm uos faciſlime agitis, quàm eſtis maxumi,
Potentes, dites, fortunati, nobiles,
Tam maxume uos æquo animo æqua noſcere
Oportet, ſi uos uoltis perhiberi probos,
De. Redito, fient, quæ fieri æquum'ſt omnia.
He. Decet te facere. Geta duc me ad Soſtratam.
De. Non me indicente hæc fiunt. utinam hoc ſit modo
Defunctum. uerum nimia illæc licentia
Profecto euadet in aliquod magnum malum.
ἐπιφώνημα. Ibo, ac requiram fratrem, ut in eum hæc euomam.
He. Bono animo fac ſis Soſtrata, & iſtam quod potes
Conſolare. ego Mitionem, ſi apud forum'ſt,
Conueniam, atq; ut res geſta'ſt, narrabo ordine.
Si eſt facturus, ut ſit officium ſuum,
Faciat. ſin aliter de hac re eſt eius ſententia,
Reſpondeat mihi, ut quid agam quàm primum ſciam.

PRoh di immortales facinus. Hæc ſcena. fidē amici circa diffinitam maturitatē ſenilis orationis, & accuſationē eius quem lædere nolit ipſe accuſator cōtinet. Indignum facinus quid narras Geta, non ergo apud ſpectatores iterū fuerunt dicēda, quæ dicta ſunt, Illud tamen admirandum eiuſmodi Hegionis uerba induci qualia eſſe debuerant tantum prælaudati uiri eiuſdem Hegionis ac Demeæ. Quid narras. mirantis eſt nō interrogantis. O Eſchine pol haud paternū. mira maturitas, in qua neſcias utrum magis iniuriā illatam orbæ uirgini, an Eſchinum pec-

num peccaſſe plus dolet. ſeruatur. n. in Hegione q̃ uir bonus ſit & amicus. Tam illiberale factum. i. nõ odiſſe cui ſuccenſeas, laudare homines factum reprehendere. Haud paternũ iſtuc dediſti, deeſt facinus, & tu p̃feciſti, ſed ſic dicitur in re magna, ut dabit ille ruinas arboribus. De pſaltria hac audiuit, ſic errat Demea, ut intelligatur quantũ debeat iraſci in his, quę inopinata audiet. Videlicet de Pſaltria hac audiuit, uidelicet cõfirmatiuum eſt, ut uidelicet uidere licet, ſic ſcilicet, ſcire licet, illicet ire licet. Is nihil impẽdit. is abundat, ut in Heauton. Perij, is mihi ut abibit plus paulo ſua quæ narrat facinora? aut is pro ipſe, ſubiectiuum pronomen minus quã finitum. Vtinam. h. pro. a. quaſi nunc crediderit ſibi dicenti in ore eſt omni populo. Haud ſic. a. ſicut accepimus. Haud. ſ. a. an factũ ſuum auferẽt ſic. aut ſi correxerint culpã non ſilentium tacituros ipſos, uel ipſum quod factum eſt. Ni, ſi nõ ſignificat, dicti con eſt. Quæ il. æ. eſt ſubauditur ad ſuperiora per ſyllepſim intellectum. Haud ſic au. i. leniter abibunt, uel ſubtrahent culpam. Haud ſic auferent. ciuilis, & matura cõminatio, & eſt ſic dictum * demonſtratio geſtum cõtinens * leuiſſimæ ac prauę, immo magnæ ſignificatiõis. In te ſpes omnis He. ut narratio nõ fuerit neceſſaria, ita preces interponendæ ſunt. Tu es patronus. tu parẽs, patronus aũt temporale nomẽ eſt defenſoris, aut certe adpellatio eſt per quã oſtenditur, q̃ illi multus & obſequiũ debeatur, eſt. n. nomen ad aliquid, parens aũt ueri amoris nomen eſt, & æquali loco cõtinet interpretationẽ, & uide quàm uigilanter poeta ſuppliciter matronam de abſente Hegione loquentẽ induceret, Coluit nos dixit, quũ præterea ſeruus etiã ſupplex ad præſentem loquitur. Tu es patronus inquit Ille. m. t. c. n. ſ. ſeruus, magnũ ueritatis indicium addidit dicendo moriẽs nẽmo. n. moriens nõ uera loquitur, & ingentia, unde in iure ultima iudicia certiora ſunt. ſic & alibi. Mihi in manũ dat, mors continuo ipſam occupat. Si tu deſeris perimus, proprie quaſi patrono, nam ſocius deficit, parens prodit, patronus deſerit, ſic Salu. Poſt defectionẽ ſociorum & relatum. Virg. Vnius ob irã prodimur, & prodidiſti & te & illam miſerã & gnatũ, qui quidem interfuit. Plau. Qui liberos habent eos deſerunt. hinc & milites q̃ defenſores patrię deberent eſſe, deſertores eſſe dicunt hæc omnia magnã uim habent, ſed per ſingulas partes orationis conſiderentur ad cõmouendum precibus Hegionẽ. Et tu es patronus. ab honeſto tu es patronus, parẽs à iuſto. Si tu deſeris. p. & huic rei maxime reſpondet, oratorieq; illum maxime cõmouit. ut En ego uicta ſi tu, & tu pulſus ego alij * perimus * reſponſum putant. * Satis pie poſſe, deeſt facere. Neq; me ſatis. p. p. a. honeſta locutio, qua ſignificat quicquid fecerit pro pietatis debito illi merito parũ eſſe, ſenſus aũt hic neq; faciam quod nefas eſt, ut uos deſeram, nec hoc ipſum quod facio ſatis pium eſt pro tanta neceſſitudine, & bene addidit ſatis, ut & ſapiens nõ tamẽ ſatis. Saluere He. p. i. ita præuidit Demea, nõ præuiſus eſt, quia nõ oportuit illum audire quæ loqueretur Hegio, & ex illius iam

lius iam

lius iam uerbis indignationē moueri. Iubeo autē uolo ſignificat, ab eo quod ſequitur id quod præcedit, non iubemus.n.niſi quod uoluerimus & eſt Homericum * Maior filius tuus Eſchinus, artificioſa poſtulatio, in qua ſtatim Demea diceret, nihil ad ſe hanc querelā pertinere, quippe qui Cteſiphonē curare debeat, infertur cauſa cur nō diſſimulet pater, quia filius qui maior eſt, quia Eſchinus, ſiquid in eo nomine charitatis, quia fratri adoptiuus, qa bonus & liberalis, & contra hęc quibus laudatus eſt fecit, ſed neq; bonū, quaſi id quod eſt uelit quod eſſe debet, quia neq; liberali functus eſt officio boni uiri, quærendum inter bonum & liberalem quid interſit, an bonus eſt qui nō nocet, liberalis qui etiam prodeſt, an bonus qui nō peccat in facto, liberalis qui nec in uerbo. Quidni.i.quidnā * Quidni plus in ſe habet quā noueram. nam quaſi corripit dubitantē dicendo quidni. ut ſubaudiatur noueram. Filiam eius uirginē, uides quantū ualet iniuria, uel dignitas perſonarum, qui non cōtentus facinore perſonā credidit prępone̅dam. Hem interiectio eſt irati uehementer. quippe qui aliud uitium audiebat præter crimina quæ ſciebat. Quod eſt grauiſſimū, quia illud graue. An quicquā eſt etiam.a. amplius quātitatis, non ideo nondū etiam audis quod eſt grauiſſimū. Amplius.i.maius. Perſuaſit nox. amor, uinum adoleſcentia. Plau. in Bacch. quid hoc illecebroſius fieri poteſt nox, mulier, uinum hominibus. quid hoc illecebroſius homini adoleſcētulo, & hæc omīa ab impulſionis parte dicūtur, non ratiocinatione, ideo & pſuaſit dixit. nā inſtans perſuaſio impulſio dicitur. Vt ipſe alibi. Dum in du. eſt animus pau. mo. huc uel il. impel. Humanū. nihil tandem ea ſumptum cōſuetudine eſt, qđ non humanū, & hoc debere ſolemus ubi peccatum quidem nō negamus, ſed tolerabile eſſe dicimus. Perſuaſit nox, amor, uinum, adoleſcentia, hæc inferūtur * ut multa uideātur. Vinum. plus dixit quā ſi uinolentiā diceret, ut tu nihil niſi ſapiētia es. Ille ſomnum proximū. huic & ſimile eſt in Hecyra. Cum uirgine una adoleſcens. ut cubuerit plus potus ſe abſtinere ut potuerit, nō ueriſimile dicis, neq;. Virg. Bacchus & ad culpā cauſſas dedit. Vbi ſcit.f.i. intelligit, & ſentit quid ſupra future peccauerit, & qa qui impulſione peccat. non peccat ratiocinatiōe, hic locus illi rei occurrit, cur ergo tacuiſti? Orans, obſecrans, orare eſt placidos petere, obſecrare iratos rogare. Venit ipſe.u.l. mire ad matrē uenit ultro lachrymās. ne quid leniter aut mollius mulier tuliſſet, aut prope pactionē iniiſſe uideretur. Ignotū eſt. t.eſt. c. aſynthetō, ut ſolet per ſyntonomiā ſic loqtur, ut imus, uenimus, uidemus. Ignotum eſt autē quod ultro uenerat & lachrymans. at tacitū eſt quod orabat, & obſecrabatur at creditū eſt quod fidem dabat & iurabat, & honeſtius imperſonaliter quā ignouimus & tacuimus. ignotū autē quod ultro uenerat. Virgo.e.e.&c. hæc addidit ex uiliori uſu, ut inhoneſta patientia uirginis ad conceptū libido peruenerit, & præterea quia & hoc potuit dici, ille quidē uitiauit uirginē, ſed quid ſi ex alio con cepit

ſepit poſtea quæ iam grauida facta eſt, idcircó & à uitio uirginis tēpus oſtendit, ut cum facto ratio cōueniret. Ille.b.uir. ironiā indignātis in loco addita eſt uerbis ardentibus: Ille.b.uir.&c. cōcluſio. accuſationis & bonus uir, ironia quidē eſt ab eo poſita qui indignetur uirū bonum eſſe debuiſſe qui nō ſit, ut ſupra. Neq; boni neq; liberalis functus eſt officio, & ſimul conſidera quo nomine Eſchinū uocent uirum appellans.ſ. qui uult eius cætera eſſe promiſſa, & qui illū iampridem uideri maritū uelit. Nobis autē ex abundanti. * ad indignationē relatum eſt. Si dijs placet. bene interpoſitū eſt ad inuidiā. Si dijs placet.ſ.ꝑ quos iuratum eſt. Pſaltriam em̄ * ſicem̄ dicimus, & eſt conſuetudinis peruulgatæ. Illam deſerat.i. cui contrariū, dum uiuat obſtrictus eſt, & deſerat uirginē. Pro certon tu iſtæc dicis? hoc ideo non dicit, quia fidem non habeat narranti, ſed quia mira ſunt ſcelera. Mater uirginis in medio eſt, terribiliter ſatis in medio eſt, quaſi retineri nō potuit, nec cohiberi quin rem probet. Et p̄terea cum argumētorum genera duo ſunt non ſic in rebus manifeſtis, hoc ergo ſublatis ſupcilijs dicendum eſt in medio, nā lentius erat ſi diceret præſto eſt uirgo quæ in Eſch. reum teſtis, & crimen eſt, & ideo addit. Res ipſa.i. pōdus ueteri exactis ad pariendum mēſibus. Præterea ut.c.e.ſ. ad hæc intelligamus aliter dici non inertem Socratē, aliter non inertū ſeruum ſeruialis. aliter non malum Scipionē eſſe, aliter non malum ſeruū eſſe. Præterea.u.c. an captus, quantū capitur animus ſeruulus tantum non malus neq; iners Geta, an captus quemadmodum ſæpius aucupiū in ſeruis habendis bonum euenit, ut in captu auiū, uel piſciū, uel ferarum plurimū fortuna dominat̄, & hoc ideo quia ſeruū euenire bonum non ratione, aut natura, ſed caſu eſt, utpote in re rariſſima, ut ſicut captus eſt ſeruorū & euentus eſt in ſeruis ſuis. Captus eſt ſeruorū.i. ut ſe habet conditio ſeruorū. Afranius in ſimulante. Vt is ſeruorū captus eſt, facilime domo atq; noſtra familia prouēditur. Ego captus ſortē intelligo. Non malus.i. fidelis. Neq; iners .i. artem habens oratoriæ, futurū teſtem & indicē laudat, ſed ne improbe facere uideatur partius id facit. Non em̄ dixit bonus & ſolers, ſed qđ in ſeruo ſufficit, non malus neq; iners, & præferendi Getę hæc maxima cauſſa eſt, ne qd ꝑmittere uideatur in ſeruo pauperis atrocius fiat, & ſimul ut hæc. * non contriſtet Getā quem prius laudat dicturus. Hunc abduce, uinci, quære rem. Alit.i.ſ. duas res docet, & unde hæ uiuant, quod teſtimoniū pudicitiæ eſt & grauē teſtem poſſe eſſe Getam. Solus. incerta diſtinctio eſt ſolus, ſed melius & ſolus oēm familiā ſuſtentat, hoc uerbo tenuis uictus oſtendit̄, quod bene frugi eſſe mōſtratur in fœminis. Hūc ab.u.q.r. non multū ꝑmittit, utpote de alieno ſeruo, adeo Ge. plus de ſe largiretur, ipſe tamē tria poſuit, ut multa uidereī dicere. Hunc ab. ut tu uoluiſſe armari luſcorū edice maniplis. Nam poſtea è litera huiuſmodi uerbis aucta eſt. Hunc ab.u. bono ordine, & abduce ad hoc illud, ut nemo poſſit intercedere, & uinci & ne ſolutus, ut ſciat ſi

uerum ſeruus accuſet. Quære.r. latenter præter uincula etiã tormenta ſignificauit, nam hoc quære rem, pete rem, ueritatẽ ſignificat. Immo her cle extorque. * & bene ipſe de ſe plus aptius quàm largit. Extorque. multum dixit nõ torque, ſed extorque, torquemus eñ homi nem, extorquemus ueritatem. Pudet. aduerſus hoc dicit, & ꝑturbatus Demea maioris erit põderis. Pudet dictũ ſi me necaddas nec ſubaudias

¶ Differor. d. diuellor, diſcrutior, dilaceror, & proprie hoc genus qnerelæ conuenit parturienti, & cui uiſcera diſtenduntur, & ei quæ in expertum dolorẽ nunc primũ ſentiat. Iuno, Lucina fer opem. bona ꝓcu ratio poetæ, ut & uox parturientis pro teſtimonio ſuccedat ad inflam mandum Demeam, & nota puellas quæ in comœdijs honeſtæ ſunt, & ex amore dicuntur, aut nullã in ſe ſcenam eſſe, aut rariſſimã uocem. Fer opem. partui. Serua me obſecra. parturientẽ, duas enim res poſcit hæc præcatiò naſcentis & parturiẽtis ſalutẽ. Num nam quæſo illa parturit. illa. ſ. de qua ſermo eſt. Quid enim opus fuerat nomine. Illæc fidẽ nunc noſtram. hæc oratoria πλάσις eſt, non eñ uere rogat, ſed uideť hoc fa cere, & implorare eſt in malis poſitus cũ ploratu aliquẽ rogare. Quod uos ius cogit id uoluntate. artificioſe, ne totum ſimpliciter agendo diffi dere cauſſæ uideatur. Ius igitur legũ intelligiť. Deos quæſo ut uobis de cet. hoc eſt dixit. non ut puellæ utile eſt, ſed ut uobis placet. Vobis decet ὑμῖν πρέπει, & deeſt facere. Sin aliter animus eſt, officiũ amici exequiť in reddenda cauſſa. cur aduerſarius futurus ſit. Ego Demea ui defendã hanc, non dixit id quod eſt uos ulciſcar, ſed hanc defendam. Atq; illum mortuũ, idonea cauſſa eſt aduerſus uiuos querimoniã faciendo ꝓ mor tuo. ſ. quaſi in iure & officio ſuo locutus ſit, & exaggerauit culpã in Eſc. qui uidebatur in uno & eodẽ facinore uiuos mortuosq; læſiſſe. Cogna tus. m. erat cauſſa expoſita, iam agit Hegio de perſona ſua utrũ recte fa ciat, ut quã ꝑſonam inducit oſtendat habiturus, cum amicitiarũ duo ge nera ſunt, unum neceſſariũ. i. propinquitas ſanguinis, alterum volunta rium, quo nobis etiã alieniſſimi coniũguntur, Mitionẽ ſibi ac Demeam & uiuos & uoluntarios tantũ amicos eſſe. Simulũ uero mortuũ, & non ſolum uoluntate ſed neceſſitate amicũ fuiſſe coniunctum, in qua re & il lis non deerit, & his purgatus. Sed & cognatus mihi erat uultu adiuuat, quia à coniunctione incœptiua ſumpſit exordiũ. Cognatus mihi erat, officia multa contra officiũ unum Demeæ amicitiæ ac Mitionis. Paup tatem unà pertulimus. * & quia magis cõiungit malorum conſortium quã bonorum. Ita faciã, experiar deniq; animã, ſic dicit ne dicat uindicabo, qđ uult magis ſignificatũ eſſe quã dictum, & ne ei dice retur nihil poteris quod ad incipiendũ ſufficit dixit. Experiar animã, re linquam, modeſta cõtinuatio prius quod ſibi poſſit cõuenire dixit quã quod paſſurus ſit Eſchinus. Fratrem cõ. He. uultuoſe ꝓnunciandũ quod addidit Hegio. q. d. res in manu fratris eſſe conſtitutas, non mea. Quid

mihi

mihi reſpondes.reſpondere proprie dicitur cum lis intenditur,reſpon-
dere ẽm eſt priorẽ alloqui, quaſi reſpondere uerba fundere. Vt funditq;
has ore querelas.Reſpondere poſteriore loco dicere.Sed Demea hoc tu
facito. * ſupra habitæ cõminationis.Quàm uos facillime
agitis,ut & ſupra facilem uictum paret.& uide quã oratorie laudis ſum
pſerit argumenta ſuadendæ. Aequo animo.æ.n.opor. bene dixit æquo
animo,quia potentior & fortior contra naturã eſt æquitas.Redito.ꝓſe
quebatur eundem queãdmodum adparet ex uerbis.Decet te ſa.ſollici-
ta obſequela Hegionis ultima, in loquẽdo oſtendit in potentiorẽ perſo
nam contra Eſch.quo magis gaudiũ creſcit comœdiæ,quãdo tali ac tã-
to pauperior puella ſed tamẽ cupita iungetur. Non me indi. quia dixe-
rat ipſe ſentiet poſterius,& nimis dura cõpoſitio eſt,ſed apta iraſcenti.
Vtinam hoc modo ſi de. utinã deſperandi uim habet. Hoc.i.negocium.
ideſt in raptũ uirginis.Defunctum,finitũ.i.ut non peiora cõmittat.De-
functum,finitum.i.ne alterius peccet Eſch. Nimia il.li.quã illi dat Mi-
tio.Profecto euadet,per ardua & interrupta ueniet. Hoc euomam,non
effundam ſed euomã , utpote quæ me ægrũ faciunt qbus me leuabo cũ
langor ille egeſtus ſit,nam euomã hoc translatione ſignificat.

¶Bono animo.f.ſ.ſo.hi ſex uerſus in quibuſdã non feruntur.In hac ſce-
na iam uidetur locutæ Soſtratæ Hegio reſpondere. poteſt tamen & ipſe
incipere tanquã qui & rem nouerit,& mœrore eius moueatur.Bono.a.
f.ſ.ſ.meminiſſe debemus quod dixit.Duc.me.in.ad.ſ.& hoc intro in ꝓ-
ſcænio eſt.* non poſt ſcænã, nam aliud ſignificat eamus in-
tro,ubi dicitur intus deſpondebitur,intus tranſigetur,ſi quid eſt qđ re-
ſtet, illud enim interius agitur extra omne ꝓſcæniũ.Fac.ſ.ſ.ſis honorifi
ce additur uerbo,ne quid imperatiuo modo ꝓnunciatur ſuperbũ.dedu
ctum eſt autem à ſenatuſconſulto formulare,ubi aliquid ſenatuſcon.in-
iungit,addidit ſi eis uideat̃. Et.i.q.p.quia uox ipſa triſtem, & circa tri-
ſtem filium quod potes dixit.Fac con.duas res dixit,quas & ordine lo-
cutus eſt,& tu bonum habe animũ inquit,& filiam fac habere. Ego Mi
tionem,quia Demeã iam uidit.Si eſt facturus officiũ, hoc dicendo pro-
mittit eum eſſe facturum.nam facile eſt unumquemq; ſuo officio fungi.
Vt quid agam quamprimũ.mature neq; cõminatur,neq; ſegnem oſten
dit ſe fore.

ACTVS QVAR
TI SCENA PRIMA.

Tetrametri Iambici Trochaici mixti,
Dimeter unus.

CTESIPHO. SYRVS.

AIn' patrem hinc abiſſe rus? S. iam dudum Ct. dic ſodes. S. apud uillam'ſt,
Nunc eum maxume operis aliquid facere credo. Ct. utinam quidem,
Quod cum ſalute eius fiat, ita ſe defatigarit uelim,
Vt triduo hoc perpetuo prorſus è lecto nequeat ſurgere.
Sy. Ita fiat, & iſtoc ſi quid potis eſt rectius. Ct. ita, nam hunc diem
Miſere nimis cupio, ut cœpi perpetuum in lætitia degere.
Et illud rus nulla alia cauſſa tam male odi, niſi quia
Prope'ſt, quod ſi abeſſet longius,
Prius nox oppreſſiſſet illic, quã huc reuerti poſſet iterum,
Nunc ubi me illic non uidebit, iam huc recurret ſat ſcio,
Rogabit me, ubi fuerim, quem ego hodie toto non uidi die.
Quid dicam? Sy. nihil ne in mente'ſt? Ct. nunquam quicquam. Sy. tanto nequior.
Cliẽs, amicus, hoſpes, nemo eſt uobis? Ct. ſunt. qd poſtea?
Sy. Hiſce opã ut data ſit. Ct. quæ non data ſit? non poteſt fieri. Sy. poteſt.
Ct. Interdiu, ſed ſi hic pernocto, cauſſæ quid dicam Syre?
Sy. Vah, quàm uellem etiam noctu amicis operam mos eſſet da-

ſet dari.

Quin tu otioſus es, ego illius ſenſum pulchre calleo
Cum feruit maxume, tam placidum, quàm ouem reddo.
Ct. quomodo?
Sy. Laudarier te audit libenter. facio te apud illum deum,
Virtutes narro. Ct. meas? Sy. tuas. homini ilico lachrumæ cadunt,
Quaſi puero, gaudio. hem tibi autem. Ct. quid nam eſt?
Sy. LVPVS IN FABVLA.
Ct. Pater eſt? Sy. ipſus eſt. Syre quid agimus? Sy. fuge modo intro, ego uidero.
Ct. Si quid rogabit? nuſquam tu me, audiſtin? Sy. potin ut deſinas?

AIn patrem hinc abiſſe rus? Hic oſtenditur timiditas boni adoleſcentuli, & uertiſſe ad peccandum ex delicti conſcientia & reuerentia parentis adparet, ut eſt mos uerorũ patrum circa filios Syro Demeam deſcribente. Ain patrem abiſſe rus? cõpendio oſtenditur, quid ſit iam locuturus Syrus. Hunc autẽ maxime aliquid operis facere credo. uide quaſi * uerborũ Syri eſſe de opere loqui ſic. n. dicit & Demeæ. ſed illud falſo hoc ſerio. * Vtinam quidẽ apud uillam ſit ſubaudiendum & diſtinguendum antequã inferatur quod ſequitur. Quod. c. ſ. e. ſ. hoc eſt non odiſſe patrẽ. ſed tantũ timere ex proprio delicto ſeruatur. n. in eo & amor filij & amoris affectus. Vt triduo. h. p. quantũ ſufficiat amatori. etenim nõ opus erat perpetuo dicere ſi triduum dixiſſet. Et iſtoc ſiqd eſt. r. deeſt addi. nã ſi mortẽ ſignificaret non cõueniret adoleſcentem ita dicere. uidetur. n. plus temporis optaſſe langori. Nam hunc diem miſere nimis cupio. moriatur. ſ. & adhoc aduerſus ſeruũ debet diſcere, ne indecorũ adoleſcentis perſonæ ſit hæc ita dixiſſe, quamuis eiuſmodi adoleſcentes inducant comici, ut Neuius in tribaſelo. Deos quæſo

uent, & patrem, & matrem meos. Miſere nimis cupio, nimis abundat more comicorũ qui hoc dicto aſſeuerationẽ inculcabant. Cupio ut.c.p.i.l.d.qui & ſupra. Ita quæſo & quãdo bene ſucceſſit, hilarẽ hunc ſumamus diem. Et.il.t.nulla alia cauſſa tam male odi. mire oſtendit omia ex delictis in prauũ uerti, adeo ut miſerã putet adoleſcens ſuburbanã uillã, quare cæteri delectantur. illud ergo tanquã cum deteſtatione dixit, & male & nimis miſere, nã nimiũ & malum miſerũ, etiam ſecundũ illam ſententiam ne quid nimis, Quid ſi abeſſet longius. amori magis quã rei conſulit adoleſcens. Iam huc recurret. mire de ſene recurrit dixit, ut eius inſtantiam demõſtraret. Nihil ne in mente eſt, ſi hoc accipiendum eſt, ut adoleſcenti libero malitiã putemus, non ſapientia deeſſe in hac re adeo magiſter eſt ſeruus. Tanto nequior. ſic hoc dictum eſt, ut ecõtrario dicimus, tanto melior. Nunquã quicquã, pare l con. pro nunquã.i.non. Cliens, amicus. hoſpes nemo eſt. uide magiſtrũ ad nequitiam, ut ſimplici adoleſcenti mentiendi uiam demõſtret, & honeſtum tenet adferre argumentum ad mendaciũ propter clientẽ amicum, aut hoſpitẽ in urbe ceſſare uiſum, quod tamẽ ſic intelligit rudis ac ruſticus adoleſcẽs. Cliens.a.h.ne eſt.u. mire, ſic interrogauit, ut qui agreſtes, inhumanosq; rephendat & inſotiabiles alĳs propter aſperitatẽ ruſtici ſenis. Laudarier.t.a.l. quod à Demea dicitur, in omes parentes dici putat. nam nemo tã aſpere eſt pater, ut non ſtatim miteſcat laudato filio. Virg. em non dixit elegantem indolem, ſed uirtutes, ſunt autẽ perfecti ſapientis uel diui alicuius, & bene cum ſtupore reſpondet meas oſtendens quod nullæ eſſent. Quæ non data ſit. non poteſt fieri, à ſuperiore ſubauditur ueniat in mentem.i. cognita dari potuiſſe & datam dicit. Quæ nõ data ſit. hic de facto queſtio eſt, in qua quidem diſputent quædã tunc impoſſibilia intelligi, quando facta ſint, cum autẽ non fiunt non modo nõ fieri, ſed nec poſſi-
* bilia quidem eſſe dicenda, qui locus. * dicitur. Poteſt. iterũ ſubauditur, ut data ſit, uelut credatur data. Interdiu. bene, quia amator maxime noctu opus eſt. Vah. quã uellem etiam noctu, hoc utriuſq; perſonæ conuenit, ſed melius à Syro, & facetius dicit, & quidã totum Ctheſiphoni aſſignant. Abuſq; interdum & quã uellem, proprie dicimus in his quæ non uidemus fieri, bene igitur deficiente argumento cnm aliud non inueniret in uota cõuerſus eſt, unde uident magis hæc uerba Ctheſiphonis eſſe. Calleo. callide ſcio. Quum. ſ.m. tertia coniugatione dixit ut efferuere dicitur correpta media ſyllaba. Quomodo, miratur qui timet eum quem iſte contẽnit. Meas tuas. cum geſtu pnunciare debemus, ut intelligatur irriſio. Quaſi puero. g. deeſt præ, ut ſit præ gaudio. Lupus in fa. Silenti indictio eſt in hoc puerbio, atq; eiuſmodi ſilẽtio uel in ipſo uerbo, ut ipſa fabula cõticeſcat. Quod lupum uidiſſe homines dicimus, qui repente obmutuerũt, quod ferĕĳs euenit quos prior uiderit lupus, ut cum cogitatione in qua fuerint etiã uoce & uerbis careant. Sic Theo-
* critus * & Virg. Vox quoq; Mœrim iam fugit ipſa, lupi Mœrim

mœrim uidere priores. Aliĳ putant ex nutricum fabulis natos pueros ludificatos terrore lupi paulatim capna uenientis uſq; ad limen cubiculi, nam falſum eſt quod dicitur interueniſſe lupum neuianæ fabulæ alimonio Remi & Romuli, dum in theatro agerentur. Fuge modo intro, nõ dixit i uel abi, uel uade, ſed fuge tanta celeritate opus eſt. Siquid rogabit nuſquam tu me, magna uirtute Terentius rudẽ, ſimplicem, timidumq́; inducit Cte. ab initio, ut is ſit, qui mox opprimeretur cum meretrice accumbens interuentu patris ob imprudentiã & ruſticitatẽ ſuam. Nuſquã tu me, familiaris eclypſis & apta properanti, quare hæc omnia oppreſſa uoce cum celeritate pronuncianda ſunt.

ACTVS QVARTI SCENA SECVNDA.

Pares ſuperioribus.

DEMEA. CTESIPHO. SYRVS.

NAe ego homo ſum infelix? primum fratrem nuſquam inuenio gentium.
Præterea autem dum illum quæro, à uillа mercenarium
Vidi, is filium negat eſſe ruri. nec quid agam ſcio.
Ct. Syre. Sy. quid ais? Ct. men' quærit?
Sy. Verum. Ct. periĳ. Sy. quin tu animo bono es.
De. Quid hoc malum infelicitatis? nequeo ſatis decernere. Ridicula querela ſenis.
Niſi me credo huic eſſe natum rei, ferundis miſeriĳs.
Primus ſentio mala noſtra, primus reſciſco omnia,
Primus porrò obnuntio, ægre ſolus, ſi quid fit, fero.

Sy. Rideo

Sy.Rideo hunc.primum ait ſe ſcire,is ſolus neſcit omnia.
De.Nunc redeo,ſi forte frater redierit uiſo.Ct.Syre,
Obſecro,uide ne ille huc prorſus ſe irruat.Sy.etiam taces?
Ego cauebo.Ct. nunquam hercle hodie ego iſtuc commit-
tam tibi,
Nam me in cellã aliquã cum illa concludã, id tutiſſimũ'ſt.
Sy.Age,tamen ego nunc amouebo.De.ſed eccum ſcelera-
tum Syrum.
Sy.Non hercle hic quidem durare quiſquã,ſi ſic fit,poteſt.
Scire equidem uolo quot mihi ſint domini, quæ hæc eſt
miſeria?
De. Quid ille gannit? quid uolt? quid ais bone uir? eſt fra-
ter domi?

Eluditur Demea ne deprehendat Cteſiphonem.

Sy.Quid malum,bone uir mihi narras?equidem perij.De.
quid tibi eſt?
Sy.Rogitas?Cteſipho me pugnis miſerũ,& iſtam Pſaltriã
Vſq; occidit.De. hem,quid narras? Sy. hem,uide ut diſci-
dit labrum.
De.Quamobrem?Sy.me impulſore hanc emptam eſſe ait.
De.non tu eum
Rus hinc modo produxe aiebas? De. factum,uerum uenit
poſt inſaniens,
Nihil pepercit,non puduiſſe uerberare hominem ſenem,
Quem

Quē ego modo puerū tantillum in manibus geſtaui meis.
De. Laudo Cteſipho, patriſſas, abi, uirum te iudico.
Sy. Laudas ne? ille continebit poſthac, ſi ſapiet, manus.
De. Fortiter. Sy. perquam, quia miſeram mulierem & me
ſeruolum,
Qui referire non audebam, uicit, hui, perfortiter.
De. Non potuit melius. idem ſenſit quod ego, te eſſe huic
rei caput. (to.
Sed eſt ne frater intus? Sy. nō eſt. De. ubi illum quærā cogi-
Sy. Scio ubi ſit, uerum hodie nunquam monſtrabo. De.
hem, quid ais?
Sy. Ita. De. diminuetur tibi quidem iam cerebrum. Sy. at
nomen neſcio
Illius hominis, ſed locum noui ubi ſit. De. dic ergo locum.
Sy. Noſtin' porticum apud macellum hac deorſum? De.
quid ni nouerim?
Sy. Præterito hac recta platea ſurſum, ubi eò ueneris,
Cliuos deorſum uorſum eſt, hac te præcipitato, poſtea
Eſt ad hanc manum ſacellum, ibi angiportum propter eſt.
De. Quonam? Sy. illic ubi etiam caprificus magna eſt, no-
ſtin'? De. noui. Sy. hac pergito.
De. Id quidem angiportum nō eſt peruium. Sy. uerum her-
cle, uah,

Cenſen' hominē me eſſe? erraui, in porticum rurſum redi.

Sanè hac multo propius ibis, & minor eſt erratio.

Scin Cratini huius ditis ædes? De. ſcio. Sy. ubi eas p̄terieris

Ad ſiniſtram hac recta platea, ubi ad Dianæ ueneris,

Ito ad dextram, prius, quàm ad portam uenias, apud ip-
ſum lacum

Eſt piſtrilla, & ex aduerſum eſt fabrica, ibi eſt. De. quid ibi
facit?

Sy. Lectulos in ſole iligneis pedibus faciundos dedit,

Vbi potetis uos. De. ſanè bene. ſed ceſſo ad eum pergere.

Sy. I ſanè, ego te exercebo hodie ut dignus es ſilicernium.

Aeſchinus odioſe ceſſat, prandium corrumpitur,

Cteſipho autem in amore eſt totus, ego iam proſpiciā mihi

Nam iam adibo, atq; unum quidquid, quod quidem erit
belliſſimum.

Carpam, & cyathos ſorbillans paulatim hunc producam
diem.

NAe ego infœlix homo ſum? In hoc acto exemplū eſt, neminem facilius quàm optimū quemq; falli atq; deludi. ut Virg. ait. & nę ualde ſignificat. Vt nę illi uehementer erāt? Cice. in Cati. Nę ego ſum homo infœlix. uide initium cōueniens perpetuo mœrori Demeæ per totam fabulā, aut diſperij dicit, aut defeſſus ſum, aut aliquid tale ſemper quo quæratur, Ita tamen ut cum augmēto ſit miſeria quotieſcūq; preſſerit, nam plus eſt quod nunc dixit. Næ ego ſum q̃ diſperij. Nuſquā inuenio. g. abundat gentium. A uilla mercena. u. ſapientiſſime. Teren. & ſi proxima uilla

ma uilla eſt, neceſſario ſenem ad reliquos actus fabulæ noluit ab urbe diſcedere pſonæ ſenilis memor. nam & arduũ fuerat dum redit, & cruciabile, ne fatigatio eius in tragœdiã tranſiliret. Recte igiť inuenit à mercenario in urbe narratũ ruri non eſſe Ctheſiphonẽ, aut urbi perſona eſt adoleſcentis, & proficiſcitur ad uillã, & continuo redit, ut in Eunu. Phædria, & à uilla. utrum, à pro de poſitũ eſt, ut ſit de uilla, an deeſt ueniſſe, ut ſit à uilla uidi ueniſſe mercenariũ. Nec quid agam ſcio. utrum fratrẽ an filium magis quæram. nam ſenex querulus tria dicit eſſe incõmodi ſibi, quod fratrem nõ inueniat, quod Ctheſipho ruri non ſit, quod utrũ in urbe maneat, an ad uillam abeat ipſe neſciat. Verum. modo uerũ nomen nõ eſt. ſed aduerbiũ. i. uere. Perij. quin tu bono animo es, hæc Ctheſiphonis perturbatio hac tendit poetæ arte, ut deprehẽdatur cum amica filius repente ingreſſo ſene. nunc quin pro quinimmo poſitũ eſt. Quid hoc malum infœlicitatis, abundat malum. Quid hoc malum infœlicitatis. deeſt deteſtor. Quid hoc infœlicitatis ſit nequeo diſcernere, hic autẽ malum pro interiectione poſitum, & eſt dictũ quaſi ò malum, & eſt dictum anxij hominis & pturbati. Niſi me credo. pro niſi quia iam ſupeſt. ut me credã. hic eñ ſenſus eſt in huiuſmodi locutiõe, niſi me credo huic eſſe natum, niſi me, noua locutio pro niſi, quia credo & huic rei poteſt ſubtrahi incolumis ſenſus, ut niſi me credo natum eſſe ferẽdis miſerijs, ergo huic rei ſubdiſtinguẽdum, & ſic inferendũ ferendis miſerijs, ergo huic rei, p ad hanc rem. Primus. * Primus ſentio mala. ridiculũ & errori Demeæ. & primus ad ordinẽ, ſolus ad numerũ dicit. Primus porro obnuncio. qui malã rem nunciat obnunciat, qui bonam annũciat. nam proprie obnũciare dicunť augures qui aliquid mali ominis ſæuũq; uiderint. ergo obnũcio malum imminens, quaſi malum omen nuncio. inde enim in ethymologia huiuſce uerbi eſt. Aegre ſolus ſi quid eſt fero praue. ſ. Is ſolus neſcit omia. & bene ſolus, utpote de multis quia cum ſciat Mitio, Syrus, Eſchinus, Ctheſipho, populus, hic ſolus fallitur. Si forte. f. r. u. pro ſi redijt. Intro ſe. i. p neutrũ uerbum quaſi actiuum ut ſe irruat prorſus. Vide ne ille. hu. iam metuitur. qđ futurũ eſt. & cum neutrum ſit irruat, noue intulit ſe, ſed quaſi pręterea ſic dixit irruat, de eo qui tanquã pugnaturus ſit. ut in Eunu. quã mox irruimus. aut tanquã de ſue. u. ſ. ut Horatius. Hæc lutulẽta ruit ſus. u, e. i. & Virg. Ipſe ruit denteſq;. ſ. e. ſ. Etiam taces. antique pro tace. ſic in Andria. Etiam tu hoc reſpondes pro reſponde. Eſt ergo arreptius ſignificatũ. Hodie ego iſtuc committã tibi. quod ago. i. complexũ mulieris. Nam me in cellam aliquã cum illa concludam, id egit ſtulte adoleſcens ut ibi dęphendať, ubi concluſus eſt, ſed ſic ipſe egit, ut poſſit ſubterfugere nõ deprehenſus cõſpectum patris. In cellam. a. cum illa legatur figuratiue, ut dicimus in locum pro in loco. In cellam cõ. non in cela ait. mire ut recluſum, totumq; locum ſubiret. Cellam. ſ. quã ob ea quæ in ipſa celantur clauſam eſſe cõueniet. nam & cella & cellariũ à reponendis celandiſq; rebus eſculãdis

 & pocu-

& poculandis dicitur. Age tamē ego hunc.a.mire amouebo dixit, non
deterrebo.nam proprie amouetur ſaxum de loco,in quo uerbo ſignifi-
cat imminere ſibi magnū laborem in hoc opere, & uide auxeſim ſupra
ut pecudem abigā,herum dixit modo ut ſaxū amouebo inquit.Non her
cle hic.q.d.q.ſi.ſ.f.poteſt, nimis moraliter expreſſa uerba ſunt ſerui uer
beratum ſe indicātis,quis nō ex uerbis ſeruū uerberatum intelligat, &
ſeruū recenter uerberatū, & ſeruum fugā comminantē, mire autem nō
ego,ſed quiſquā dixit,nec ꝑmanere,ſed durare,nam hoc uerbū perferē-
dis malis conuenit, ut Virg. Durate & uoſmet rebus ſeruate ſecundis.
hæc omnia ſic dixit quaſi non uideat Demeā. Quod ſunt mihi domini,
& hic adparet non à legitimo domino uerberatū eſſe. Quæ hæc eſt mi-
ſeria? deeſt quā patior, & quaſi cōploratio quedam flebilis poſt quere
las. Quid ille gannit? gannire eſt ꝓprie ueluti ploratus uapulantium.
Quod malum, hic malū ꝓ interiectione abūdat. Ctheſipho me pugnis
miſerum,& iſtam Pſaltriā uſq; occidit, mire interiecit miſerū & neceſſa
rio uſq; ad mortē addidit,ut oſtenderet occidit nimiæ cædis uerbū,nūc
occaſionis intelligi oportere. Vſq; occidit.prope occidit,aut uſq; ꝓ ual-
de eſt.occidit pro uehementer cecidit,nam occidere, & ꝑcidere ad cæ
* dem referebantur apud ueteres.Vſq; occidit* nunc enim
occiſus loquitur.Hem uide ut diſcidit labrū.non oſtendit,ſed uideri oſtē
dere ſeni parū iam uidenti & intra os.Hem uide ut diſcidit labrū.A ſper
mediam longā à cedendo accipit, ego mediā breuem à ſcindendo. Non
tu rus eum ꝓdiiſſe aiebas.mire Teren.ſeipſos qui fallunt ex aliqua par-
te cautos facit, ut eò delectabilius ſpectatoribus ꝓcedant doli, delecta-
tio namq; gratia eſt. nō ſtultiſſimū falli.Non.t.& c. memoriter ſenex nō
ſolum quod ſibi dixerit Syrus pauloante,ſed quibus uerbis dixerit re-
fert,nam ſic dixerat.Quem egomet ꝓduxi. Verum.u.p.inſa. nunc pro-
* duxit iratum admodum.nunc*
non iratum prædicat.ſed inſanū. Nihil pepercit,ut ſupra nihil reticuit,
ſic dicimus in his quæ poſt expectationē geſta ſunt. Verberare hominē
ſenem. miſerū fit de ætate id quod de cōditione nō poterat. Quē ego.m.
p,addidit ætati inuidiā & meritum recens.hoc eſt em̄ quod dicit modo.
Et tantillum. dicticon eſt.uidetur em̄ inane fingere quem paruulū.Lau-
do te Cthe,pa.facile inductus eſt ſenex uarietate fraudis & doli.nā Sy-
rus ſupra ut laudans nō ut uituperans Cthe. & nunc ut accuſans idē ꝑfi-
cit atq; perſuadet.Patriſſas.auxeſis.nam ut ſupra dixerat,ſpero eſt ſimi
lis maiorum ſuorū.hic confirmat quod ſperare ſe dixerat. & uirū te iu-
dico inquit non adoleſcentulū, hoc enim ad ætatē & ꝓbitatem non ad
ſexum refertur. Patriſſas autem quā bene inuentū ſit inanem ſe dicere,
nonne uidetur ibi ſtultiſſimus cū huiuſmodi laude nō modo ſe non lau-
dare uellet,qđ odioſum eſt etiā filium apud intelligentes uituperare ui-
deatur, ſiquidem nō ſolum hic ſtultus ſed etiā ille.quia patriſſas inquit.
Patriſſas tam ſecutus eſt,ut ſe laudet,& abi addidit.q.d.non eſt qđ iam
demorer,

demorer, perfectus eſt. Laudo te Cteſi. hic totus uerſus mire doloſum oſtendit ſenem. Ne. il. cō poſthac ſi ſa. ma. cōminatio eſt ſubtilis & parcior. uelut ſerui. Perquam ni. ironia. Et me ſeruulū. oratorie non ſeruum ſed ſeruulum cū ſit ſenex. Nō audebam. hoc eſt nō poterā. Hui perfortſ. hoc geſtu ſeruili & nimis leuiori perſonæ cōgrue dictum eſt. Non potuit melius. i. laudo te Ctheſipho, & deeſt fieri, id eſt qd'. ego. i. patriſſas, uirum te iudico. Sed eſt ne frater intus? reſpondens ut nō ſit reſpondit. Verum hodie nunquā monſtrabo. uolens ſenē auidius quærere, φ hic ardor ſemper paratiſſimus. credentes etiā fallit, & fingit ſe nolle dicere. Hodie aūt. aūt abundat, ut Nunquā omnes hodie moriemur inulti. Aut nunquā hodie pro nullo tēpore huius diei. qa nunquā p ſe generale eſt. Diminuetur iam tibi cerebrū quidem, cōminationis genus uerba ipſa indicant, ut appareat ſenē baculum ſuſtuliſſe. At no. ne il. ho. ſed lo. no. ubi ſit. recte quaſi hominē diceret nō erraturū à grata perſona hominis & ubi habitet cogito, ſi notus eſſet, ignotus nulla cauſa quærendi ſupereſſet. Dic ergo locū. dic ergo quaſi inuitū coegerit, ergo ſemp addimus ut hortemur tarde id facientes, ut Virg. Ergo age care pater ceruicē. i. n. Noſtin. p. a. m. cōuenit ruſtico in urbe neſcire, & ideo ſic interrogatur à ſeruo. Hac deorſum. bene hac deorſum. quia nō eſt unū. Hac recta. proprie hac parte ut manu uiā oſtendere uideatur. Quidni nori. correptiue quidni, pro quid niſi, etenim quamuis ruſticus, tamē eſt ciuis De. Vbi eo. u. c. d. u. h. te præci. hoc lentius aliqui legunt, aliqui clarius, ut ſit præcipitato, cito deſcende. Ad hanc manū * dicitur in quo non permanet. * certum dextrū, nec certum ſiniſtrum & ideo * proficit in errorem. uult em̄ ſeruus hęc ſigna eſſe perplexa. Et ſacellum, ut Varro ait ſacra cella eſt. Propter. prope. ut Virg. Templum de marmore ponam propter aquā. Et Lucre. Propter. a. r. &c. Vbi. e. c. &c. in hoc Homerū imitatus eſt, qui dicit Caprificū ꝑpe Troiana mœnia conſtitutā. Hac pergito. non ito, ſed quia lōgum eſt ꝑgito. Id quidē. a. i. anguſta & curua uia, quaſi angiportus, ut angitia, aut anguitia. Alij quod inter portus ſit locus anguſtus, hoc eſt inter domos, uel portus, uel inſulas ueteres dixerunt, & obſeruat Terentianā conſuetudinem, in qua inducit nihil ſapere eos qui fallūtur. Cenſen me hominē eſſe. erraui. calliditas eſt maxime deprehenſum mendaciū non defendere ſed fateri, ut opinionē ſimplicitatis acqrat. Vides igitur ut ipſe ſibi ſuccēſeat tanquā imprudens errauerit, non doloſus impulerit interrogantē, & mire ſe negat hominē, tanquā homo corde ſit nō corpore. Sane hac multo propius ibis, quaſi erraſſe profuerit illa uia, & ſane pro ſatis ac ualde, qui ſanus eſt idē & ualidus. Minor eſt erratio. erratio eſt pecudum, error animi eſt, & loci in quo erratur. Cratini. huius ditis ædes, cōgrue nomē inuenit diuitis. Cratini ἀπὸ τοῦ κράτους. i. à potentia. Ad ſiniſtram hac, deeſt ito. figura eclypſis. Vbi ad. d. u. ſic abſolute dicebat, non addito tēplum. Saluſt. Ad Iouis mādem noſtra. Priuſquā. ad. p. u. portā dicendo

 oſtendit

oſtendit uſq; ad muros finemq; ciuitatis erraturū. Porta autē ab aratro portando dicta eſt, quod in eo loco Coloniæ auctor & cōditor ſubiunctis uacca & tauro aratrum, quo urbē deſignat, ſuſpendit manu, ne imprimat ſulco, ubi ciuitatis aditus relinquendi ſunt. Apud ipſum lacum. credibiliter addidit lacum, nam Varro docet ſemp lacū portis additū, ſed ob uſum iumentorū exeuntium & introeuntiū, ut prætereа & aduerſum hoſtilem ignem portis de proximo ſubueniret. Eſt piſtrilla. ueteres abſolute dicebant piſtrinā, ut ſuſtrinam & medicinā ad tabernam referentes. nam piſtrino piſtrina nō cōuenit, & ſimulata diminutiua diuerſa ſunt à genere, nomina prima & poſitionis ueterana, ut eſt in his ſcutum, ſcutella, canis, canicula. Lectulos in ſole illig. p. f. d. in urbe conuiuium. aut in ſole, aut in umbra pro cōditione tēporis inſtruebat. repēte igitur interrogatus qđ minime opinabatur queſitum ſenem arripuit ſtatim lectulos, & quia potuit ſenex dicere mētiris non habet lectulos. addidit ex tēpore in ſole, & ne eos quoq; habere diceret, addidit illigneis pedibus faciundos, ſed geſtu actoris adiutū eſt, quaſi eodem tēpore ſeruus & querat quid dicat, & reſpondeat. Vbi poteris uos. incerta pſona eſt. nam Syro uel Demeæ hoc dictum iūgi poteſt. Recte ſane. hic ironia eſt, non approbatio. I ſane. aut abundat ſane, aut inferioribus iūgitur. Ocioſe Eſchinus ceſſat. prandiū corrumpit. aſyntheton deeſt &. Prandium corrūpitur. ut cocus dixit, qui ſciat cōditionem quandā magis feruentem placere. Ego iam proſpiciā mihi, iam, interdū ſignificat feſtinationem, ut nunc. interdum ad deſcribēdam ponitur, & increpandā moram, ut Melior iā diua pcor. Et uos quoq; pgameæ. iam. f. e. p. g. Dijq;. d. o. & proſpiciā mihi dixit, tanquā hoc ſentiant illi qui ſua agunt negocia, & ego illorū exemplo conſulā mihi, & bene proſpiciā, quaſi nō pranſurus niſi puideor mihi. Silicerniū. cæna infertur dijs manibus, qđ eam ſilentes cernant. i. umbræ poſſideant, uel quod quæ hæc inferant cernāt neq; deguſtent. Nam de his quæ libātur inferis quiſq; comederit, aut biberit funeſtat, & erit ſilicerniū ſenex qui iam iamq; ſilentibus umbriſq; cernēdus ſit, & ſic eſt melius quā ut quidā Xenophanta interptatur, putans Xenophanta, ſic nos ſilicerniū intelligere, hoc eſt ſilicē cernentem ſenem dum incuruus eſt, dum uel ſtratæ ſaxo uiæ, & intentus ſarcophagi iamiam appropinquātis ſibi. Cteſipho autē in amore eſt totus, nō potuit plus dici de incognita hac nimia uoluptate. Belliſſimū. proprie belliſſimū dixit, unde huiuſmodi ad irritādam gulam cibi bellaria dicuntur. Carpam. modo eligā, aliâs lædā ſignificat, ut Carpit em uires paulatim. u. q. u. f. Aliâs fruar, ut Carpamus dum mane nouū, dum gramina canēt. & Perſius. Genio carpamus dulcia. i. fruamur rebus dulcibus. Paulatim hunc producā, bono uerbo uſus eſt ad metaphorā tanquā uel morientis diei. Vt eſt, Nec te tu. f. m. pro.

ACTVS

ACTVS QVARTI SCENA TERTIA.

Iambici tetrametri.

MITIO. HEGIO.

EGo in hac re nihil reperio, quamobrem lauder tantopere Hegio,
Meum officium facio, quod peccatum à nobis ortum'ſt corrigo. Viam ſternit ad Cataſtrophē
Niſi me in illo credidiſti eſſe hominum numero, quia ita putant
Sibi fieri iniuriam, ultro ſi quam fecere ipſi, expoſtulant,
Et ultro accuſant. id quia non eſt à me factum, agis gratias.
He. Ah, minime, nunquam te aliter, atq; es in animum induxi meum.
Sed quæſo, ut unà mecum ad matrem uirginis Mitio,
Atq; iſtæc eadem, quæ mihi dixti, tute dicas mulieri,
Suſpitionē hanc propter fratrem eius eſſe, & illam Pſaltriā.
Mi. Si ita æquum cenſes, aut ſi ita opus eſt facto, eamus. He. bene facis.
Nam & illi animum iam reuelabis, quæ dolore, ac miſeria
Tabeſcit, & tuo officio fueris functus. ſed ſi aliter putas,
Egomet narrabo quæ mihi dixti. Mi. immò ego ibo. He. bene

bene facis.

OMNES QVIBVS RES SVNT minus ſecundæ, ma
gis ſunt, neſcio quo modo,
Suſpicioſi, ad contumeliam omnia accipiunt magis,
Propter ſuam impotentiam, ſe ſemper credunt negligi,
Quapropter te ipſum purgare ipſis coràm placabilius eſt.
Mi. Et recte, & uerum dicis. He. ſequere me ergo hac intro.
Mi. maxume.

EGo in hac re ni. re. Hæc ſcena eſt plena ſententiæ
ſenilium ad officia demõſtranda. Tãtopere. uim
aduerbialem in ſe cõtinet. nam ſignificat nimis.
Quod peccatũ à nobis ortũ eſt corrigo, ſi diceret
peccatũ eſt à nobis partcipiũ fuiſſet, nunc quia or
tum addidit, nomen eſt. Nunquã enim eadẽ pars
orationis iungi, niſi per aſyntheton poteſt. Si quã
fecere, hic diſtingue, & ſeparatim infer, ipſi expo
ſtulant. Si quã fecere ipſi expoſtulãt, ſenſus eſt ma
nifeſtus, ſed obſcura ſunt uerba, & eorũ collatio
& diſtinctio, nam incertũ utrum expoſtulant intelligendũ ſit, an ſi qua
ꝓ una parte orationis accipi oporteat. Vltro adcuſant, ultro nunc pra-
ue & ꝑuerſe. Id quia non eſt à me factum, hæc interrogatio quaſi ſubtri-
ſti uultu eſt ꝓferenda. Ah minime, non minime ago, ſed minime te cre-
* do eſſe illorum morũ. Quæſo ut una mecũ ſeruiat * addẽdo me-
cum. Vt mecum eas, quippe ad incognitã matremfamilias. Tu te dicas
mulieri. in nomine oſtendit cur hæc ipſe dicat. mulieri eñ inquit nimis
pauidæ ac diſſidenti. Suſpitionẽ hanc ꝓpter fratrẽ eius eſſe. nimis bre-
uiter ac ſuccincte, & ut oportuit inter ſcientes. Et illam Pſaltriã. ꝓpter
fratrem eius, eſſe ſubaudiendũ eſt. Si ita æquũ cenſes. à iuſto & utili eſt
tota ſententia, & ſane hi uerſus deſunt quos multa exẽplaria nõ habẽt.
Nam &. i. a. r. & deinceps illi maluit dicere quã nurui adhuc diuitẽ reue
ritus Dolore ac. m. dolore parturiẽtis, miſeria iniuria ab Eſchino acce-
pta. Sed ſi. a. p. artificioſe remittendo qđ petebat extorſit magis. Immo
ego ibo. hoc aduerbio qđ ait immo oſtendit ſe prompte agere & inſtan
ter quod promiſit. Minus ſecundæ. dicere ſic maluit ne miſere diceret.
Magis ſunt, ne quomodo, hæc eſt uehemẽtia nulla palã ratione. Accipi-
unt ma. mire additũ magis, cũ poſſit ſenſus & ſine hoc eſſe integer. Pro-
pter. ſ. in infirmitatẽ, & rurſus noluit humilitatẽ aut miſeriam dicere.

Negligi.

Negligi.legitur & claudicare. Quapropter.t.p.utrū teipſum,una pars oratiōis ſit an diuiſe accipiendū,ut ſit te Mitionē ipſum Eſchinū purgare. Coram.p.& coram præſentes,& coram præſentibus,& coram indiget adiectione. palàm non indiget,& præterea corā ad certas perſonas refertur. Palàm generaliter dicitur. Et re.& ue.di.recte ad uerba retulit, uerum ad rem atq; ſententiā. Poteſt em̄ recte & falſum dici, dummodo nullo uitio uerborū nominumq; dicatur. Quanquā & ipſum fallere in tempore quidam de officijs ſcribentes rectum putent.

ACTVS QVARTI SCENA QVARTA.

Tetrametri ſenarij mixti,& unus Trochaicus catalecticus.

AESCHINVS.

DIſcrucior animi, hoccine de improuiſo mali mihi obijci
Tantum, ut neq; quid me faciam, neq; quid agam certum ſiet?
Membra metu debilia ſunt, animus timore obſtupuit,
Pectore conſiſtere nihil conſilij quit. uah,
Quo modo me ex hac expediam turba
Tanta? nunc ſuſpicio de me incidit, neq; ea immerito,
Soſtrata credit mihi me Pſaltriam hanc emiſſe, id anus
Mihi indicium fecit.
Nam ut hinc forte ea ad obſtetricem erat miſſa, ubi eam uidi, ilico

Accedo, rogito, Pamphila quid agat, iam partus adſiet
Eo ne obſtetricem accerſat. illa exclamat, abi, abi iam
Aeſchine, (des.
Satis diu uerba dediſti nobis, ſatis adhuc tua fruſtrata'ſt fi-
Hem quid iſtuc obſecro, inquam'ſt? ualeas, habeas illam
quæ placet.
Senſi ilico id illas ſuſpicari, ſed me reprehendi tamen,
Ne quid de fratre garrulæ illi dicerem, ac fieret palàm.
Nunc qd faciã? dicã fratris eſſe hanc, quod minime'ſt opus
Vſquam efferri. age, mitto, fieri potis eſt, ut ne qua exeat
Ipſum id metuo ut credant. tot concurrunt uerisimilia,
Egomet rapui, ipſe egomet ſolui argentum, ad me abdu-
cta eſt domum.
Hæc adeo mea culpa fateor fieri, non me hanc rem patri,
Vt ergo geſta, indicaſſe, exoraſſem ut eam ducerem.
Ceſſatum uſq; adhuc eſt, nunc iam porrò Aeſchine exper-
giſcere.
Nunc hoc primum eſt, ad illas ibo, ut purgem me, acce-
dam ad fores.
Peri, horreſco ſemper, ubi pultare haſce occipio fores.
Heus, heus, Aeſchinus ego ſum, aperite aliquis actutum
oſtium.
Prodit neſcio quis, concedam huc.

Diſcrutior

DIſcrutior animi. Idem huic loco * amantis modice iuuenis & ſenis facit, & indul- * gentis ac lepidiſſimi patris. diſcrutior animi * Figura, ut Virg. O præſtans iuue-nis. Obijci. proprie, quia inopinanti obijci dici-tur, quia in utrãq; partẽ & quos ante quis uidet quã expectauerit, quo uerbo magnitudo dolo-ris, oſtenditur ex inprouiſo incõmodo. Hoccine de improuiſo mali, hęc uerba repentino nuncio perculſum indicant Eſchinũ proprie diuortium ſtare, & iram circa ſe Soſtratæ & eius filiæ ob raptũ meretricis. Vt neq; quid de me. f. plus eſt quid de me faciam, quã quid faciã. illud de rebus, hoc de ipſo homine intelligitur. Neq; quid. a. c. ẽ. certum eſt pro certum ſit, niſi forte ſignificet ò quã, ut ò quã. Membra. m. d. ſ. metus patris, ti-mor diuortij. Tanta. n. ſ. modo oſtenditur cauſſa trepidationis Eſchini. Id. a. m. indi. f. illa anus cui Soſtrata dixerat curre obſtetricẽ adcerſe. Nã ut. h. f. & c. adparet inter cætera anũ dixiſſe ad obſtetricẽ ſe amiſſam, an ultro ſuſpicatus hoc eſt Eſch. hic aũt addendo oſtendit ſe ante fores So-ſtratæ ſtare, ut alibi. Ex Andro cõmigrauit huic uicinæ. Vbi ui. ſunt qui addant ſuperuacue hanc, & legũt hanc ubi uidi. Pamphila. q. a. & c. ama toria interrogatio, quia monſtrat Eſch. curæ ſibi eſſe res oẽs. Illa ex. & non reſpondet, ſed exclamat, & bene uim addidit ad exclamationẽ fu-iſſe. ergo à uocis ſono exclamat nõ à uerbis. Abi abi Eſch. i. ſ. d. u. d. uer-ba dum uſq; deciperetur. Hem quid iſtud. o. i. ẽ. hem interiectio eſt no-uas res & optime audientis. Valeas habeas illã, quaſi recedat & longe abſit, ut in Andria. Valeant qui inter nos diſſidium quærũt. Garrulæ. utpote auis. Ac fieret. p. Demæa. ſ. cui minime opus fuit. Nunc quid fa-ciam figura. * Vt neq; ex ea erumpat, ut cũ ſpumeus am- * nis exit, oppoſitasq; euicit gurgite moles. Idipſum. m. ipſum quod fratri rapuit, & ut pro ne nõ poſuit. Tot cõ. u. ut mea eſſe credatur. Ad me ab. eſt. d. proprie nõ dixit abducta, ſed adducta. abducitur eñ alienum, ut in Heau. Abducimus tuã bacchidem. Ad me domũ autem moraliter di xit, pro ad domũ meam, an ideo ad me, quia & illic luctatus leno eſt in retinẽda cõtra Eſchinũ puella. Vt erat geſta indicaſſe. i. ſimile geſta erat, ut enim certã qualitatem ſignificat, ut incertã. q. d. ſicut quomodo, male bene. Exoraſſe ut eã. d. ſic. n. promiſerat ſe Soſtratæ facturũ. Nunc por-ro Eſchine expergiſcere. ſic & alibi. Enimuero Daue nihil loci eſt ſegni-tię neq; ſocordiæ. legitur etiã quod eſt correptiuũ interdum. Nunc hoc pri. primũ ab eo quod rogandus eſt pater. Accedam ad fo. Soſtratæ. ſ. Horreſco ſemper ſatis amatorie, nam nimiũ ſemper eſt calor, & frigus recedit à corpore, ut totus Parmeno, tremo, horreoq; poſtquam aſpexi hãc. Aperite aliquis, actutũ hoſtium, uim pluralẽ habet aliquis, quãuis ſingulariter dicatur. nõ eſt. n. aliquis niſi de multis. recte ergo aperite ali

 quis

quis & noue, nã & ueteribus nõ placet illud ubi ſunt diſtinctiones, unde aperite eſt una altera aliquis. Actutũ hoſtium. ut aſſumatur rurſus aperiat. proprie em̃ ueteres quis & aliquis, & quiſquã non obſeruabant quo genere, aut quo numero declinarent, eſt ergo figura archaiſmos.

ACTVS QVARTI SCENA QVINTA.

Tetrametri & trimetri mixti, Iambici & trochaici.

MITIO. AESCHINVS.

Cataſtrophe cœpta eſt, ſed eam priuſquam abſoluat mire faceto commento nouum metũ Aeſchino incutit pater. Quod tam n qa non habet ſeriã querelã, breuiter tractat & ſine tragicis ſchematibus.

ITa ut dixi Soſtrata
Facito. ego Aeſchinum conueniam, ut quo modo acta hæc ſint ſciat
Sed quis oſtium hoc pultauit? Ae. pater hercle eſt, perij. Mi. Aeſchine.
Ae. Quid huic hic negoci'ſt? tu ne has pepuliſti fores?
Tacet. cur non ludo hunc aliquantiſper? melius eſt,
Quandoquidem hoc nunquam mihi ipſe uoluit credere.
Nihil mihi reſpondes? Ae. non equidem iſtas, quod ſciam.
Mi. Itan'? nam mirabar quid hic negoci eſſet tibi.
Erubuit, ſalua res eſt. Ae. dic ſodes pater,
Tibi uero quid iſtic eſt rei? Mi. nihil mihi quidem.
Amicus quidam me à foro abduxit modo
Huc aduocatum ſibi. Ae. quid? Mi. ego dicam tibi.
Habitant hic quædam mulieres pauperculæ,

Vt opinor

Vt opinor, has non noſſe te, & certo ſcio,
Neq; enim diu huc commigrarunt. Ae. quid tum poſtea?
Mi. Virgo eſt cum matre. Ae. perge. Mi. hæc uirgo orba'ſt patre,
Hic meus amicus illi genere eſt proximus,
Huic leges cogunt nubere hanc. Ae. perij. Mi. quid eſt?
Ae. Nihil, recte, perge. Mi. is uenit, ut ſecum aduehat,
Nam habitat Mileti. Ae. hem, uirginē ut ſecum aduehat?
Mi. Sic eſt. Ae. Miletum uſq; obſecro? Mi. ita. Ae. animo male'ſt.
Quid ipſe? quid aiunt? Mi. quid iſtas cenſes? nihil enim
Commenta mater eſt, eſſe ex alio uiro
Neſcio quo puerum natum, neq; eum nominat
Priorem eſſe illum, non oportere huic dari. Ae.
Ehò nonne hæc iuſta tibi uidentur poſtea?
Mi. Non. Ae. obſecro non? an illam hinc abducet pater?
Mi. Quid ni illam abducat? Ae. factum à uobis duriter
Immiſericorditerq;, atq; etiam, ſi eſt pater
Dicendum magis aperte, illiberaliter.
Mi. Quamobrem? Ae. rogas me? quid illi tandem creditis
Fore animi miſero, qui cum illa conſueuit prius,
Qui infelix (haud ſcio an illam nunc miſere amat)
Cum hanc ſibi uidebit præſens præſenti eripi,

Abduci ab oculis? facinus indignum pater.
Mi. Qua ratione iſtuc? quis deſpondit? quis dedit?
Cui quando nupſit? autor is rebus qui eſt?
Cur duxit alienam? Ae. an ſedere oportuit
Domi uirginem tam grandem, dum cognatus huc
Illinc ueniret, expectantem? hæc mi pater
Te dicere æquum fuit, & id defendere.
Mi. Ridiculum, aduorſum ne illum cauſſam dicerem,
Cui ueneram aduocatus? ſed quid iſta Aeſchine
Noſtra? aut quid nobis cum illis? abeamus. quid eſt?
Quid lachrumas? Ae. pater obſecro, auſculta. Mi. Aeſchine audiui omnia,
Et ſcio, nam te amo, quo magis quæ agis curæ ſunt mihi,
Ae. Ita uelim me promerentem ames, dum uiuas mi pater.
Vt me hoc delictum admiſiſſe in me, id mihi uehementer dolet,
Et me tui pudet. M. credo hercle, nam ingenium noui tuũ
Liberale. ſed uereor ne indiligens nimium ſies.
In qua ciuitate tandem te arbitrare uiuere?
Virginem uitiaſti, quam te ius non erat tangere
Iam id peccatum primum magnum, at humanum tamen,
Fecere alij ſæpe, item boni. at poſtquam id euenit, cedo,
Nunquid circumſpexti? aut nunquid tute proſpexti tibi

Quid

Quid fieret? qua fieret? ſi te ipſum mihi puduit dicere,
Qua reſciſcerem. hæc dum dubitas menſes abierunt decē,
Prodidiſti & te, & illam miſeram, & gnatū, quod quidem in te fuit.
Quid? credebas dormienti hæc tibi confecturos deos?
Et illam ſine tua opera in cubiculum iri deductum domū?
Nolim cæterarum rerum te ſocordem eodem modo.
Bono animo es, duces uxorem hanc. Ae. hem. Mi bono animo es,
Inquam. Ae. pater
Obſecro unum ludis tu nunc me? Mi. ego te? quamobrem? Ae. neſcio,
Niſi quia tam miſere hoc eſſe cupio uerū, eo uereor magis.
Mi. Abi domum, ac deos cōprecare, ut uxorē accerſas, abi.
Ae. Quid iam ne uxorem? Mi. iam. Ae. iam. Mi. iam quantum potes. Ae. Di me pater
Omnes oderint, ni magis te, quam oculos nunc amo meos.
Mi. Quid? quam illam? Ae. æque. Mi. perbenigne. Ae. quid? ille ubi eſt Mileſius?
Mi. Abijt, perijt, nauē aſcendit. ſed cur ceſſas? Ae. abi pater
Tu potius deos comprecare, nam tibi eos certe ſcio,
Quo uir melior multo es quā ego obtemperaturos magis.
Mi. Ego eo intro, ut quæ opus ſunt parentur, tu fac, ut dixi, ſi ſa-

ſi ſapis.

ἐπιφώνημα. paternæ libertatis exaggeratio.

Ae. Quid hoc eſt negoci? hoc eſt patrem eſſe, aut hoc eſt fi-
lium eſſe.
Si frater, aut ſodalis eſſet, qui magis morem gereret?
Hic non amandus? hiccine non geſtandus in ſinu eſt? hem
Itaq; adeo magnam mihi iniecit ſua commoditate curam,
Ne forte imprudens faciam, quod nolit, ſciens cauebo.
Sed ceſſo ire intro, ne mora meis nuptijs egomet ſiem.

ITa ut dixi. So. fa. Hinc adparet Mitionẽ iã multa dixiſſe. Facito. iubet ut uel ſecure ſint, uel adornent nuptias. Ego Eſch. mire occurſurus Eſchino. Eſchinũ querit. Pater. h. eſt, quid eſt hoc ꝙ Mitio timetur, an quia illi nõ eſt confeſſus, oſtendit aũt poeta tantundẽ pudorem poſſe aut amplius quã timor. Quid huic eñ eſt, alius timor ꝙ hinc egreditur pater. Tu ne has. p. f. ſic cœpit interrogare, ut negocia in locũ præbeat, & nota pepuliſti elatũ uerbũ, & tragico choturno magis quã loquelę comicæ accõmodatũ. Tacet. hoc apud ſe loquit̃ Mitio. Melius eſt & ludere non bonũ eſt, ſed melius, & hoc meliore adfectu dixit, quã diceret dignus eſt. Hoc mihi nunquã uoluit credere, cõtra illud qđ ait, Deniq; alij clanculum patre quæ faciunt, quæ fert adoleſcentia, ea ne me celet conſuefeci filium. Credere autẽ magno adfectu dixit, non eñ cõfiteret̃ ut patri, ſed crederer aut parẽti, aut ſodali ſuo. Non equidem iſtas. deeſt pulſaui. Quã ſciam, quantũ ſcio. Ita nam mirabat quid. t. n. e. i. accepit negationẽ Mitio ut laudare Eſchinũ poſſit. Erubuit ſalua res eſt. nimis paterna ſententia, & ecõtrario Simo in Andria. Vide num eius color pudoris ſignum uſquã indicat, & quãti adfectus eſt, nõ dixiſſe erubuit ſaluus eſt, ſed ſalua res eſt, nõne ueſter res eius omis in Eſchino cõſtituta, eodem animo ut ſupra dixit. in eo me oblecto, ſolum. i. charũ mihi, non enim ſolũ intulit quod ſpectabat, ſed abſolute quaſi ex omnibus ſolũ. i. inquit. Nihil. m. q. mihi. i. proprie rei, & callida negatione cœpit, ut & illi adimat confitẽdi locum ac fiduciã, ſimulq; fiat ei deſperatio ducendæ eius, cuius mẽtio tam contemptã ab ipſo tractet̃. Amicus quidã me à foro. hic incipit mendaciũ mixtum uero, nam amicus quidã me à foro uerum eſt, hũc aduocatũ falſum, ſed huc, & quidã modo emphaſim habent

bent leuis negocij. & in quo nec magnæ perſonæ, nec res difficiles ope ut longæ occupationis habetur, & aduocatū dicendo alienum nego- cium demouſtrauit. nam & ſibi non uacat, ſi em̄ mulieribus addidiſſet potuit aliud ſperari. Quid deeſt ait, ut ſit qd ait. Ego tibi dicā ſenile eſt, nam id iam dicendū fuit, & hoc emphaſim habet uilis rei, quæ uel faci- le dici poſſit, uel non celanda ſit. Mulieres paupculæ, non potuit magis celare dignitatē formæ, & ætatis puellā quæ amatur ab Eſchino, quā ut eam primo cum eodem nomine matrē nominaret. deinde cōmuniter di ceret de ambabus uniuerſa quibus cōtemni debeant. Mulieres pa. pau- perculæ addidit ut magis deſperet Eſchinū impetrare poſſe has nupti- as à patre, & item quædam ut ignobiles demōſtrarent, & totum hoc cū abiectione pnunciandum eſt, & quædā & paupculæ, dicendo adimit omnē ſpem nuptiarū, nam quædam ignobilē indicat. paup indotatam, quid enim remanet qd ſperet Eſch. Pauperculæ. ne pauperes ſaltem. Et certe ſcio * parum dixit inquit. Opinor. uel adeo obſcuræ ſint & nullius precij. Vt opinor has non noſſe te. potuit recte dicere. & * hoc ut opinor has nō noſti. ſed illud uetuſtius opinor has noſti, ſed illud * opinor. has em̄ noſſe te. aut te abundat, aut deeſt ut, Magnū autem crimen eſt in forma uicinæ puellæ incognitam eſſe adoleſcenti de proximo, & quia ſcit hunc eſſe de quo dixerit, quā hic non amauit me- retricem, aut cui non dedit aliquid, ſubdit cauſſam ne dignitatis pudo- riſq; eſſet, & eam incognitā Eſchino nō eſſe dixiſſet, neq; enim huc diu inquit cōmigrauerunt, & ut opinor mire ipſe ſibi ſumit atq; confirmat quod nondum ille confeſſus eſt. Quid tum. p. grauiſſime pditur Eſchi- nus amator cum ſedulo diſſimulet. Virgo cum. m. eſt. uult Mitio ſic au- dire Eſchinū tanquā alieniſſimū, & ideo uelut inſcius facti diligentius narrat, Virginem autem archaiſmos pro muliere dixit. Perge, uide in- ſtantius. interrogantem quā per contrariū decuit. Hic. m. a. quā * * qui me aduocatū abduxit de foro. Hic leges. c. n. nō pmittunt dixit, nec iubent, ſed cogunt ad perturbandū Eſchinum, & recte, alia em̄ ſinūt le- ges, alia cogunt fieri, & ne eſſet quo reſiſteretur illi, uult ut mulieres à le ge cogantur. perij. hoc audit Mitio, ſed diſſimulat. Et recte. i. recte. q pe rij, & nihil magis comicū, & uide triſyllabum artificioſe eſſe ſubiectū. ut qui perij dixit uix ut locutus fuiſſe uideat. Venitis ut. ſ. a. aliud peius in amatā, ut nec Athenis ſaltē alteri nuberet. Nam habitat.. M * * Mileti, & eſt aduerbiū locale. Hem uirginē ut. ſ. a. hic acrius cōmoueri pducitur adoleſcens, ut adfectu fateatur, quod uerbis negat. Sic eſt. Mi- letum uſq; obſecro. ita animo male eſt, ille oblitus ſui ſic indignatur ut in re propria, hic rurſus callide uultu utitur tanquā aliena narrantis. Miletum uſq;. obſecro. bene uſq;. nam miletos colonia eſt Athenienſiū in ponto. Animo male eſt. male fieri dicitur cum dicti alicuius mœroris perculſus animus non ſuſtinetur corpus, ſequiturq; ruina membrorū. Quid. i. a. nō ſtatim credit Eſchinus pudicā matremfamilias ſtatim cō-

ſentire nuptias nouas uiri ignoti. Quid il. c. poſſe dicere ſubaudiēdum, nihil em̄ dicunt ſubaudiendū, & ſic intelligendū nihil, nō ꝙ taceant, ſed ꝙ nihil confirmātis habeat id qđ dicūt. Cō. mater. eſt. nō dixit ꝙ dicat, & iam cōmenta dicit. i. fallaciā confinxiſſe ueriſimilē cōminiſci. Ex alia ui. iam de proximo tangit Eſchinū. Priorem eſſe illum, mire tractat etiā partes. Nonne hæc iuſta uidenť tibi eſſe. ſ. illa. quæ amicus tuus dixerat quaſi hæc audires. Iuſta. i. iuſta quæ poſtea audiſti quaſi illa quæ ꝑ Leſnio dicebas prius, aut ſi hoc nō eſt. quere quid ſit poſtea, poſtea ſic abūdaret, quomodo interdum hodie de ſtomacho adijcitur loquētis, ut uulgus dicit. Amice ne & nos quādiu. Non uultuoſe ꝓnunciandū eſt non. An. il. h. ab hic tanquā ſingultus ꝓlaturi eſt, nam ſic ꝓnunciandū pater quaſi hoc ad ſupplicandū dicatur. Factum à uobis duriter, non dure & crudeliter, ſed quaſi dura mente. i. inflexibili, qđ græci dicūt * Immiſericorditer. Notato ſyllabarū aduerbium, atq; inſuper compoſitum, & cum coniunctione prolatū. Illiberaliter auxeſis, nam multa duriter, etiam ſi opus ſit immiſericorditer quoq; & facienda ſunt & patiēda, ſi ita ratio & cauſſa cogat, & non ſit illiberale. i. nō malum atq; inhoneſtum. Si eſt di pater ma, apte. i. aptius, quia iam aptū fuerat duriter & miſericorditer, & bene præfatus eſt, ne contumax aduerſus matrē uideretur. Illiberaliter. iniuſte, inclemēter, nō bene, quia liberalis bonus dicitur. Quāobrem delectari magis cupiens Mitio uult Eſchinū ꝑtrahere ad defenſionē ſui. Fore animi. m. quid de ſe plus diceret ſi factū fateret. Qui illi conſueuit. legitur & illam. & dicebāt ueteres hanc rem conſueui * Vt Plau. Vt clamdeſtine & celetur cōſuetudo, & adfectu maiori non amorē allegauit, ſed qđ eſt cōmune cum bonis & multo iuſtius conſuetudinē. Qui infœlix, non qui, ſed qui infœlix, & nō anū ſed miſerā dixit, & ita affectu ꝓditur, qui ut alienus uult loqui. Præſens. p. e. adiuuant ſignificationē hęc ex abundanti addita. Vt illum abſens abſentē auditq; uidetq;, & fratrem ne deſere frater. Celius in exatoſtoti. Hæc caterua plena gladiatoria cum ſuū ſibi alius, ſocius ſociū. & totus hic locus tranſlatus eſt à Virg. in. 4. æne. Quis tibi tum di. cer. ta. ſenſus? Iſtuc deeſt dicis. Quis deſpondit. latenter obiurgat Eſchinū rem ſine patre geſſiſſe. & dicitur figura. * Quis. d. quia nō interfuit pater. Quis dedit, quia rapuit. antequam peteret. Quando nupſit. quia nuptiæ non factæ ſunt & nupſit, moleſte additū quaſi aliena ſit, quæ nō legibus dicta ſit. Auctor his. r. q. eſt ablatiuo caſu non harū. & Salu. Qui nūc Romanus imperat auctor. p. x. n. His rebus auctor quis eſt? iterum obiurgat, quia non interfuit pater, & agit ſic dolens, uelut ſibi minus amoris præbitum fuerit, Mitio, ut ſe in his quantū amor patiatur uideatur ulciſci, quoq; ſibi negociū non conſiteať Eſchinus. An ſedere. ſedere ꝓprie ignauæ ceſſationis. Vt ſedeant ſpectentq; latini, & qđ ſedes, ueteres qđ ſpectas. Cur duxit alienā, utrum filiā an quæ poſſit eſſe, nam om̄es alienas filias dicunt. Tam grandē. grandem ad ætatē ueteres retulerunt, nō ad corpus.

ad corpus,& in parte ætatis dicitur grandis,nō in tota uita,niſi ſibi addatur natu,ut grandis natu parēs adductus ad ſuppliciū,& grandis infans,& grandis puer,& grandis ephebus,& grandis uirgo recte dicitur,& unde ſit Eſchinus,an grandē ſic fingit ignotā,an quia dixit pater cōmenta mater eſt,eſſe ex alio uiro neſcio quē puerum natū,ergo & illa grandis,& ſeruus Mileſius qui tunc uirginē petit,cū iam alteri data ſit, uel nupta ſit alteri.Dum co.hinc illinc ueni.prouerbialiter hinc illinc.Et id defendere nō potuit magis amatorie & magis pueriliter loqui,quàm ut non contentus ait hæc dicere te æquū fuit.& addere,& id defendere. patet aūt qualis effectus eſt, cū etiam patri ob aliā cauſſam blanditur, & ipſe nunc ſimulat.Ridicule.uocatiuus eſt caſus, ab eo quod eſt ridiculus.Quid iſtæc Eſchine noſtra.hæc ultima deſperatio,& Eſchinū in cōfeſſionem protrahet, & in finem fallaciæ ſenē deducet.& bene quidem noſtra dixit.Memor eſt.n.ſe reſpondiſſe Eſchino interroganti.Tibi v̄o q̄d iſtuc rei eſt?nihil mihi quidē.totū aūt hoc ſenex ad id redigit,non tā ut torqueret Eſchinū, quàm ut maius faceret beneficiū ſuum exponendo,in quo pene periculo amor eius incideret.Quid eſt?quid lachrymas? quaſi repente animaduertit flentē,& quaſi cauſſam oēm neſciat ſic inquirit.Ah Eſchine,modo nō exhibuiſſet perſonā patris, niſi pietate uictus pati filiū nollet cōfeſſione torqueri. Virg.Nec plura quærentē Paſſa Venus.m.ſ.i.d.e.bene ergo intelligunt,qui ſic accipiunt porrecturū adhuc fuiſſe Mitionē, niſi uictus affectu fallaciā proieciſſet. Nam te amo.bene addidit.nam te amo &c.nam & inuidis & inimicis moris eſt ſcire quid agimus.Ita uelim me promerentē,quàm pie additū eſt promerentē,tanquā illi ſic ſit uotū Eſchini,cū poſſit pater etiā immeritū amare,& animaduertendum eſt optionē ſemper ſequi,uel ſtatim,uel ex interuallo.nā maxime in huiuſmodi cōfirmationibus ſic.Cic.Ita uelim mihi deos propitios.ut cū illius tēporis mihi uenit in mentē &c. Velim aūt pro uolo antiquitus dicitur.Admiſiſſe in me * adiectum eſt.Et me tui pudet.ambiguū quidam hoc dictum putāt,ſed adparet adoleſcentē propter ſuum peccatū dicere, non ꝙ quicquā turpe fecerit patri. Ne indiligens nimiū ſies.non ergo ingratus ſi negligēs Eſchinus ſit.nec negligēs, ſed indiligens,nec in alterū ſed in ſe deliquit. Miræ clemētiæ genus eſt, aut omnino ignoſcere,aut crimē in leuius cōmutare. nam tota obiurgatio ita amica eſt,ut nō multum à blandimento diſcrepet,magiſq; proficiat apud audientē. ut uult Teren. Quanquā illa ſint aſpera atq; perfracta.In qua ciuitate tandē te arbitrare uiuere,cōmunem locū inducit à loco,à perſona,à facto,à tempore.In qua ciuitate,aliter ꝓnunciandū eſt.i. preſſe ac leniter,ne faciat illud Tullianū. Proh di immortales ubi nam gentiū ſumus?quam Rempub.habemus?in qua urbe uiuimus?& tandem pro tamē.In qua ciuitate.hoc eſt oblitus es Athenis te eſſe ubi uiuitur legibus,uide omnes ſentētias poni accuſatorias & nihil amoris,iſti ſunt orationū colores difficillimi,ſed elaborauit Teren.Mitionē facere

*

leuiter accuſantem, & inducere Demeam duriſſime blandientē. In quæ ciuitate. quod obiurgat Mitio magni amoris eſt, & neceſſaria per pſo na aſſentatio, non em̃ conuenit patrem, etiã nimis ei diligentē filiũ eius præterire peccata. Virginē uitiaſti, uide & rem dici, & abeſſe tragicam inclamatiōnē, & oſtendi delictum, & ad ueniã feſtinari. nam ſtatim di cet, id peccatum primũ eſſe magnum, at humanũ tamen, & tota ꝓnun ciatio in huiuſmodi uerbi ſummiſſa debetur. Fecere alij item. ſ. b. moris eſt exemplo lenire quod purgare non poſſis. Fecere alij item ſæpe boni, cõſolatio ab exemplo, & boni, non cũ facerent, ſed alias boni. At poſt quã id euenit. inqt non cõmiſſum eſt nihil ignoſcẽtius dici potuit. Nun
* quid circũſpexti. * pro circũſpexiſti. Circũſpicimus præſen tia, proſpicimus futura. Quid fieret. i. qua ratione. Quomodo fieret, & qua ratione. i. qbus adminiculis, uel per quas perſonas. Si teipſum mihi q. d. optime additum eſt quaſi non debuerit Eſchinũ apud Mitionē pu dere. Qua reſciſcerē. qua. i. per quos, & ad om̃ia ſubaudiē nũquid cir cunſpexti. Qua. r. deeſt re uel ratione. Menſes abierũt. mire abierunt. q. d. te ceſſante menſes ceſſere, & locutus eſt ui incuſationis tẽpore, & abi re dicitur, qđ paulatim nos deſerit. hoc autē ex partu intelligitur. Prodi diſti te & illam miſerã. Salu. Quod in familia noſtra fuit præſtitũ, ut in om̃ibus bellis adeſſent nobis. & Cic. Senator. r. p. quod in nobis fuit ia cuit, & pernoctauit in publico. Prodidiſti te &. i. m. uide feſtiuũ ſenem quantũ ſe adoleſcenti accõmodet, non em̃ illum quem cauſſa depoſcit, ſed amatoriũ ordinem fecit prius dicẽdo ꝓdidiſti te & illam. Tum etiã Gnatum. ut ex animo eius amare uideatē id qđ gratũ eſt. Prodidiſti. dece piſti, ut Virg. Vnius ob. i. pro. Quod quidē in te fuit. ꝓ id quod in te erat ideſt quantũ in officio tuo ſpei & auxilij partiumq; tuarũ fuit, uel quan tum ad te ſpectabat, & hic eſt illud qđ obſequẽtiſſimus pater uult om̃ia ꝑ ſe eſſe correpta. Dormienti hæc tibi confecturos deos. quã mitis, quã faceta obiurgatio, uidetē ut ſatis Mitio ille eſſe qui ante ſcriptus eſt. Quid credebas dor. tibi confe. deos incerta diſtinctio. nam & per ſe quid, & quid credebas. & uelut per hoc ſubaccuſetē Eſchinus. Hæc ſibi confectu ros deos * & quæ ſunt quæ de ceſſantibus præſtare nõ poſſit, ſequenti uerſu docet, ne uideatur de dijs male ſenſiſſe. Dormiẽti. multo melius quã ſi diceret ceſſanti, & non facturos, ſed qđ plenum, & cõfecturos, & mite deos ponit in eo negocio quod ipſe præſtat, tanquã
* hic & ſe deos excuſet, qđ nõ fecerit Eſchino quæ uolebat etiã dormiẽti. Et illam ſine tua opera in cubiculũ iri. * Iri deductum domũ. ordo eſt. deductũ iri. Nolim cæterarũ rerum te ſocordem, & tan quã nihil imperioſe ac pro auctoritate patria fuit. nolim inquit te ſocor dem cæterarũ rerum eſſe, nõ dixit ne ſis ſocors. Bono animo es, adparet flenti hæc dicta om̃ia eſſe, & hæc decuit uerecũdum adoleſcentē, & exũ tantæ orationis, & metu amittendæ amatæ nimium puellæ, & es modo imperatiui modi eſt temporis ꝓſentis. nam eſto futuri eſt. Duces uxorē

datur in.

datur in ultima obiurgatiõe, & breuiter & plena ſecuritas. Hem ſingultientis fletu & gaudio dixit hem. Obſecro num ludis nunc me? mœſtus amatoris animus ludentẽ ſenem loqui credidit uera dicentẽ, ſed quia optata ſunt hæc, ut alluderet nunc putat, & ob hanc cauſſam dixit ludis tu me nunc, nõ quod eum ante luſerit. Ego te quãobrem? magna uis pronominũ cur non laudat, quibus & acceſſit conſideratio rei, nam primo ego, deinde te, deinde cauſſæ propoſitio, & recte ludis. eſt enim amantem in falſum metũ conijcere iminente lætitia. quęlibet uero ſæuitia inimici in falſum gaudiũ quenquã impellere ſub alicuius mœroris aduentum ſat optat, & ideo negat ſe Mitio in hac parte luſurũ Eſchinũ, qui nõ in alijs luſerit. Quia tam miſere hoc cupio eſſe uerũ. uerum pro nimis, quia nimia miſeria, ut nequid nimis, miſerũ. hoc enim putant qui uirtutes mediocritates eſſe dixerunt. Neſcio. ridiculoſe dixit neſcio, quaſi non ſit ratio, quare non credat patri quãuis ſubiecerit cauſſam. Abi domũ ac deos comprecare. magnus inſtitutor ſui beneficij eſt, qui à dijs petendum eſſe dicit quod ipſe præſtabit, an quia ordinationis fuerat prius rem diuinam facere, & ſic uxorẽ accerſiri, & bene repetitũ eſt abi, quaſi hærẽti morantiq́, ut Vos iſtæc intro auferte, abite. Quid iam. uxorem, acceſſit ad beneficiũ tempus. & ideo iam quaſi geſtiens repetit adoleſcẽs. Quãtum potes. i. cito, aut quantũ poteſt, deeſt ijſſe. Quid quã illam. cõmendat ſe Mitio, & familiariorẽ amatori facit mentionẽ faciendo ſæpius de amica in uxorẽ ducenda. Ni magis te quã oculos amo meos. mire ni addidit, & elegãter inuentũ eſt, quod in ſe amator multũ diligat. i. oculos, ut in Eunucho. adoleſcenti ipſi eripere oculos. i. ipſos de quibus amat. Atq́ ſic infert, hoc quaſi dubitãdo inuenerit, & perbenigne multũ putat, quia amator hoc dixit, ergo benigne large, & per abundat. Quid ille ubi eſt mileſius, non amat ſi ſtatim timere deſinit. unde Virg. Omnia. t. t. f. t. a. Abijt, nauẽ aſcendit, facete abijt ne diceret mẽtitus ſum, atq́ ita dixit, ut infantibus nutrices de turriculis dicere ſolent, quas cum ipſe confixerint abolitas uolunt, poſtquã illas uident nimiũ pauperes, & mihi uidetur ridens hæc dixiſſe, ut intelligat Eſchinus Mitionẽ ioco fuiſſe mẽtitum. Tibi obtemperaturos magis. mira ſentẽtia obſequi deos bonis. quaſi bonis hominibus multũ debeant, & in executionẽ præcandi deos undiq́ facultas nata ſit, patrem ſine aſſentatione laudare nõ eſt iniurioſum, ad patrem referre deprecationẽ deorum, ſed magis honorabile, nã tale eſt apud Virg. Tu genitor. c. ſ. m. & c. ut ipſe patrem putet, hic deos. Ego eo intro, ut quæ opus ſint parentur, tu fac ut dixi ſi ſapis, hic uerſus in quibuſdam non inuenitur. Quid hoc eſt negocij. i. patrem eſſe & mirantis hæc & laudantis oratio eſt, & bene uidetᵉ huiuſmodi patrẽ Terentius probare. Qui magis morem gereret. qui modo qua re, qua ratiõe. Hic non amandus eſt. omia perfecit hic pater ut ametur, & laudetur, & foueatur. Magnã mihi iniecit ſua cõmoditate curã. mira ſententia, mala nobis etiam de bonis naſci, an bonus parens magnæ curæ filio. Sciens

cauebo facere quod nolit. ſ. Sed ceſſo ire intro ne in mora meis nuptijs egomet ſiem. bene, utpote obiurgatus.

ACTVS QVARTI SCENA SEXTA.

Senarij omnes.

DEMEA.

DEſeſſus ſum ambulando, ut Syre te cũ tua
Monſtratione magnus perdat Iupiter.
Perreptaui uſq; omne oppidum, ad portam, ad lacum,
Quò nonꝰ neq; illic fabrica ulla erat, & neq; fratrem homo
Vidiſſe ſe aiebat quiſquam. nunc uero domi
Certum obſidere eſt. uſq; donec redierit.

DEſeſſus ſum ambulando. hic exemplũ inducitur ſæui patris ex adfectu uero, & ob hoc inuiſi omnibus, non aũt eum amare uult, quẽ ipſe amare inducitur, nam neq; ſibi neq; cuiquã alij, ſed filio tãtum cõſultũ cupit. De. aũt ualde ſignificat. Vt Syre te cũ tua monſtratione, ut pro utinã. & hæc omnia anhelans dixit. Te cũ tua. adhuc non credit in errorẽ ſe miſſum fuiſſe. Te cũ tua mõſtratione. *

* Te cũ tua monſtratione perreptaui uſq; omne oppidũ, tardus inceſſus nõ perambulatio, ſed perreptatio dicitur. Ad portam, ad lacũ, quo non ꝰ mire propinquiora omiſit, utpote porticũ, macellum, Cratini ædes, templũ Dianæ, & ultima poſuit, ut quantũ peragrauerit demonſtraret. Ad lacũ, facete poeta memorẽ inducit ſenem quorũ minime opus fuit meminiſſe. Quo nõ ꝰ duobus dictis quo nõ addidit, quaſi & ad dicendũ laſſus adpareat Certũ obſidere eſt uſq; donec redierit', proprie obſidere dixit conuenit. n. & irato & repente aggreſſuro, & ab eo quod eſt obſideo, obſidere facit pro-

cit pducta media ſyllaba, ab eo quod eſt obſido, obſidere facit eadem ſyllaba correpta.

ACTVS QVARTI SCENA SEPTIMA.

Demea de nuptijs reſciſcit. Is fingit iam tumultuari; uerū poſtea placabitur.

Senarij.

MITIO. DEMEA.

IBo, illis dicā nullam eſſe in nobis morā.
De. Sed eccū ipſum. te iam dudum quæro Mitio.
Mi. Quid nam? De. fero alia flagitia ad te ingentia
Boni illius adoleſcentis. Mi. ecce autem. De. noua,
Capitalia. Mi. ohe, iam. De. neſcis qui uir ſit. Mi. ſcio.
De. Ah. ſtulte tu de Pſaltria me ſomnias agere.
Hoc peccatum eſt in uirginem ciuem. Mi. ſcio.
De. Eho, ſcis, & patere? Mi. quid ni patiar? De. dic mihi,
Non clamas? non inſanis? Mi. non, malim quidem.
De. Puer natus eſt. Mi. Di bene uortant. De. uirgo nihil habet.
Mi. Audiui. De. & ducenda indotata eſt? Mi. ſcilicet.
De. Quid nunc futurum eſt? Mi. id enim quod res ipſa fert.
Illinc huc transferetur uirgo. De. ò Iupiter,
Iſtoccine pacto oportet? Mi. quid faciam amplius?

De. Quid

De. Quid facias, rogitas? ſi non re ipſa tibi iſtuc dolet,
Simulare certe eſt hominis. Mi. quin iam uirginem
Deſpondi. res compoſita eſt. fiunt nuptiæ.
Dempſi metum oẽm. hæc magis ſunt hominis. De. cæterũ
Placet tibi factum Mitio? Mi. non, ſi queam
Mutare, nunc, cum non queo, æquo animo fero.
Ita uita'ſt hominum, quaſi cum ludas teſſeris,
Si illud, quod eſt maxume opus, iactu non cadit,
Illud quod cecidit forte, id arte ut corrigas.
De. Corrector, nempe tua arte uiginti minæ
Pro Pſaltria periere, quæ quantum poteſt
Aliquò abijcienda eſt, ſi non pretio, at gratis.
Mi. Neq; eſt, neq; illam ſanè ſtudeo uendere.
De. Quid igitur facies? Mi. domi erit. De. proh diuûm fidẽ
Meretrix & materfamilias erit unà in domo?
Mi. Cur non? De. ſanum ne te credis eſſe? Mi. equidem arbitror.
De. Ita me Di ament, ut uideo ego tuam ineptiam,
Facturum credo, ut habeas quicum cantites.
Mi. Cur nõ? De. & noua nupta eadẽ hæc diſcet? Mi. ſcilicet
De. Tu inter eas, reſtim ductans, ſaltabis. Mi. probe,
Et tu nobiſcum unà ſi opus ſit. De. hei mihi,
Non te hæc pudent? Mi. iam uero omitte Demea

Tuam

Tuam iſtanc iracundiam, atq; ita uti decet
Hilarem, ac lubentem fac te in nati nuptijs.
Ego hos conueniam, poſt huc redeo. De. ô Iupiter,
Hanccine uitam? hoſcine mores? hanc dementiam?
Vxor ſine dote ueniet, intus Pſaltria eſt,
Domus ſumptuoſa, adoleſcens luxu perditus,
Senex delirans, ipſa ſi cupiat Salus,
Seruare prorſus non poteſt hanc familiam.

IBo, illis dicã. In hac ſcæna eſt exemplũ intempeſti-
uæ obiurgationis, & per hoc ridiculæ. Ibo, illis di-
cam. moris eſt ſenũ loqui, uel ſenex, uel maxime
aliquid ex animo agentes. Illis dicã. Soſtratæ & fi-
liæ. Ferro alia. fl. a. t. in. b. magno ſonitu a cingẽdi
oſtenſione futuræ accuſationis exorſus eſt. Mag-
na ſunt. n. omnia, & ferro, & alia flagitia, & ingẽ-
tia, & quod ironicos boni illius adoleſcentis di-
cit & alia flagitia, non inquit, proclamatũ eſt bo-
ni illius adoleſcentis ironia, quæ ſemper amarius
ponitur, quã criminatio manifeſta. Ecce aũt. ecce dicitur cũ repente tri-
ſte aliquid rebus interuenit lætis, aut certe quando cũ aliud agitur, aliud
emergit nouũ, ut Virg. Ecce aũt gemini a Tenedo trãquilla per alta Hor-
reſco referens. Et ecce trahebatur paſſis priamea uirgo. & Cice. Ecce aũt
repente ebrio diomene eſurientibus cunctis &c. Noua. recentia, an mi-
ra & magna, ut Pollio & ipſe facit noua carmina. Ne ſcis qui uir fiet. iro-
nia. nam uir ad laudem ſumi ſolet. ut alibi. Virum te iudico. Scio ſatis ri-
dicule, ne quod ille cupit ab neget Mitio. uel ut conſentiendo iracundiã
Demæa acriorẽ fieri poſſibilem ſibi mitigare quæat. nam ſcio ad nego-
cij totius geſtionẽ retulit, non ad illud quod ait neſcis qui uir fiet. Eho &
ſcis & patere. iam & illi iraſcitur nõ Eſchino. Non malũ, quidem, alij uo-
lunt Mitionẽ dicere. Non malum quidẽ, alij Demeam. Puer natus eſt, dij
beneuertant, hic bono exemplo inducitur Mitio iraſcentẽ iuſte Demeã
leniter ferre, cui exanimato ob mœrorẽ non cõuenit inclementer ire ob-
uiam, cũ poſſit in tempore obiurgari poſtquã deſtomachatus fuerit, &
uide quã facete, cũ ille puer natus eſt ad argumentũ mali attulerit, hic re-
ſpondit quemadmodũ ſolent illi quibus puellã naſci metuentibus nun-
ciaretur puerũ natum eſſe, nam in omnibus quæ cupite uenerint, dij be-

ne uertãt dici ſolet, quia ſæpe homines ea optauerũt, quę alijs aliter quã expectauerunt cõtigiſſent, quam poteſtatẽ rerum uertentũ ſemet utrãq; partem uertumno deo ſupereſſe ueteres exiſtimauerũt. Virgo.n h. uult rem ſine remedio uideri, quia ſcit poſſe nuptijs finiri ſollicitudinẽ, & uide amaritudinem Demeæ contra omẽs ut nec uirgini ipſe parcat. Audiui. * & cum * reſpondendum quaſi leue ſit quod admiſſum eſt. Indotata. eſt & ducenda. ſ. niſi damnatus ſit Eſchinus. & hoc uerbum neceſſitatis uim habet, ut pacẽ Troiano ab rege petendum. Quid nunc futurũ, more iraſcentiũ cum ipſe ſciuerit quid futurum ſit Mitionẽ interrogat, & huiuſmodi interrogatio ſecundũ figurã ſuam non habet reſponſionẽ, ſed Mitio ſic reſpondit quaſi ſimpliciter inquirenti. Illinc huc transferetur uirgo, uirginẽ quæ etiam cũ uiro fuit uocat Virg. Ah uirgo infœlix. Proh Iuppiter iſtoccine pacto fieri oportet. Proh Iuppiter tragice adiecit à Mitione uerſus. Iſtoccine pacto. ad ipſum Mitionẽ reſpiciens dixit. Si non re uera iſtuc tibi dolet, nunc rem pro utilitate poſuit. Simulare certe eſt hominis. non hoc dixit quia hominis eſt mentiri, ſed quia ſæpe iracũdiæ ſimulatio cuſtodia diſciplinæ eſt. Iam deſpondi. res cõpoſita eſt, fiunt nuptiæ ne diceret deſpondi, compoſui facto, & deſpondet puellam qui petit, ſpõdet à quo petitur. recte ergo ſocer futurus deſpondi. Hæc magis ſunt hominis. bene repetit hominis, ille enim dixerat ſimulare certe eſt hominis. Cæterũ tibi placet factum Mitio, nihil aliud uolebat Demea, quã ut ſæuiret Mitio qđ impetrare nõ potuit, etiã ad eãdem ſententiã de prauitate, & peccato Eſchini. Si illud quod maxime opus eſt iactu. utrũ opus eſt iactu, an iactu nõ cadit, incerta diſtinctio eſt. Ita eſt uita hominis quaſi cũ ludas teſſeris. rectum erat ſi diceret. ita uita eſt hominũ quemadmodum teſſeris ludere, aut quẽadmodum ludus eſt teſſerarũ. nota ergo genus locutionis. Illud quod cecidit forte, ut arte id corrigas, ars adhibẽda pro fortuna eſt. nõ enim ſi male iactus ceciderit deſerẽdus eſt ludus, & nunc ſorte pro fortuna intelligẽdum. Corrector, quia dixit arte ut corrigas, ſed moris eſt iratis ab ultimo uerbo contradicẽtis incipere. Neq; eſt, neq; illam ſane ſtudeo uendere, in ſcrupulo uerſatur Mitio, in quo eligit ineptus potius uideri quã prodat Cteſiphonẽ patri, cur nõ poſſet dicere non eſt Eſchini amica ſed celanda eſt culpa Cteſiphonis. Ita me di ament, ut ego uideo tuam ineptiam. ordo eſt, ita me di ament te facturũ credo, ut habeas qui cum cantites. ipſe fefellit non inquirẽdo interiorẽ cauſſam retentæ in domo meretricis, mire autẽ cantites, quaſi turpius ſit cantare ſenẽ cum Pſaltria quã coire. Et noua nupta eadẽ. d. h. alius audiet dicere, ſed ô magna in uerbis elegantia. uide enim quã uim ſignificet diſcet, & ideo non uxor, ſed noua nupta quã ad omnia docilem ipſum indicat nomẽ. Hilarum. uetuſte non hilarem. Tu inter eas reſtim ductitans ſaltabis. Luſus eſt natus ab eo fune quo introductus equus ligneus in Troiã eſt, cũ connexis manibus funẽ chorum ducunt ſaltãtes, hoc à quibuſdã dicit,

ſed ego

ſed ego puto manu conſertos choros uenere puellorũ, puellarumq; cantantes reſtim dicere exiſtimari, & id maxime conuenire ad exagitandã importunitatẽ ſenis ueluti pueros imitantis, ſimul etiã iſte, quia in connexu manuũ laſciuus ac petulans adimit diſcretionẽ, conditionẽ dignitatis ætatis inter meretricẽ nouam nuptam, & ſenem, & hoc quẽadmodum dictum eſt. ſed quanto ſtomacho credas, iam ab Eſchino receſſum eſt, & trãſitum ad Mitionis luxuriã deſcribẽdam. Iam uero omitte Demea, mire urbanitatem expreſſit ultro obiurgantis qui obiurgatus eſt. Tuam iſtanc iracundiã. nam ira de cauſſa, iracundia de uitio multũ iraſcentis. Atq; uti decet hilarum & lubentẽ. bene addidit lubentem. multi enim hilares ſe ſimulantes non lubentes ſunt. Fac te. non dixit eſto, ſed elabora, ut eſſe poſſis. Hanccine uitã hoſce mores, hanc dementiã, eclypticos omnia, utpote ſtomachatus ſecũ loquens, deeſt enĩ eſſe aut quid tale. Domus ſumptuoſa, domus .i. homines. Si ipſa cupiat ſalus ſeruare prorſus non poterit hanc familiã. * Plautus lubentiorẽ te faciã * quã lubentia, eſt enim. * Et ipſa ſalus ſi cupiat prorſus non poterit hanc familiã, hinc licet æſtimare quantũ & caloris & grauitatis apud Teren. ſit ad mutationẽ lætitia. nam uide quantũ creuerit à ſuperioribus ut ſic finiret.

ACTVS QVINTI

SCENA PRIMA.

Senarij itidem ut ſuperiores.

SYRVS. DEMEA.

AEdepol Syriſce te curaſti molliter,
Lauteq; munus adminiſtraſti tuum.
Abi, ſed poſtquam intus ſum omnium
rerum ſatur,
Prodeambulare huc libitum eſt. De. illud ſis uide
Exemplum diſciplinæ. Sy. ecce autem hic adeſt ſenex
Noſter. quid fit? quid tu es triſtis? De. ohe ſcelus.

Sy. Eho iam tu uerba fundis hic ſapientia.

De. Tun' ſi meus eſſes. Sy. Dis quidem eſſes Demea.

Ac tuam rem conſtabiliſſes. De. exemplum omnibus

Curarem ut eſſes. Sy. quamobrem? quid feci? De. rogas?

In ipſa turba, atq; in peccato maxumo,

Quod uix ſedatum ſatis eſt, potaſti ſcelus, quaſi

Re bene geſta. Sy. Sanè nollem hunc exitum.

AEdepol Syriſce. Hic exemplum inducitur licẽtiæ
ſeruorũ ſubmitti domino. Aedepol Syriſce te cu-
raſti molliter. qa detexit Ctheſiphonẽ, iam opor
tet ut ebrius inducatur Syrus, per cuius fallacias
* tegat, adeo ut Syriſcũ ſe dicit non Syrũ *.
Molliter. delicate. Lauteq; munus admi-
niſtraſti tuum. ut quicquid eſſet belliſſimũ carpe-
res. cyatosq; ſorbillares, aut minus ſeruile, eſſes
& biberes. Abi. uerbum. uel ſibi, uel alteri cũ lau
datione blandientes. nam ſic dicunt, qui iam cõ-
potes ſunt uotorum omniũ, perfectiq; in rebus uniuerſis. Pro deambu-
lare. nota duas præpoſitiones, uni dictioni adiunctas ut pede pro ſubi-
* git terram *. & opportune ad delitias exprimẽdas
hoc uerbum poſuit, nam producere ſignũ deambulare ſignificat. nam
deambulare etiã intus potuit. Exemplũ diſciplinæ. quia unus ex multis
reliquis, an quia ſenior & impar, & ita pedagogus, ut ipſe ait, quẽ ego
puerum tantillum in manibus geſtaui meis. Quid fit? quid tu es triſtis.
mire ad ſecuritatẽ ebrius hæc expreſſit. nunquid em̃ ꝑtimeſcit interuen
tum ſenis, ut ſolebat Syrus, aut quicquã præcauet. Iam tantũ tamẽ ſub-
auditur. iamq; ipſius iram oblitus eſt, ut cũ eum ſæuũ ſciat cauſſam tri-
ſtitiæ eius inquirat. Tu uerba fundes. hi. ſ. an tu ſapientia, quia dixit ſu-
pra, tu quantus es nihil niſi ſapientia es. Fundes. utrũ ſine ulla ceſſatione
ꝓferes. an perdes ſecundũ illud. nam quid tu hic agis, ubi ſi quid boni
precipias nemo obtemperat. Dis quidẽ eſſes Demea. ab eo quod eſt dis
ditis dites facit. Quamobrem quid feci. nihil nunc in Syro niſi ſimplex
& purum ob ebrietatẽ, & uide quãobrem quid feci dicere nõ eſſe ebrij
Syri. In ipſa turba. non minus ridicula importunitas Demeæ eſt quã e-
brietas Syri, quia aduerſum temulentũ tantæ grauitatis oratione perſo-
nat, ut ex dicentis uultu, uerbis, & ex audientis habitu & ſtupore ma-
gnam uoluptatẽ percipiant ſpectatores, uides em̃ quanto pondere uer-
borũ

borum cum ebrio litiget. Potaſtis ſcelus. nõ quod plus uidet ſenex quã obijcitur oculis, ſed oratorie potaſtis dixit, cum unũ ebrium cernat, pꝛopter illud qđ ait exemplũ diſciplinæ, quaſi in om̃ibus ſit qđ in uno tunc aſpicitur. Virg. Et crimine ab uno diſce om̃es. Sane nollem hunc exitũ, & hoc dicto oblitus oĩm rerum eſt nihil reſpõdiſſe Demeæ per fallaciã, ſed tantummodo ponit quod exierit.

ACTVS QVINTI

SCENA SECVNDA.

Senarij.

DROMO. SYRVS. DEMEA.

Heus heus Syre. rogat te Cteſipho ut redeas. Sy. abi.
De. Quid Cteſiphonem hic narrat? Sy. nihil. De. eho carnufex,
Eſt Cteſipho intus? Sy. non eſt. De. cur hic nominat?
Sy. Eſt alius quidam paraſitaſter paruolus,
Noſtin? De. iã ſcibo. Sy. quid agis? quò abis? De. mitte me
Sy. Noli, inquam. De. non manum abſtines maſtigia?
An tibi mauis cerebrum diſpergi hic? Sy. abijt,
Aedepol commeſſatorem haud ſanè commodum,
Præſertim Cteſiphoni. quid ego nunc agam?
Niſi dum hæ ſileſcunt turbæ, interea in angulum
Aliquò abeam, atq; edormiſcam hoc uilli. ſic agam.

Reſciſcit Cteſiphonis peccatũ. Ea extrema pars eſt Epitaſeos.

HEus heus Syre. quã clare dicat oſtendit ex eo q̃d præmiſit heus antequã loqueretur. Cteſipho. mire additum nomẽ eſt cum aut ſine hoc, aut per pronomen intelligi poſſit Cteſipho. Vt re. redeas diſcendo oſtendit & illum inter pocula, à quo egreſſus eſt ebrius. Et alius. q.p.p. non alius paraſitaſter, ſed alius Cteſipho, quaſi non duo, ſed multi ſunt Cteſiphones, & hoc ſic pronunciandũ eſt, ut & ſimul & quærat, & dicat noſtin, quaſi ſicophãta nunc addidit noſtin. nam ueteratoris eſt in mẽtientes conſidere. Quid agis? quo abis? hoc iam ebrio cõuenit, non illi quem cognouimus Syrũ, nam quod retinet ſenem cõfeſſionis genus eſt. Non manũ abſtines maſtigia. etiã inieciſſe manũ ut teneret Demeam ex ipſius uerbis cernitur. An tibi mauis. c.d.h. ut adparet baculo minatur. Abiit, quia prohibere nõ potuit, demiſſo & deſperanti uultu quid factũ ſit dicit, & abiiſſe pronunciat. Aedepol. c.h.ſ.c. * cum inopinatus ſuperuenit, ut omnia ſic offendat, quẽadmodum qui cõmeſſatum ingreditur, quia cõmeſſatoris eſt ſuperuenire ad ſcortum & uociferare aliquid in iocularem ſtrepitum, quare falſe totũ ad Demeam cõtulit. Præſertim Cte. bona exceptio ut adpareat omnibus in cõmodum & huic & Eſchino, ſed præcipue Cteſiphoni. Niſi dum hæ. ſ.t. non quæ iam ſunt, ſed quę erunt. Hoc uilli. eſt uini, ut unus, ullus, aſinus, aſellus, uanus uallus, uinum, uillum.

ACTVS QVINTI

SCENA TERTIA.

Senarii omnes.

MITIO. DEMEA.

PArata à nobis ſunt, ita ut dixi, Soſtrata
Vbi uis. quis nam à me pepulit tam grauiter fores?
De. Hei mihi quid faciam? quid clamẽ, aut querar?
O cœlum, ò terra, ò maria Neptuni. Mi. hem tibi.

Placatur Demea tũ Aeſchino tum Cteſiphoni.

Reſciuit

Reſciuit omnem rem, id nunc clamat ſcilicet,
Paratæ lites, ſuccurrendum'ſt. De. eccum adeſt
Communis corruptela noſtrûm liberûm.
Mi. Tandem reprime iracundiam, atq; ad te redi.
De. Repreſſi, redij, mitto maledicta omnia.
Rem ipſam putemus, dictum inter nos hoc fuit,
Ex te adeo eſt ortum, ne tu curares meum, Crimen.
Neúe ego tuum? reſponde. Mi. factum eſt, non nego.
De. Cur nunc apud te potat? cur recipis meum?
Cur emis amicam Mitio? num quid minus
Mihi idem ius æquum'ſt eſſe, quàm mecum'ſt tibi? Cōfutatio
Quando ego tuum non curo, ne cura meum.
Mi. Non æquũ dicis. De. non? Mi. nam uetus uerbum hoc quidem'ſt,
COMMVNIA eſſe amicorum inter ſe omnia.
De. Facete, nunc demum iſtæc nata oratio'ſt.
Mi. Auſculta paucis, niſi moleſtum'ſt Demea,
Principio ſi id te mordet ſumptum filij
Quem faciunt quæſo facito hæc tecum cogites,
Tu illos duos olim pro re tollebas tua,
Quod ſatis putabas tua bona ambobus fore,
Et me tum uxorem credidiſti ſcilicet
Ducturum, eandem illam rationem antiquam obtine,

Conſerua

Conſerua, quære, parce, fac quam plurimum
Illis relinquas, gloriam tu iſtam obtine,
Mea, quæ præter ſpem euenere, utantur ſine.
De ſumma nihil decedet, quod hinc acceſſerit
Id de lucro putato eſſe. omnia hæc ſi uoles
In animo uere cogitare Demea,
Et mihi, & tibi, & illis dempſeris moleſtiam.
De. Mitto rem, conſuetudinem ipſorum. Mi. mane,
Scio, iſtuc ibam. multa in homine Demea
Signa inſunt, ex quibus coniectura facile fit,
Duo cum idem faciunt, ſæpe ut poſſis dicere,
Hoc licet impune facere huic, illi non licet,
Non quòd diſſimilis res ſit, ſed quòd is qui facit:
Quæ ego eſſe in illis uideo, ut confidam fore, ita
Vt uolumus, uideo, ſapere, intellegere, eos in loco
Vereri, inter ſe amare, ſcire eſt liberum
Ingenium, atq; animum. quo uis illos tu die
Reducas. at enim metuas, ne ab re ſint tamen
Omiſſiores paulo, ò noſter Demea
Ad omnia alia ætate ſapimus rectius,
Solum unum hoc uitium adfert ſenectus hominibus,
Attentiores ſumus ad rem omnes, quàm ſat eſt.
Quod illos ſat ætas acuet. De. ne nimium modo

Bonæ

Bonæ tuæ iſtæ nos rationes Mitio,
Et tuus iſte animus æquos ſubuortant. Mi. tace,
Non fiet, mitte iam iſtæc, da te hodie mihi,
Exporge frontem. De. ſcilicet, ita tempus fert,
Faciundum'ſt. cæterum rus cum filio
Cum prima luce ibo hinc. Mi. immo de nocte cenſeo,
Hodie modo hilarem fac te. De. & iſtam Pſaltriam
Vnà illuc mecum hinc abſtraham. Mi. pugnaueris,
Eo pacto prorſum illic alligaris filium,
Modo facito ut illam ſerues. De. ego iſtuc uidero.
Atq; illi fauillæ plena fumi, ac pollinis
Coquendo ſit faxo, & molendo, præter hæc,
Meridie ipſo faciam, ut ſtipulam colligat,
Tam excoctā reddam, atq; atram, quā carbo'ſt. Mi. placet,
Nunc mihi uidere ſapere, atq; equidem filium
Tum etiam ſi nolit, cogas, ut cum illa unà cubet.
De. Derides? fortunatus qui iſtoc animo ſies.
Ego ſentio. Mi. ah pergis ne? De. iam iam deſino
Mi. I ergo intro, & cui opus eſt rei, ei rei hilarem hunc ſumamus diem.

PArata à nobis ſunt. ita. u. d. s. In hac ſcena collatio eſt pſonarum, mitis ac ſæui. Parata à no. ſ. de uerbis abſentis uult oſtēdere poeta quā orationem cum Soſtrata habuerit ingreſſus Mitio, & uide quas * interpoſuerit primo. Parata à nobis, & quæ non dixit, ſed ut dixi dicendo ſignificat ſe dixiſſe omnia. Deinde ubi uis

fiãt nuptiæ, uel qd tale, aut omiſit, aut dicturus hoc ipm audit uehementius fores eſſe pulſatas, & qđ agebat abiecit. Quiſnã à me. p. a. me modo i. meas. Tam grauiter. quia irati omĩa cõcite faciunt, cũ pulſandæ fores eſſent exituro foras Demea, ſic eas pulſauit, ut & ijs ipſis iraſci uidereť. Hei mihi. q. f. quid agam? aut. q. c. aut. q. o. &c. multũ laborauit Terentius, ut Analogiã ſeruaret in dolore Demeæ, quo maior debet in Cthesiphone rephenſio eſſe, quã in delictis Eſchini. Et nota ꝙ ubi non inuenit quod dignũ loqueretur ab interiectione cœpit, hei mihi, & adhuc quomodo pro rei magnitudine oratio parua eſſet, quid faciã inquit. In alieno indignatus eſt, in ſuo quid faciam inquit. In alieno litigauit. hic ait, quid agã? In alieno clamauit & quæſtus eſt. hic in ſuo relinquiť, & præter * In Eſchini peccato Mitionẽ accuſauit, in Cteſiphonis clementia cum dijs omnibus ac toto mundo, mira auxeſis quã imitatur. Virg. in Orpheo. Poſt amiſſam rurſus Euridicẽ, quid faceret inqt. omnia enim conſumpſerat primns dolor, qualẽ rapta bis cõiuge ferret, nam quid præter omẽs terras atꝗ inferos loci remanebat, quod nõ lugeret, per quẽ fletum manes quaſi omẽs primis luctibus impleret & lachrymis, quia numina uoce mouerũt, cui nec ita quidẽ inexperta remãſerat. & uide hic gradus doloris & iracũdiæ, in tantũ autem ut iam creſcere non poſſint. quippe in initio fabulæ tantũ triſtis eſt Demea, nã ſic audiuit à Mitione quia triſtis eſt, & ipſe rogitat me ubi noſter Eſchinus ſiet. Quid triſtis. e. ſ. uide mox præcedit in peius, ut ſic incipiat. Diſperij Cthesiphonem audiui filiũ unã fuiſſe in raptione cum Eſchino, inde poſtea dicit. Ne ego homo ſum infœlix ad poſtremũ. Hei mihi. q. f. q. a. & in naturali quodãmodo, poſtquã ſummus furor ad extrema puenit, repẽte ſenex mutatur, & mitis. O cœlum. o. t. m. n. Neptunus quia medius ſit inter cœlum & inferos. dum utriusꝗ regni particeps eſt, habetur elementorum omniũ potior. nam ideo tridentẽ habet pro numero trium elementorũ, ut apud Virg. idcirco dicit. iam cœlũ terramꝗ. m. ſ. n. u. Miſcere. & apud Homerũ ſic idem * Et hoc eſt quod ait Horatius in arte poetica, interdum tamẽ & uocẽ comœdia tollit, in hæc tria rerum natura diuiditur. Vt in principio mare. ac terras. c. ꝗ. p. & p hoc totũ mundũ accuſauit. O cœlũ, ò terra, ò maria neptuni. utrũ de eo elementa inuocauit qđ dijs quoꝗ iraſciť qui in his cõmorantur, ut dolẽtes ſolent, aut quia deos eſſe nõ putet, ideo hæc omia Neptuni dicit, quia ſic dicturus eſſet neptuni fiat, niſi intercederet perſona Mitionis, quẽ uidens ad aliud cõuerſus deſit, diluuiũ & interitũ rebus optare cœpit obſecto fratre, cui maxime iraſciť, & propter quẽ deteſtabatur omnia. Tale eſt apud Virg. Omnia uel mediũ fiat mare. ante omnia accuſat, Vt indignantẽ. ut Quem non incuſaui amens hominũꝗ deorum. & atꝗ deos atꝗ aſtra uocat. c. m. Hem tibi. * Nulli enim, tibi Mitio loquitur. Id nunc clamat. id ob id. Paratæ lites, uidetur & ipſe ptimuiſſe dicendo. ſ. paratæ lites, ſed ut rurſus cõfirmet ſe ſuccurrendũ eſt ait. Suc

curren

currendum eſt Cteſiphoni.ſ.Cōmunis corruptela noſtrorū liberorum maior accuſatio eſt iſta quā prior,quippe cū iam modo de ambobus accuſetur Mitio nō de uno. Tandem reprimere iracundiam.mire quia reprehendere nequit,iraſcentē nimietatem reprehendit irati & ira de cauſa eſt iracundia de moribus. Atq; ad te redi. quia ira ab eo quod eſt ire dicit,eo ꝙ à ſe eat qui iraſcitur & furit. Et ad te redi.proprie dixit. Virg. Verum ubi uidi nulla.f.r.f ad ſe redit & Cic. redit ad ſe & mores ſuos. Repreſſi.redij nō quidem,ſed quod geſtu dicatur ſpecta &uidebis neq; repreſſiſſe adhuc iracundiā,neq; ad ſe redijſſe Demeam,ſed quā mira perſpicuaq; moralitas in huiuſmodi rebus eſt adparet. Rem ipſam putemus, uidetur paulo citius deſto machatus, quā res etiā incerta expoſcebat, ſed hoc morale dicitur. nam iuſte irati omiſſa ſæuitia ad ratiocinationes ſępe feſtinant,& prætereaillud accedit quod nō inuenit,quod iā condigne dicat ſimul,quia etiā increpitus eſt à fratre, quod apud ſe iam non ſit per iracundiā uehementē. Rem ipſam putemus, tractemus,purgemus,nam & hinc putamina purgamēta dicta ſunt, ut Plau. in capti. ait.Nucleum amiſi,retinui pignoris putamina.& Virg.Multa putās inquit,putare proprie eſt falſa & infructifera à ueris & fertilibus reſecare unde arborū purgatores putatores dicuntur. Et rē. cauſſam ipſius litis oſtendit, ut Mitte iſta atq; ad rem redi. Ne tu curares meū. nam ambos curare propemodum repoſcere illū eſt quem dediſti.Factum eſt adparet Mitionem minutim quidē fateri, ſed facete cōtemnere obiecta. Cur emis.a.m. inclamatio iſta nominis magnā inuidiam ſignificat, ut regnum ne Eſchine hic poſſides? Et pacē te poſcimus oēs Turne. Nam qui. m.m.i.i.æ.eſt eſſe.aut nā,aut qui abundat,& eſt ordo.Qui minus æquū eſt eſſe idem ius mihi.qui ergo,quare,uel cur ſignificat.Nam uetus hoc. q.u.eſt confidenter non repetiuit non habens rationē quā ſubijceret niſi illi prouerbiū ueniſſet in mentē,nam quia ſe uidet in malā cauſſam incidiſſe totū uerniliter & facete agit,& ſubijcit æquitatē, ubi iuſto ſe tueri non poteſt.quia tantū Demea cōuincit dicendo. Nunc demū iſtæc.oratio nata, ut oſtendat illum ꝑturbatū contraria ꝑtuliſſe dictis ſuis ſuperioribus.Cōmunia.e.a.in.ſ.o.inter pythagoreos ortum dicitur. Facete nunc.&c.alij totum iungunt,alij ſeparant.& bene.Nata eſt.nam ſi dicimus de rebus repentinis, ut ſupra. Hæræ natæ melius fieri.h.q.&c.

Auſculta.p.niſi moleſtū eſt Demea.in duas partes diuidit ꝑſuaſio,nihil paſſurum Demeā damni,nihil corruptelæ.Et me.t.u.&c.* *

Conſerua quere.p.ſ.quā.i.r.hoc ſic ꝓnunciandū ut adpareat hāc ipſam uoluptatem diſplicere Mitioni.Cōſerua.parce.quere noua,parce omibus.Principio ſi id mordet te ſumptū filij quem faciunt,figuratiua locutio eſt,ut Eunuchū quem dediſti nobis quā turbas dedit.Quæſo,modo obiurgatoriū eſt quæſo.Pro re tua.patrimonij tui qualitate. Vtantur ſine,aut deeſt his,ut ſit his utantur,aut antique locutus eſt.De ſumma nihil decidet,rei tuæ ſcilicet. Mitto rem.pecuniam,& eſt hæc exclamatio

moralis nimis aduerſum tardos ac nō intelligentes homines. Dempſeris. pro demes. Conſuetudinē ipſorum loquor, aut quid tale ſubaudiedum. Mitto rem. conſuetudinē ipſorum, uel ab utilitate uel ab honeſtate tranſtulit, uel à rebus ad illos ipſos de quibus agitur. Cauetur eñ ne aut rem perdant aut ipſi pereant. Mane ſcio, iſtuc ibam, moralis & faceta correptio continens in ſe latenter blandimentū, quo leniatur auditor At enim metuas ne ab re ſit tamē. o.p. oratorie paulo. nam nō omiſſiores fore Demea, ſed plurimū credit, & metuit uel à re uel à patrimonio. Omiſſiores negligentiores, ſic in Heau. Vbi te uidi animo eſſe omiſſo. O noſter. d. blanda & cum quodā complexu eius qui rephenditur incuſatio, & de more ſublata, & ſi hoc dixit, tanquā dicturus eſſet, multa te latent, ſimplex homo es, nam huiuſmodi ſententia latenter quandam dicētis auctoritatē fiduciamq; deſignat. Multa in. h. d. ſ. in obſcuriſſimus ſenſus & re & uerbis. Duo. c. i. f. obſcure locutus eſt cum ſit ſenſus. Duo. i. f. quod uni licet facere, alteri non licet. Sæpe. u. p. d. melius eſt ſæpe ad ſuperiora coniūgere, nam poſſunt duo idem etiā caſu non ut ſimilitudinem facere uideātur, tunc ergo erit ſignū ſæpe idem faciunt. Dicere autem poſuit pro intelligere, & ſcire ab eo quod præcedit id qđ ſequit̃, ut Fœneratum iſtuc beneficiū pulchre tibi dices, & memorē me dices eſſe & gratum. Non quod diſſimilis res ſit, an quia huic licet. Quę ego in illis eſſe uideo, ordo & ſenſus hic eſt, multa in homine Demea ſigna inſunt ex quibus coniectura facile ſit, quæ illis ineſſe uideo. Vt cōfidam ita fore. ita ut uolumus, duo quū idem faciunt, nam ambo & ſapiunt & intelligunt, & loco uerentur, nō ingenij uitiū ſed ætatis eſt. Intelligere in loco uereri. nō in loco intelligere ſed in loco uereri. Inter ſe amare, cito dixit inter ſe, qđ eſt cum altera alterū inuicem amat. At eñ metuas *

* ad priorē tractatum pertinens, qui eſt habitus de cōſuetudine rei familiaris. Ne ab re tamē ſint omiſſiores paulo, quia amāt, potant, olent unguenta. Ad alia omia ætate ſapimus rectius. præterquā ad auaritiam, & per hoc quod optas liberis uitium ſenectutis eſt. Attentiores ſumus ad rem omnes, proprie attentiores reddit omiſſioribus, ſupra eñ dixerat. Ne ab re tantū ſint omiſſiores paulo. Quàm ſat eſt. q. d. attentos non eſſe nimium crimen eſt. Quod illos ſat. æ. a. metaphoricus acuet. Ne. ni. bo. tuæ iſtæ nos rationes Mitio, & tuus iſte animus æquus ſubuertant. ne ualde ſubuertant infra legendum eſt. ſi ne pro non cōiunctione, ſubuertant ergo legendū ita ut ſubaudiamus timeo uel aliquid tale. Tuæ iſtæ. ꝙ ait ſignificationē habent nulliuſmodi rationē & ineptam. nam adparet non eas probare ab eo qui ſic loquitur ut ſupra. Iam uero omitte Demea tuam iſtam iracundiā. Tace non fiet. tace nunc *

* poſitum eſt. quaſi diceret non ſubuertet, ne dixeris qđ mali ominis uerbum eſt. Da te hodie. m. accōmoda teipſum uoluntati meæ. nam in animum tranſtulit quod eſt corporis, ut in Eunu. Mihi ſeſe dare, ſermonē quærere. Cice. Ceruiculā iactatuꝝ, & populo ſe accōmodare. Da te. h. m

ſi non

ſi non uis inquit propter te, uel propter me mitis eſto. Exporge frõtem. quia contrahi in uerbo dicitur, & uerbo iſto oſtenditur quanto conatu opus ſit ad explicandum tantam contractionẽ ſenectutis, & ſeueritatis. Scilicet ita fert tẽpus, faciundũ eſt. uide ſi non hoc ſit qđ græci, * dicunt, nam ſi & ita tempus fert, & faciundũ dicendo, oſtẽdit ſe magis cogi neceſſitatibus ut paulo ſit tranquillior, & cum tanta difficultate, pmittit tanquã mala ſubiturus ſit, atq; adeo maiorẽ partem, ſecum diſputat neceſſario hoc uelit nolit faciundum eſt ut ſit lætior, & hoc quia tẽpus fert. Cæterum rus cras cum filio cum prima luce ibo hinc. hoc ideo facit quaſi gaudere interim non poſſit, niſi ſe uicinæ ſæuitiæ proximitate ſoletur. Faciẽdum eſt. ſatis miſere, tanquã neceſſitate cogatur ad gaudendum agreſtis ſenex. & * Ibo hinc. tanquã de malo loco. De nocte abundat. Primo lucu. apoſiopeſis, nam cum primo lucu, ueteres dicebant lucum pro luce, pro ſole ponentes, ergo cum primo lucu, quũ primũ ſol cœperit illuceſcere. Cum primo lucu. ueteres maſculino genere dicebant lucem. Facte. eodẽ uerbo utitur, quo iam dudum. ut laborem ad lætitiã ſe conuertentis oſtendat. i. elabora ut ſis hilaris. Et iſtam Pſaltriã unà illuc mecum abſtrahã. uide ſingulas ſyllabas imbutas amaritudine ruſtica atq; agreſti, nam iſta odium ſignificat. Pſaltria ſæuitiam in nomen eius, quã delitioſam eſſe oportet, & una mecũ, quã cum adoleſcentibus eſſe cõuenerat, & illuc ad quẽ locum Pſaltriã ſecum ire compellit, deinde ne uel in itinere pœna ceſſet, cũ filio ibo hinc inquit. Illã uero abſtrahã. nam illuc eo animo dixit quo ſupra ibo hinc. & adparet illum quaſi mancipiũ ducturum puellam, non ut fidicinam. Me. cum hinc abſtraham. non abducã. ſed quod eſt ſæuientis abſtrahã. Pugnaueris, magnam rem feceris, ſic Lucil. Vicimus ocius & magnã pugnauimus pugnam. Eo pacto prorſus illic alligabis filiũ, hæc cũ riſu dicit Mitio, & ligare eſt inijcere alicui uincula, quis uero dicit alligari ad aliquid ſine quo eſſe nõ poſſit, ergo ad amicã proprie alligari adoleſcentem dixit amatorẽ. Prorſus, aut certe, recte ac uere ſignificat. Vi illam ſerues ad tuendum illum. hoc eſt nõ iam filiũ, ſed illam ſerua in qua utrunq; retinueris. Ego iſtuc uidero, hoc eſt ut illam ſeruem. Coquendo & molẽdo ſit faxo. ne ametur. ſ. Atq; illic fauillæ plena fumi ac pollinis, quippe molere prius eſt quã coquere. ſed coquere prius poſuit, quo pulchritudo magis fœdatur, an quia prius torreatur triticũ ut tundi poſſit, ut Virg. Et torrere parant. fl. & . f. ſ. Coquendo molendo ſic faxo. Præter hæc * octaua. Meridie ipſo, quũ ſol uehemẽtior eſt, & nomen facit de aduerbio, & meridiẽ dixerunt ueteres quaſi medidies. r. p d. poſitum eſt, & propter cognationẽ horum in ſe literarũ. Vt ſtipulam colligat, qđ ſub ſole fieri neceſſe eſt. Tam excoctam reddam atq; atrã. * & dixit reddam pro faciam. & excoctam ad tenuitatẽ ſiccati coloris. Atram. ad colorem retulit. & uide quã aſpera, quãq; ingrata clauſula ſit quaſi ſeuidici ſenis finitur oratio. Placet nũc mihi uide

 reſa-

dere ſapere.non contradixit ne rurſus prouocet. timet em̃ ſuaſor ne lætitia prouocet ad iurgiũ. Atq; equidem filium,ſuadet lætitia non ſolum, ſed etiam rem ducere cogit inuitũ. Derides? fortunatus qui iſto animo ſies. hoc uerbum uultu Demeæ ſic ꝓfert̃, ut ſubriſiſſe uideatur inuitus. ſed rurſus. Ego ſentio amare ſeuereq; dixit, & ridet q ſimpliciter ridet. deridet qui cum alterius irriſione & contemptu ridet. Fortunatus qui iſto animo ſies, nõ laudantis eſt quod ait fortunatus, ſed moraliter repræhẽdentis, ut ſi dicas, cum te aliquid cura offenderit, fortunatos ſtultos qui nihil ſentiant, hoc quoq; dicit in Eunu. At ego infœlix neq; ridiculus eſſe neq; plagas pati poſſum. Iam iam deſino & hic uelut neceſſitatem quærit imponi ſibi. Et ei rei cui opus eſt. & cui rei credis niſi nuptijs, hoc eſt ludo lætitiæ, uoto, & gaudio nuptiali. Hunc ſumamus diem, non accipiamus, ſed impendamus & cõſumamus, unde & ſumptũ dicimus pecuniam quæ inſumenda eſt.

ACTVS QVINTI

SCENA QVARTA.

Tetrametri.

DEMEA.

Vt ad pareat placari Demeã res in perſonas ſpargit, adeoque ipſe ꝓducitur ſolus in ſcenam. Exordium à γνωμὴ tractũ eſt, ſequit̃ deinde narratio.

NVnquã ita quiſquam bene ſubducta ratione ad uitam fuit,
Quin res, ætas, uſus ſemper aliquid adportet noui,
Aliquid moneat, ut illa, quæ te ſcire credas, neſcias,
Et quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies.
Quod mihi nunc euenit, nam ego uitam duram, quam uixi uſq; adhuc,
Prope iã excurſo ſpatio, mitto. id quãobrem? re ipſa reperi,

Facilitate

Facilitate nihil homini eſſe melius, neq; clementia.
Id eſſe uerum ex me, atq; ex fratre, cuius facile'ſt noſcere.
Ille ſuam ſemper egit uitam in otio, in conuiuijs,
Clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus,
Sibi uixit, ſibi ſumptum fecit, omnes bene dicunt, amant
Ego ille agreſtis, ſæuus, triſtis, parcus, truculentus, tenax,
Duxi uxorem, quam ibi miſeriam uidi? nati filij,
Alia cura. porrò autem dum ſtudeo illis ut quam plurimũ
Facerem, contriui in quærundo uitam, atq; ætatem meam
Nunc exacta ætate, hoc fructi pro labore ab his fero,
Odium. ille alter ſine labore patria potitur commoda.
Illum amant, me fugitant, illi credunt conſilia omnia,
Illum diligunt, apud illum ſunt ambo, ego deſertus ſum.
Illum ut uiuat, optant, meam autẽ mortẽ expectant ſcilicet
Ita eos meo labore eductos maxumo, hic fecit ſuos
Paulo ſumptu, miſeriam oẽm ego capio, hic potitur gaudia
Age age, nunc experiamur contra hæc quid ego poſſiem
Blande dicere, aut benigne facere, quando eò prouocat
Ego quoq; à meis me amari, & magnipendi poſtulo.
Si id fit dando atq; obſequendo, non poſterioris feram. Redit ad ingenium Demea.
Deerit, id mea minime refert, qui ſum natu maxumus.

Nunquã

NVnquã ita quiſquã bene ſubducta ratione. In hac ſcena exemplum inducitur hominũ, qui uirtutẽ tædio deſerunt ob contemptum eius, quod apud omnes ſæuũ eſſe uitioſum ſit, & adeo fauet Terẽ. clemẽtioribus, ac mitiſſimis patribus, hũc quoq; adducat ad ſententiã Mitionis, non tamẽ hoc ſentientem ꝙ ita fieri oporteret, ſed ꝙ ita res cogitat. Vult enim naturalẽ ineſſe ueris patribus acrimoniam, ſed eam ſemꝑ inuidioſam eſſe adoleſcentibus. Bene ſubducta ratione. bene diſpoſita, bene computata. Ducere eſt digitis cõputare, ſeducere eſt quẽ apud alium & palã deducere. ſed ſubducere eſt apud ſeipſum & ſecreto deducere, quo magis in uerbo iſto maioris attẽtionis & diligentię ſignũ eſt. Quin res. quin modo cur non ſignificat. Quin res. ętas, uſus, tria poſuit ex quibus res pro experientia ponitur. & hoc dicit ſe eſſe mutatũ. nam mox dicet. Re ipſa reperiri facilitate nihil eſt homini melius, nec clemẽtia. Aliquid moneat. Syllepſis eſt per caſus, & ſubaudiat.n. quem. Quæ tibi putaris prima ut aliâs eligenda, quæ & primo loco ponẽda ac per hoc optima. Vitam duram quã uixi. archaiſmos, ut Lucillius magnã pugnauimus pugnam. Nam ego uitam duram quã uixi uſq; adhuc. prius dixit q̃d faciat quã cur faciat. Prope iam ex curſo ſpacio. i. ad calcem miſſo ꝓpter ipſos decurſus, metaſq; uiuendi, & eſt metaphora ſumpta à curſoribus. Ex curſo ſpacio. ideſt in ſumma. ſenectute. Id quãobrem reipſa. r. quia ſecum loquitur, ideo multa reticet. & deeſt faciã, & ſiqs quærat & dicat facilitate. iam facilem ſe infert, inter facilitatẽ & clementiã hoc intereſt. facilis eñ cuius ira cito ſoluitur, Clemens qui nõ iraſcitur. Ille ſuã ſemper egit uitam. hic iam quaſi cõparatiua qualitas inducit̃ de utroq;, & ut ille in initio fabulæ locutus eſt, ſic hic in fine loquitur. Clemens placidus. nulli lædere. mira uarietas, & in locis, & in partibus orationis, & clemens eſt qui colit mentẽ ſuam, nec eam uexat iraſcendo. Nulli lædere os, arridere omnibus, uoluptatibus adfectus eſt duplex, aut enim ex quiete uoluptas eſt, aut ex aliquo actu, ergo hic utrũq; complexus eſt. ideſt nullum præſentẽ lædere, & uide quã græce à nominibus uerba trãſeant. Clemens, placidus, clemens eſt circa recte agentes, placidus etiã circa delinquentes, & clementis eſt nulli lædere, os placidi arridere omnibus, & clemens animo, placidus uultu. Et nulli lædere os adeo ut nulli ſe contriſtem faciat. & hæc eſt figura * cum recurrimus per ea quæ diximus * omnia repetita ſunt. Ego ille agreſtis. bene addidit ille, quaſi iam notus in hoc ipſo ꝙ ferus atq; agreſtis, & ſæuus factus eſt. Triſtis animo. Truculentus uultu. & aliter dici poteſt. ut triſtis ſit qui dolet, truculentus qui terret, & ideo auxeſis mira per iſta decurrit. Duxi uxorem. pendet duxi uxorẽ, ſed etiam cũ magno ſignificatu addendũ eſt, maiore.n. pondere ſubtrahitur coniunctio, nã

duxi

duxi etiam uxorē dicendum fuit. Quam ibi miſeriā non uidi, ibi inquit quaſi uxor locus ſit, & hoc ſine cōiunctione, uti mala quæ enūerat multa uideant. Alia cura. nō altera. Patria potiū cōmoda. accuſatiuo caſu extulit quod nos ablatiuo dicimus. i. patrio potiū cōmodo. Actius in Clitemneſtra. feras potiūtur plagas. Illum diligunt. apud illum ſunt ambo Ego deſertus ſum. Hic oſtendit Teren. uerū patrem & moleſtiorem, & odioſum eſſe magis adoleſcentibus. Illum ut. u. o. ſyllepſis, nam ſic ueteres loquebantur, nos uero dicimus illi optant, nō illum optant. Illū Mitionē. Nūc experiamur. magis comice pluraliter experiamur dixit, quā ſi diceret experiar. Quando huc prouocat nō addidit quis, ſed intelligimus Mitionem ſignificari. Si id dando, aut obſequēdo. bene naturā ſecutus eſt qui artē ignorat, putans agi ueris omnia deberi, nō agi dandō & obſequendo. Si id fit. i. iam à liberis ſi magnipendor. Non poſterioris feram. ſubauditur partes, aut nō paruifaciā. i. nō uincar à Mitione, & translatio eſt à partibus Hiſtrionū in fabula. Nō poſterioris ferā, primus in his ero inquit, in dando atq; obſequēdo. Deerit id, mea minime refert, uide remanere in Demea nō penitus eiectam ſecuritatē. Ne abeas longius. hic oſtendit poeta quā abſurde blandus conetur eſſe qui nō ſoleat, & quā modica ſit repentina largitas, ubi animus à parcitate nimia in contrariū uitium profuſionis excurrerit.

ACTVS QVINTI

SCENA QVINTA.

Trimetri.

SYRVS. DEMEA.

HEus Demea, rogat frater ne abeas lōgius
De. Quis homo? ô Syre noſter, ſalue, quid fit? quid agitur?
Sy. Recte. De. optime eſt. iam nunc hæc tria primum addidi.
Præter naturam, ô noſter, quid fit? quid agitur?
Seruum haud illiberalem præbes te, & tibi

Demeæ noua & ſimulata comitas ſpargitur in ꝑſonas.

Lubens bene faxim. Sy. gratiam habeo. De. atqui Syre

Hoc uerum eſt, & ipſa re experiere propediem.

HEus De. ro. f. n. h. l. Vt adparet iam edormiuit crapulã Syrus, & ſatis moraliter dixit frater, nec addidit tuus, deeſt tuus. O Syre noſter ſalue, qd fit? iam non hæc blãda ſed dura ſunt, nam ſalue dixit ei, nõ ſolũ quẽ ſæpe uiderit, ſed cũ quo totiẽs litigauerit, & qd fit, & qd agit interrogat, cũ ſciat hic quaſi ſpernat actus eius, bene reſpondet. hæ enim interrogationes de ſalute atq; incolumitate eius ſunt qui interrogatur. Hæc tria. deeſt uerba. Præter naturam * dixit quaſi diceret, præter conſuetudinẽ. Optime eſt. iam iam nunc hæc tria primũ addidi præter naturã, ò noſter quid fit, quid agitur? hoc expreſſius dictũ eſt. Seruum hunc illiberalẽ, dura importuna repente cõmutatio ex tãta uituperatione in laudem Syri oſtendit contra naturã ſuam niti Demeã. Præbes te. i. te oſtendis factis probans. Et tibi lubens bene faxim. & bene ad quã rem adiectum eſt, an & bene hoc addidit. Quis em̃ credat tã ſubitis poſt ſæuitiam blandimẽtis, niſi factis quæq; uera oſtendantur. Et. t. l. b. f. & additũ eſt ut oſtendat hanc eſſe ſententiã, non ſolũ te laudo, ſed etiã iuuo, illud dicendo. hoc faciẽdo. Et tibi. l. b. f. poteſt hoc & ſic intelligi. bene tibi faxim & lubens, multi em̃ bene, ſed non ex animo faciunt, om̃ia ergo addidit quæ placidum oſtendant ipſum atq; clementẽ. Atq; Syre, atq; abũdat per parelcon. Syre. aſſeueratio eſt non credentis. Hoc uerbũ eſt. quaſi falſum fuerit illud qđ iurgabat, & hoc ſit uerũ qđ nunc dicit. Propediem. * Nam propediem aduerbiũ eſt tẽporis, ut ſi diceret cito.

ACTVS QVINTI

SCENA SEXTA.

Eiuſdem rationis.

GETA. DEMEA.

HEra ego hinc ad hos, puiſam quã mox uirginẽ

Accerſant. ſed ecce Demeam, ſaluos ſies.

De. oh, qui uocare? Ge. Geta. De. Geta maxumi

Pretij

Pretij eſſe te hominem iudicaui animo meo hodie,
Nam is mihi eſt profecto ſeruus ſpectatus ſatis,
Cui dominus curæ eſt, ita ut tibi ſenſi Geta.
Et tibi ob eam rem, ſi quid uſus uenerit,
Lubens bene faxim. meditor eſſe affabilis,
Et bene procedit. Ge. bonus es, cum hæc exiſtimas,
De. Paulatim plebem primulum facio meam.

HEra ego hinc ad hos prouiſam, ad hos ad Mi. & Eſch. ſ. prouiſo duas res ſignificat, procedo & uideo. Sed ec. hoc apud ſe. O quã. u. hac interiectione utimur ubi ex interuallo notos uidemus. O quã. u. poſt hoc nomine uocaturus nõ habuit qđ diceret, & ideo ſubiecit qui uocare. Virg. O quã te memorem uirgo, namq; haud tibi uultus mortalis ò dea certe. An Phœbi ſoror an nympharũ ſanguinis una. Moris eſt autẽ inferiorem ꝓprio nomine uocari, ſi blandiri uelis, ſed hic nominis oblitus, dum dubitat & inquirit inhæſit ꝓnomini. Animo meo, hoc eſt ſecundum animi mei ſententiã, & quantum ad animũ pertinet. Nam is mihi eſt profecto ſeruus. in hoc laudando, quia nõ laborat, ſubiecit ſpecialiter merita eius, aut ut exiſtimo nihil habui quod diceret, niſi laudẽ ſine ullius facti mentione. Mihi. i. quantũ ad iudicium meum pertinet. Cui dominus curæ eſt. cũ hic dominas habeat dominiũ dixit, quia præualet maſculinũ. Virg. Deſcendo hac ducẽte deo flãmas inter & hoſtis Expedior. & præterea ſententia generalis inducitur, cum nullũ ſpecialiter dominũ ſignificat. Ita ut tibi ſenſi Geta. maximũ delinimentũ infert eum nomine uocãs quod tantũ ſuperioribus eſt. & uide quã grate poſtquã ipſe dixit nomine adpellauit Getam. Et tibi ob eã rem ſiquid uſus uenerit, & tibi ſiquid. Vtrum queadmodum alijs, aut queadmodum Syro. Et tibi ob eã rem ſi quid uſus euenerit, defectus quidã ruſtici eſt præter naturã blandientis cogi dicta repetere ſine gratia. hæ autẽ ꝓmiſſiones ad hoc p̄mittunt, ut cum in ſubiectis agi à Demea huiuſmodi res cœpit, non ſit abſurdum ſpectatoribus Demeã tam cito eſſe mutatũ. Meditor eſſe affabilis, ſic hoc locutus, ut illud ſupra, iam nũc tria hæc addidi præter naturã. ò noſter. &c. Paulatim plebem, moraliter interiorẽ turbam plebem dixit. i. ut in urbe uulgus, ita in familia ſeruos, & fit translatio ab his qui honores doloſe, ac non pro merito petunt, ambitioſiq;

ſunt. Plebem pri.fa.m.hoc eſt mihi fauẽtem.ut e contrario. Virg. Vadimus immixti Danais haud numine noſtro.

ACTVS QVINTI

SCENA SEPTIMA.

Eiuſdem numeri.

AESCHINVS. DEMEA. SYRVS. GETA.

OCcidunt me quidem dum nimis ſanctas nuptias
Student facere, in adparando conſumũt diem.
De. Quid agitur Aeſchine? Ae. hem pater mi, tu hic eras?
De. Tuus hercle uero & animo, & natura pater,
Qui te amat plus quàm hoſce oculos. ſed cur non domum
Vxorem accerſis? Ae. cupio, uerum hoc mihi mora eſt,
Tibicina, & hymenæum qui cantent. De. eho
Vin' tu huic ſeni auſcultare? Ae. quid? De. miſſa hæc face,
Hyemenæum, turbam, lampadas, tibicinas,
Atq; hanc in horto maceriam iube dirui
Quantum poteſt, hac transfer, unam fac domum,
Traduc & matrem, & familiam omnem ad nos. Ae. placet
Pater lepidiſſime. De. euge, iam lepidus uocor.

Vide ſenis ingeni

Fratris

Fratris ædes fient peruiæ, turbam domum adducet,
Et ſumptum admittet, multa, quid mea?
Ego lepidus ineo gratiam. iube nunc iam
Dinumeret Babylo ille mille uiginti minas.
Syre ceſſas ire, ac facere? Sy. quid ago? De. dirue,
Tu illas abi & traduce. Ge. Di tibi Demea
Benefaciant, cum te uideo noſtræ familiæ
Tam ex animo factum uelle. De. dignos arbitror.
Quid tu ais? Ae. ſic opinor. De. multo rectius eſt,
Quàm illam puerperam nunc duci huc per uiam
Aegrotam. Ae. nihil enim uidi melius mi pater.
De. Sic ſoleo. ſed eccum Mitio egreditur foras.

um. Non enim poteſt ſe diſſimulare. iuxta prouerb. Naturam expellas furca, tamen uſq; recurret.

OCcidunt me quidem. Adoleſcens & Demea inter ſe affabiles imaginem præbent, & quã dulcis ſit iunioribus aſſentatio, & quã ingrata cenſura * dixit. Occidunt me. p nimis lædunt & cruciant. Dum nimis ſanctas nuptias. & nimis, & ſanctas ridicule additũ eſt in ea ducenda quæ iam peperit, nam ſanctũ eſt quod omni obſeruatione inuiolatũ eſt, & bene additũ eſt nimis, quia nimiũ pro uitio ponitur iuxta illã ſentẽtiam, ut ne quid nimis. Occidunt me quidẽ, quidem pro expectatione eſt, tanquã in hac mora nullus alius occidat, niſi qui amat, ideſt ego. Quid agitur Eſchine? iam ipſe docuit qd ſit & quid agitur, blandimentũ eſſe, ut ipſe iam nũc hæc tria. p. a. p. & c. Hem pater. non ſine conſternatione reſpondet Eſchinus, & ſic blande interrogat, & miti uultu, nam & improuiſo obiectus eſt Demea & inſperãti. Tuus her. ue. & animo & na. pater. totum eripuit Mitioni cui ne animũ quidem reliquit. Qui. t. a. p. & c. magis comicũ quã amo. Sed cur. n. d. u. q. a. bene ſubiecit quæ uolenti eſſe credebat. Verum. h. m. m. eſt. tibicina & hymenęum, hoc eſt quod ait nimis ſanctas nuptias ſtudẽt facere. Hymenęum quidã Liberi & Veneris filiũ dicũt eſſe, qui primus certas nu-

ptias inſtituerit, ideo per laudem cãtatur uirginalibus nuptijs ob huiuſmodi meritũ. Alij uirum fortẽ Atticum dicunt fuiſſe, qui raptas prædonibus uirgines oppreſſis latronibus intactas patriæ reſtituerit. Alij ꝙ hymen dicatur mẽbrana quædam qua eſt munita uirginitas, quæ primo diſrumpitur coitu hymeneũ putant. Alij hymnũ uocari uirginaliũ uuptiarum, ergo ſic accipe hymeneũ in nuptijs quemadmodũ in funere uel in ſacris hymnũ. Vin tu huic ſeni auſcultare? ſeni contẽnens ſeipſum dicit, de hoc ſolum aſſerens cauſſæ cur audiendum ſit, ꝙ ſit ſenex, & totum hoc adparet lætiſſimo uultu dici. Turbas lampadas, tibicinas, bene totum pluraliter, ut qui ſic rep̃hendit multa. Plautus. Quid tu mihi paraſitos, luſos qđ ſumma nos ſumaſſe, hoc igitur uultu ꝓnuncianda ſunt, ut adpareat ea diſplicere dicenti. Atq; hanc in horto maceriã. i. d. maceries dicitur paries nunc alicuius demacerata. Euge iam lepidus. uo. adparet Demeã experiendi cauſſa aſſentari, nõ quod animo facit. Fratri ædes fient peruiæ. elegantius quã fratris. Ineo gratiã. in gratiam eo, hoc eſt amicos cõparo. Ego lepidus. irridens adoleſcentis animũ ſic inquit. Iube nunc iam. inſultãtis eſt uerbũ, iubet tanquã præſtet Mitioni, hoc dicit De. aut apud ſe dicit hoc iube, quaſi inſultantes dicere ſolemus nunc minari, hunc aſſiſtere quẽ adflictum tenemus, ita & Mitioni Demea dicit iube nunc. Iube nũc iam dinumeret ille Babylo. xx. minas, nimis morale quũ de abſente tanquã de præſente agimus. Eſt autẽ iube nunc iam. figura etiam apud Plautũ frequentiſſima, iube nunc iam. Iube ſic dicit quemadmodũ ſupra illi cui æquus animus nemo adeſſet alicui diceret. Dinumeret. dinumeret dixit, quaſi multũ dinumeret. Illi cui illi Cteſiphoni lenoni, an Eſchino, an Syro? Babylo. an fratrẽ Babylonẽ liberalitatẽ ob nimiam uocet, an Eſchinũ nimis prodigum. Syre ceſſas

* introire ac facere * dicitur. Dirue. hoc uultu dicitur adhortante. Cum tute uideo noſtræ familiæ ex animo factum uelle, ex animo aliquid facere, eſt id facere quod ille in animo ſuo uelit, aut certe ex tota mente præſtare non ꝑfunctorie, ſed ex animo factum intelligere debemus, ut ſit ex animo quaſi ex ſententia. Dignos arbitror multa deſunt, & nos, & eſſe, & qui fiant. Quid tu ais? eo uultu dicitur, quid tu ais, quo uidemus loqui eos qui interrogant geſticulante uultu quid ſentiant de conſilio ſuo, quos ſciunt approbaturos eſſe. Sic ſoleo. poteſt ironia uideri, quippe quãdo tale conſiliũ ꝓbat Demea, quod ꝓbaret adoleſcẽs.

ACTVS QVINTI

SCENA OCTAVA.

Trimetri & tetrametri mixti.

MITIO

MITIO. DEMEA. AESCHINVS.

IVbet frater? ubi is eſt? tu ne iubes hoc Demea?
De. Ego uero iubeo, & in hac re, & alijs omnibus
Quam maxume unam facere nos hanc familiam,
Colere, adiuuare, adiungere. Ae. ita quæſo pater,
Haud aliter cenſeo. De. immo hercle ita nobis decet.
Primum huius uxoris eſt mater. Mi. eſt, quid poſtea?
De. Proba, & modeſta. Mi. ita aiunt. De. natu grandior.
Mi. Scio. De. parere iam diu per annos hæc non poteſt.
Nec qui eam reſpiciat quiſquam eſt, ſola eſt. Mi. quam hic rem agit?
De. Hanc te æquum eſt ducere, & te operam ut fiat, dare.
Mi. Me ducere autem? De. te. Mi. me? De. te inquam. Mi. ineptis. De. ſi.
Tu ſis homo, hic faciet. Ae. mi pater. Mi. quid tu
Huic aſine auſcultas? De. nihil agis, fieri aliter
Non poteſt. Mi. deliras. Ae. ſine te exorem mi pater.
Mi. Inſanis? aufer te. De. age, da ueniam filio. Mi. Satin' ſanus es? ego
Nouus maritus anno demum quinto & ſexageſimo

Noua turba, in qua mire declarat facilitatem ſuam Mitio.

Fiam,

Fiam, atq; anum decrepitã ducam? id ne eſtis auctores mihi
Ae. Fac, promiſi ego illis. Mi. promiſti autem? de te largi-tor puer.
Ae. Age, quid ſi quid te maius oret? Mi. quaſi hoc non ſit maxumum.
De. Age, da ueniam. Ae. ne grauare. De. fac, promitte. Mi. non omittis?
Ae. Non niſi exorem. Mi. uis eſt hæc quidem. De. age pro-lixe Mitio.
Mi. Et ſi hoc mihi prauum, ineptũ, abſurdum, atq; alienũ à uita mea
Videatur, ſi uos tantopere iſtuc uoltis, fiat. Ae. bene facis,
Merito te amo. De. uerum quid ego dicam, hoc confit quod uolo?
Quid nunc quod reſtat? Hegio his eſt cognatus proximus,
Affinis nobis, pauper, bene nos aliquid facere illi decet
Mi. Quid facere? De. Agelli hic ſub urbe eſt paululũ, quod locitas foris,
Huic demus qui fruatur. Mi. paululum id autem? De. ſi multum ſit
Faciundum eſt, pro patre huic eſt, bonus eſt, noſter eſt, recte datur.
Poſtremo non meum illud uerbum facio, quod tu Mitio

Bene

Bene & ſapienter dixti dudum, uitium cōmune omniū eſt,
Quod nimium ad rem in ſenecta attenti ſumus, hanc maculam nos decet
Effugere, dictum eſt uere, & re ipſa fieri oportet.
Mi. Quid iſtuc? dabitur quidem quando hic uolt.
Ae. Mi pater. De. nunc tu mihi es germanus pariter
Corpore, & animo. Mi. gaudeo. De. ſuo ſibi hunc Gladio iugulo.

IVbet frater. Adparet Mitionē dixiſſe cur diruis? Sy. reſpondiſſe. quia hoc iubet frater tuus. Iubet fra. dirui maceriam. ſ. Tu ne. i. h. d. interrogatiue ꝓnunciandum totū, ita erit una perſona. & breuiter oſtenditur ex huius uerbis quod prior dixerit. Sy. & mirū initium, ne ꝓhemio opus eſſet Demeæ ad ꝓſitēdam mutationē uoluntatis. Hac te, maceriæ diſiectiōe. Et in alijs omibus, niſi in nuptijs ſenilibus. Iube. tollere ſubaudit per. * Colere. adiuuare. adiūgere. colere ad Sy. ꝑtinet, adiuuare ad Hegionē, adiungere ad Soſtratā, & adnotandum coli à ſuperiori, ut Virg. Poſthabita coluiſſe Samio, hic illius arma. I mò. h. ita no. de. antiqui ſic addebant ſtatim uerbū nos decet facere. nos decet dicere, ſed nō addebant nobis decet, ſed ſimpliciter dicebant. Primū. h. u. eſt. m. incipit à perſuaſione ſed latenter, ita ut ea quæ propoſito conſilio dicenda erant, ante demonſtrauit quā dicat quid fieri uelit, & hoc ſemper fit ab oratoribus in his rebus in quibus incipere nō oportet ꝓpter turpitudinē, aut incōmoditatem rei quæ ꝑſuadēda eſt. Conſidera adeo apud Virg. ubi perſuadet iris matribus ut naues ſuas incendant, & inuenies hoc ipſum conſiliū ultimū poni poſt argumēta quā plurima. Quin. a. & . m. & c. & initiū à poſſibili factū eſt. nam dicit huius uxoris eſt mater proba & modeſta, proba ſibi, & modeſta apud alios, & uide laudes cōſiliatoribus inuentas & uſitatas. Ita aiunt. hoc ita reſpōdet. q. d. mea? Scio. Adhuc Mitio non intelligo quò res tendat, ſed tamē uultu quodā admirantis cur hoc dicatur reſpondet. Parere hæc iam diu non poteſt. recte ne contra filios perſuadere uideat. Per annos nō poteſt, bene per annos, quia non ſterilis. Hanc te æquū eſt ducere. te Mitio. ſ. & te operā ut fiat dare, te Eſchine, nam ad illum conuerſus à Mitione eſt, & quare

Eſchinũ operam dare æquũ eſt.ſ.ut proſit ſocrui. Parere.iam diu hæc ꝓ annos non poteſt, hoc autẽ addidit ne contra filios perſuadere uideatur nuptias ſi illis cohæredes eſſe ꝑceãdos ſuadet. Me ducere autẽ. magna uis in ꝓnominibus poſita eſt. nam me ille dicit ſic quaſi quẽ minime deceat. Te ille ſic reſpondet. quaſi quẽ maxime oporteat. Ineptis. uerbum eſt quod facit ineptio ineptis, ineptit. Si tu ſis homo. non ſies. ſed ſis dixit, quaſi in eo ſe hominẽ ſit Eſchinus ꝓbaturus. Si tu ſis homo. Eſchine ſi ſis, pro ſi eſſe uolueris, & ſi credi homo uolueris. Si tu ſis homo. hic facete & mire coegit Eſchinũ ad perſuadendũ. nõ em̃ dixit ſi tu ſis homo ꝑſuadet ſed ſic faciat, ut ab illo non factũ, ſed effectũ exigeret. Quid tu autem huic aſine auſcultas? aptum cõuitium grandi & fatuo. Mi pater: mi uocatiuus caſus eſt, ab eo quod eſt meus. Fieri aliter nõ poteſt. à neceſſario. Deliras. ꝓprio uocabulo uſus eſt tanquã loquaci. Inſanis ancõgrue ſeni deliras inquit, iuueni inſanis, & aufer uel te uel manũ. nam rogans mentẽ admonet. ſ. dicẽs mi pater. Aufer. aut te deeſt, aut manũ. aut pro eo, quod eſt abi, aut ſit auferrẽ. Ego nouus maritus. apud Menãdrum ſenex de nuptijs nõ grauatur. Ego nouus maritus anno demũ qnto & ſexageſimo fiam, atq; anum decrepitã ducam, hic deeſt, & quis, & quid, & quãdo, & quomodo, ut ſit quis ego, qd nouus maritus, quãdo anno demũ quinto & ſexageſimo, quomodo anum decrepitam ducam. Atq; anum decrepitã ducam. hoc facete addit tanquã faciendum hoc eſſet ſi puella duceretur ſeni. Anno. d. q. & ſe. hæc ætas eſt. ut Varro ait, etiam comicorũ ſenum, & demũ aduerbiũ tarditatis eſt. Id ne eſtis mihi auctores. hoc eſt perſuaſores, ut Virg. Aucto. g. o. a. Decrepitã, decrepitam aut ſtomacho anili & iracundo, aut decrepitam obtuſi animi & læſæ ſenectutis, aut decrepitã cui ſæpe moribũdæ crepuerit planctu familia. i. clamarit. Largitor. uerbum. uerbum eſt imperatiui modi futuri temporis. De te largitor puer. acutius de te dictum ex qua de tuo, & bene in eum qui ꝓmiſerat puellæ coniunctionẽ ſuam. Da ueniã. præſta beneficium. concede quod petitur. Ne grauere. ne te difficilẽ præbeas, quia grauem ſe dicitur præſtare, qui id facile non præſtat in beneficio quod poteſt. Da ueniam ne grauere fac ꝓmittere. altrinſecus agentium fatigantiumq; uerba ſunt. Age prolixe Mitio. aut age prolixe. i. age benigne, ut ſit prolixe benigne ſecũdum ueteres, aut per *

* Age. correptiuũ eſt, ut ad prolixe ſubaudiat̃ noſter eſt, aut quid tale, ut Mitio, uelut in ſuaui dictum ſit. Et ſi hoc mihi prauũ. prauũ ſi anum ducit nullo cõmodo ſuo. Ineptum. qui nõ uoto filiorũ ducat uxorem. Abſurdum homini qui nunquã duxerit, & nunquã ducere uoluerit & ſeni duci uxorem. quæ adoleſcenti ducta non ſit. Si uos tantopere iſtuc uultis fiat, cur hic non uertitur de uoluntate Soſtratæ. An qui illam conſentire, neceſſe eſt, uel propter pauperiẽ, uel ob amorẽ filiæ ſuæ. Si uos tantopere iſtuc uultis fiat, ridicule dixit. & comice uxorẽ ſe ducere, nõ quia uelit, aut debeat, ſed ut obſequat̃ iubentibus. Hoc quũ ſit quod uolo, ꝑficitur

ficitur inquit qđ uolo, ut ſupra, demū recipiā Mitio & ego in eo gratiā. Quid nunc. quid reſtat pro quid ſequ.t, aut quid reſtat tanquā reliquiarum priorem, aut ꝓpter hoc minimū. Hegio eſt hic cognatus ꝓximus. cōmendatione perſonæ quaſi notæ etiā Mitioni ob merita ſua. & bene addidit proximus, nam multi gradus, & ueluti rami ſunt ꝓpinquitatis in affinitate & cognatione diſpoſiti. Affinis nobis. recte. nam uxoris cognati mariti affines ſunt. Pauper iam hoc nomine adparet aliquid flagitari. Quod locitas foras. foras dixit locum ꝓ perſona ponens. quaſi dicat, neſcio cui alieno, ſic & nos dicimus audi quid dicit. Ecce hac, ꝓ ecce hic. Cicero. Hic tum alius ex alia parte. deeſt ergo aliquid. ut ſit. qđ locitas foras uerſum, aut ſi foris, foris poſito, ideſt alieno. Sub urbe eſt agelli paululum. totū cum contemptione ꝓnunciandū. Huic demus qui fruatur. alatur. i. qui fructum capiat nō ꝓprietate potiatur. proprie ergo & quaſi de iure dixit fruatur. eſt autē fruatur alatur, quia frumē dicit ſummā gulam per quā cibum ligua demittit in uentrē. Bonus eſt, no. eſt. re. datur. * hortantis & multa cōgerentis, noſter eſt bene eſt addidit, nam qđ dixit, ꝓ patre huic bonus eſt, potuit reſpōderi, quid mea. recte datur, quaſi non quæratur an dandū ſit, ſed illud ſolum erit an recte quæratur. Bonus eſt, noſter eſt, hæc omnia uultuoſe tanquā inuidiā parſimoniæ facit Mitioni, & plus ſignificat noſter, quā ſi addatur, quid noſter. Non illud. ſ. nunc uerbū pro * poſuit, quod uno ſtringitur uerbo. Ergo uerbū breuis ſentētia. Non em̄ illud uerbum. u. ſ. noſtra uerbū pro ſententia, ut Vno uerbo dic ſi quid eſt qđ me uelis, & miſeram me quod uerbū audio, uerbū dixit uerā ſententiā. nam uerba eſſe à ueritate dicta teſtatur Varro. Hanc maculā. n. d. eſ. maculā * dicit irridens opinionē Mitionis, quia parſimoniā maculam putet, & ſimul auxit primo uitium, deinde maculā dicendo. Suo ſibi gladio hūc iugulo, allegoria, nō ſuo, ſed ſuo ſibi, moraliter & ut ueteres ſolēt loqui.

*

*

ACTVS QVINTI

SCENA NONA.

Tetrametri mixti.

SYRVS. DEMEA. MITIO. AESCHINVS.

FActum eſt, quod iuſti Demea.
De. Frugi homo es. ædepol hodie mea
quidem ſententia
iudico Syrum fieri eſſe æquum liberum
Mi. iſtunc liberum?
Quod nam ob factum? De. multa. Sy. ò noſter Demea, ædepol uir bonus es.
Ego iſtos uobis uſq; à pueris curaui ambos ſedulo.
Docui, monui, bene præcepi ſemper, quæ potui omnia.
De. Res adparet, & quidem porrò hæc obſonare, cum fide
Scortum adducere, adparare de die conuiuium.
De die apud Plau. in Aſinaria.
Non mediocris hominis hæc ſunt officia. Sy. ò lepidũ caput
De. Poſtremo, hodie in Pſaltria iſta emũda, hic adiutor fuit
Hic curauit. prodeſſe æquum eſt, alij meliores erunt.
Deniq; hic uolt fieri. Mi. uin' tu hoc fieri? Ae. cupio. Mi. ſiquidem
Tu uis. Syre eho accede huc ad me, liber eſto. Sy. bene facis
Omnibus gratiam habeo, & ſeorſum tibi præterea Demea
De. Gaudeo. Ae. & ego. Sy. credo, utinam hoc perpetuum fiat gaudium,
Phrygiam ut uxorem meam unà mecum uideam liberam.
De. Optumam quidem mulierem. Sy. equidem tuo nepoti, huius filio

Hodie,

Hodie, primam mammam dedit hæc. De. hercle uero ſerio ἰρωνεία.
Si quidẽ prima dedit, haud dubium quin emitti æquũ ſiet.
Mi. Ob eam rem? De. ob eam, poſtremo à me argentum quanti eſt ſumito.
Sy. Di tibi Demea oro omẽs ſemper omnia optata offerant
Mi. Syre proceſſiſti hodie pulchre. De. ſi quid porro Mitio
Tu tuũ officium facies, atq; huic aliquid paululũ præ manu
Dederis, unde utatur, reddet tibi cito. Mi. iſto uilius.
Ae. Frugi homo eſt. Sy. reddam hercle, da modo. Ae. age pater. Mi. poſt conſulam.
De. Faciet. Sy. ô uir optime. Ae. ô mi pater feſtiuiſſime.
Mi. Quid iſtuc? quæ res tam repente mores mutauit tuos?
Quod proluuiũ? quæ iſtæc ſubita eſt largitas? De. dicã tibi. Redit Demea ad ingenium.
Vt id oſtenderem, quod te iſti facilem, & feſtiuum putant,
Id non fieri ex uera uita, neq; adeo ex æquo & bono,
Sed ex aſſentando, indulgendo, & largiendo Mitio.
Nunc adeo ſi ob eam rẽ uobis mea uita inuiſa eſt Aeſchine,
Quia non iſta prorſus iniuſta omnia omnino obſequor,
Miſſa facio, effundite, emittite, facite quod uobis lubet.
Sed ſi id uultis potius, quæ uos propter adoleſcentiam
Minus uidetis, magis impenſe cupitis, conſulitis parum,
Hæc reprehendere & corrigere me, & obſecundare in loco
Ecce me qui id faciam uobis. Ae. tibi pater permittimus,

Plus ſcis quid facto opus eſt, ſed de fratre quid fiet? De. ſino
Habeat, in iſtac finem faciat. Ae. iſtuc recte.
Plaudite.

FActum eſt quod iuſſiſti Deme.i.diruta eſt maceria. Frugi homo es.utilis ut fruges. Ego.æ.h.m.&c.hoc eſt iamdudũ quod promiſerat Syro,ſed nunc opportune,uidetur em̃ modo meritũ præceſſiſſe. Et ſententiã iudico * multa oratorie maluit generaliter dicere,quã quærere ſpecialiter qđ inuenire nõ poſſit. Et Mitio ſingulariter unum quærit, hic pluraliter multa reſpondet. Quod nam ob factũ.iure.aſcribi em̃ cauſſas manumiſſis in iure formula eſt. Aedepol uir bonus.iurat bonũ,quia præter opinionẽ eſt. Ego iſtos uobis uſq; à pueris intelligit Syrus laborantẽ pro ſe Demeã non habere quid dicat,& ideo ipſe pſequitur ordinẽ meritoꝝ, ſed quẽ adparet pædagogũ fuiſſe. Docui.monui,bene præcepi. ridicule ad dũtur, ſed tamẽ cõſuetudine,quia imputantur etiã facta praue pro bonis. Quæ potui om̃ia.bene quæ potuit quaſi plura uellet. Res adparet.mire arridet Demea,ſic tamẽ ut ſerio agere uideatur. Adparare de die conuiuiũ.i.repente neq; ante prędictũ nec pridie conſtitutũ. Poſtremo hodie in Pſaltria iſtac emunda, & hoc totum ſerio dicitur,ut magis ridiculũ uideatur. Hic adiutor fuit in re bona, adiutores in re mala impulſores dicũtur, ergo hic adiutor dicit̃ à nõ iraſcente, à criminante autẽ & irato impulſor. Hic adiutor fuit, hic curauit. de more repetitũ eſt hic quũ dicitur, hic adiutor fuit,hic curauit. Sic enim ſolemus onerare mentẽ audientis eius quẽ laudamus, deinde qđ præſtitit,qui & officiũ corporis,ut adiutor, & curam animi præbuit,ut conſultor. Deniq; hic.u.f.abutitur. Demea ſciens prodigam uoluntatẽ adoleſcentuli. Syre accede huc ad me. utrũ ut eundem manumittat,an ut palàm fieri iubet ꝓpius accedens iuriſpublici conſuetudinẽ ludens, & uide quã comicam manumiſſionẽ,quã facete induxerit atq; condigne. Et ſeorſum tibi præterea Demea. & fecit Demeæ pluſquã uolebat. nam quia conabatur amari,præfert etiã his qui amant. Gaudeo & ego. gratulantium Syro hæc uerba ſunt,quibus de more ille credo reſpondet. Vtinam hoc ꝑpetuũ fiat gaudium. integrum,ſolidum, & nuſquã interruptum. Phrygiam ux.m. ut ipſe Sy.ita uxor Phrygia ſecundũ ueteres qui ſeruis nomina à natiõibus imponebãt. Vna mecũ ui.li.hoc ſic pronunciandum eſt,quaſi gaudeat ſe concordatũ Demea,quod cum ultro, cogitat habuiſſe plene oblitus fuit. Hodie primã.m.d.h.ridiculum,meretricum ſiquidem oportuerit primã eſſe quãcunq;, an quia cauſſa eſt

qua

qua ingenui dicũtur ſerio à nutricibus liberis educãdi. Hercle.u.ſc.aduerbia ſunt cõfirmatiua. Ob eam rem. hoc eo uultu dicit, quo rem ueluti excutimus & oſtendimus momenti eſſe nullius. Argentũ.q.ē ſu. quanto precio ualet. Argentum quã.eſt ſu. hoc uerbo utimur ut faciunt qui perſuadere aliquid cupiunt. Dij ti.d.o.ſemp optata offerant, omnes oĩa, antiqua elegantia & figurata. Proceſſiſti.h.p. nunc uere pulchre ꝓceſſit. Sy. Siquidem.t.o.f. hoc eſt ut patroni eſt libertũ nõ deſeras, ſed ut aliâs manumiſſum. Plau. Facis melius quã pars lenonũ. quia libertos habẽt & eos deſerunt. Vnde.u.utatur uiuat, unde uſura uita dicitur, ut Vnius uſura more gladiatoris iſti nõ dediſſet, an unde alatur de quo uſumfructumq; capiat. & cuius tibi ſortẽ reddat. & hoc melius. nam ideo addidit, reddet tibi cito. Iſtuc ui. hoc egit Teren. ut cõuerſis officijs uſq; adeo prodigũ faceret Demeã, donec parem redderet Mitionẽ. Iſtuc ui. quaſi nihil minus. negatio em̃ eſt floccũ oſtendentis, aut quid tale cum eclypſi qua ſubauditur quicquã & non dabo. Faciet. ne quid negatũ in fine fabulæ uideatur addidit De. faciet. & faciet hoc potens.ſ. quod irridẽs dixit, quaſi de ꝓdigo dicere uideat̃, & mire faciet, quia nec credibile erat ſtatim conſenſurũ qui negauerat, & ꝓpterea negatio eſſe in fine nõ debuit. Quid iſtuc. quæ res tam repente mores mutauit tuos? animaduertendum eſt qua calliditate Terentius quærens finẽ fabulæ, cõplere lætitiam per ipſum De. nititur in uniuerſos, qui in tota comœdia triſtis ac ſęuus interturbauit, & uociferatus eſt. Quod ꝓluuiũ' ꝓluuium qd' græci * *
.i. promptus animus ad largiendũ. Subita eſt largitas, repentina, ac per hoc ipſa eſt ingrata & immoderata, ut euenit quũ ex nimis parcis non largi, liberales, ſed effuſi, prodigiq; reddunt̃. Vt id oſtenderem, abundat id, nam * eſt pro ut. Quod te iſti facilem, & *
feſtiuũ putant. multũ detraxit Mitioni dicendo te iſti putant, per qd' ſignificatur errare adoleſcẽs, & hunc nõ eſſe feſtiuũ. Quod te iſti feſtiuũ, & facilem putant. bene in poſtremo dignitas ꝑſonæ huius ſeruata eſt, ut perpetuo cõmutata uideretur, ut truculenti apud Plautũ. Indulgẽdo ante dicendo, indulgentiã ad meam culpam ſcribi denuo. Et largiendo Mitio, ſeuere additũ eſt nomen uerbiſ ex animo plorãtis. Quia non.i.l. pro.o. omino obſequor. ꝓuerbiales ſunt huiuſmodi elocutiones, fanda nefanda. digna indigna, uelis nolis, fas nefas. Effundite, emittite, facite, effundite ad Eſchi. ꝑtinet. emittite ad Cteſi. facite ad om̃es. Facite qd'.u.I. prope redijt rurſus ad amaritudinẽ priſtinam, hæc * eſt figura quã inuitos nos permittere oſtendimus quod uolumus fieri. Quæ.u. pro.a.m.u. Hic oſtẽdit Teren. magis Demeã ſimulaſſe mutatos mores, quã mutauiſſe. Minus.u. magis impẽſe cupitis, conſulitis parũ, minus, magis parũ. Hæc re. & cor. & ob. in lo: tribus tria reddunt̃, & utraq; * *
illa in malam partẽ ſuperiora, hæc in bonã quæ inferiora ſunt, non tantũ enim culpæ eſt minus prouidere quã impenſe, nec tantũ mali eſt impenſe cupere quantũ parum conſulere. Iram reꝑhendere bonum eſt

num eſt.melius corrigere,optimū ſecundare, nam qui reprehendit non continuo corrigit,qui corrigit non ilico ſecundat.i.lætiſſimū reddit & fideliſſimū. Alij ſecundare obſequi dictū putant, & ideo additū eſt in loco quaſi nō ſemper faciendū.ſic ergo obſecundare,uel in melius conuertere.uel obſequi intelligimus. Tibi pater.p.noluit Teren.ab amoribus filiorꝫ perpetuo repulſum patrē.Sino.habeat, in hac finē faciat,hęc quidem permiſſio eſt. ſed exceptionē in ſe continet, & cum quodā ſtomacho,& uelut minaci denūciatione ꝓferī. In.i.f.fa.hoc eſt, aut ne aliā amet,aut ne alterā cōparet, ne poſt ipſam luxuriet cura alterius. Recte. bene,& Mitio non diſceſſit de propoſito ſuo, qui ut peccaſſe aliâs oſtenderet fratrem ob nimiā aſperitatem, cum expectatione quadā laudans uerba eius iſtuc recte dixit, quaſi diceret, non ut cætera, & ſimul repoſuit ei qui ſupra dixerat. ꝙ te iſti facilem & feſtiuū putant.

FINIS ADELPHI.

PHIL. MELAN.

ARGVMENTVM HECYRAE.

VXorem duxit Pamphilus, cum Bacchidis meretriculæ amore tātopere teneretur, ut duobus mēſibus uxorem ne attingeret quidem. poſtea per conſuetudinem animus uictus eſt, cœpit placere uxor. Porrò cum ipſe peregre abeſſet, illa domū redit ad matrē, atq; ibi parit, Mēſe ſeptimo poſtquam nupſiſſet Pamphilo. Eam rem celat & adfines, & patrem anus, Vbi Pamphilus redit, cōperit peperiſſe. Hic grauiter adeo cōmouetur, cū aliunde cōcepiſſe exiſtimaret. Et cum per ſeſe dolent res Pamphilo amabat eñ mulierculam, Tum moleſtum eſt ab ea diuelli, necq; enim honeſtum erat reducere. Periclitatur itaq; Pamphilus quomodo honeſte dimittat uxorem, Ne ue illius peccatum proderet. Hæc fabulæ πρότασις eſt.

ἐπίτασις.

Inſtant pater & ſocer inſcij quid accidiſſet, ut domum reducat. Præſertim cum nec ſocrus nec mater, id quod ſenes falſo ſuſpicati fuerant, obſtarent. Quanquam aūt permoueri non poſſet Pamphilus ut reduceret tamen cauſſam cōſtantiſs. diſſimulat. Itur eò, ut putēt Bacchidis amore, deuictum alieno ab uxore animo eſſe.

κατα-

καταστροφή.

Bacchis accerſita fidem facit nihil ſibi cū Pamphilo rei eſſe, Hic autē prodendum peccatum uxoris fuit, aut reducenda, uerū caſu periculum diſcutitur. Forte enim Philumenæ annulum ſocrus in digito Bacchidis conſpexit, quem olim Pamphilus ſtupratæ in tenebris Philumenæ detraxerat. Is annulus teſtatur ex Pamphilo puerum ſuſceptum eſſe. Ita redit in gratiam cum uxore Pamphilus.

Iucunda eſt cum uxoribus ſenum concertatio, quæ monet ſæpe errore & falſis ſuſpitionibus fieri ut diſſentiant coniuges. In primis autem inſignis eſt humanitas & fides Pamphili in hac fabula.

FABVLAE PERSONAE.

Philotis	meretrix.
Syra	anus
Parmeno	ſeruus
Laches	ſenex
Pamphilus	adoleſcens
Soſtrata	mulier
Phidippus	ſenex
Myrrhina	mulier
Soſia	ſeruus
Bacchis	meretrix.

ACTA

ACTA LVDIS

MEGALENSIB. SEX. IVLIO, GN. CORNELIO Dolabella Aedilib. Curulib. Modos fecit Flaccus Claud. tibijs paribus. tota Græca Menandru facta eſt. Acta primo ſine prologo. Data ſecundo, Gn. Octauio T. Manlio Coſs. Relata eſt, Lucio Aemilio Paulo ludis funeralib. Non eſt placita. Tertio relata, Qu. Fuluio, L. Marco Aedilib. Curulib. Egit L. Ambiuius, L. Sergius Turpio, placuit.

AELII DONATI

GRAMMATICI IN P. SEXTI TERENTII Afri. Hecyram examinata interpretatio.

HEcyra eſt huic nomen fabulæ. hæc cum data eſt. Hæc fabula Apollodori dicitur eſſe græca. Nam & ipſa & Phor. ab eodem dicũtur eſſe tranſlatæ, cum reliquę quatuor ſint Menandri. Hecyra autem dicitur ideo. quia per ſocrus & ſoceros in ea agũtur multa. Nam & Hecyros & Hecyra ſoceri nomen ſocrusq; ſignificăt. Eſt autem mixta motorijs actibus, ac ſtatarijs, multumq; ſententiarꝝ & figurarũ continet in toto ſtilo. Vnde cũ delectet plurimũ, nõ minus utilitatis adfert ſpectatoribus. atq; in hac primæ partes ſunt Lachetis, ſecũdæ Pãphili, tertiæ Phidippi, quartæ Parmenonis. Et deiceps aliarũ ꝑſonarꝝ q̃ his adiũctæ ſunt. Diuiſa eſt autẽ ut cæteræ quinq; actibus legitimis, quos in ſubditis diſtinguemus. In hac prologus eſt & multiplex, & rhetoricus nimis, propterea quod ſæpe excluſa hæc comœdia diligentiſſima defenſione indigebat. atq; in hac prothaſis turbulenta eſt. Epitaſis mollior, lenis cataſtrophe. Acta ſane eſt ludis Megalẽſibus. Sex. Iu. C. Rabirio ædilibus currulibus. Egitq;. L. Ambiuius. modulatus eſt eam Flac. Clau. tibijs

tibꝗ̃s paribus. Tota græca eſt facta & edita, quinto loco. Cn. Octauio
T. Mãlio COSS. Cãtica & deuerbia ſummo in hac fauore ſuſcepta ſunt
προσατικα πρόσωπα id eſt extra argumentum duæ ſunt Philotis &
Syræ. in tota comœdia hoc agitur, ut res nouæ fiant, nec tamẽ abhorre-
ant à conſuetudine. Inducũtur em̃ beniuolæ ſocrus, uerecũda nurus, le-
niſſimus in uxorẽ maritus, & item deditus matri ſuæ meretrix bona.

ARGVMENTVM HECYRAE.

Vitiatam in tenebris ante nuptias cui annulum ex-
torſerat meretricẽ amans, dum ignorat Pamphi-
lus duxit uxorẽ grauidam ex cõpreſſu ſuo. quã
peregre ꝓfectus, quũ reliquiſſet domi, rediẽs pa-
rientẽ offendit furtim, & apud matrẽ ſuã. Quare
cõmotus dum repudium inuitis parentibus, &
cauſſam repudiꝗ̃ neſciẽtibus parat per meretricẽ
apud quã annulus inuẽtus eſt, cognoſcit tandem
& à ſe uitiatã uxorẽ, & ex ſe natũ filium. Primus
actus colloquiũ cõtinet meretricis philotidis ac
leniæ Syræ cum Parmenone, ut per harum perſonas quæ προσατικα
dicuntur argumentũ ſpectator diſcat. Secũdi actus tenor in hoc eſt, im-
meritam uxorẽ ueluti malã ſocrum accuſat Laches, & conuenit Phidip
pum de eadẽ cauſſa ſtatim, poſt quarũ colloquiũ conqueſtio inducit So
ſtratæ, ꝙ falſum crimen inuidioſumq́; ſuſtineat. Tertio actui hæc aſcri
buntur. Conqueſtio Pamphili peregre redeũtis de amore ſuo circa uxo
rem, partitudo Philomenæ, Soſtratæ uerba ſuꝑ ægritudinẽ nurus, quã
morbo credit adflictam. Fletus Pamphili errantis, quũ putat non ex ſe
filium natum eſſe. Colloquiũ Parmenonis cũ pueris à naui ueniẽtibus,
ut mox loquanť cum ipſo Pamphilo, à quo in arcẽ mittitur. Item Lache
tis Phidippiq́; & Pamphili uerba de recõcilianda illi cõiuge, & eorum
inuicẽ litigioſa diſſenſio. Quartũ actum hæc cõplent. perturbatio Myr-
rhinæ ex interuentu mariti, & eiuſdem cũ eo nimis callida ac muliebris
aſtutiæ diſceptatio. Soſtratæ, Pamphili, Lachetisq́; colloquiũ. Inclama
tio patris & ſoceri aduerſum Pamphilũ uxorem recuſantẽ, conuentio-
nem meretricis ꝓmittentis ſe iuſiurãdum matronis exhibiturã de non
admiſſo ad ſe Pamphilo. In quinto actu Bacchydis narratio de nuptꝗ̃s
geſtis, & colloquiũ cum Parmenone inducitur. quẽ nuncium mittit ad
Pamphilum, Pamphiliq́; ad ultimũ actio gratiarũ apud ipſam Bacchi-
dem. Docet autẽ Varro neq; in hac fabula, neq; in aliꝗ̃s eſſe mirãdum ꝙ
actus impares ſcænarũ, paginarumq́; ſint numero, cum hæc attributio
in rerum deſcriptione, non numero uerſuũ conſtituta ſit, non apud lati-
nos modo, uerum etiam apud græcos ipſos.

C. SVLPITII APOLLINARIS PERIOCHA.

Senarij.

VXorem duxit Pamphilus Philumenam,
Cui quondam ignorans uirgini uitiū obtulit.
Eiusq; per uim quem detraxit annulum
Dederat amicæ Bacchidi meretriculæ.
Dein profectus in Imbrum eſt. nuptam haud attigit
Hanc mater utero grauidam comperit,
Vt ægram ad ſe transfert. reuenit Pamphilus,
Deprehendit, partum celat, uxorem tamen
Recipere non uolt, pater incuſat Bacchidis
Amorem, dum ſe purgat Bacchis, annulum
Mater uitiatæ forte agnoſcit Myrrhina.
Vxorem recipit Pamphilus cum filio.

PROLOGVS.

Eiuſdem rationis.

Propoſitio qua petit exploſam antea cognoſci.

HEcyra eſt huic nomen fabulæ. hæc cum data eſt
Noua, nouum interuenit uitium & calamitas,
Vt neq; ſpectari, neq; cognoſci potuerit
Ita populus ſtudio ſtupidus, in funambulo
Animum occuparat. nunc hæc planè eſt pro noua.
Et is qui ſcripſit hanc ob eam rem noluit
Iterum referre, ut iterum poſſit uendere.
Alias cognoſtis eius, quæſo hanc noſcite.
Orator ad uos uenio ornatu prologi,

Sinite

Sinite exorator ſim, eodem ut iure uti ſenem
Liceat, quo iure ſim uſus adoleſcentior.
Nouas qui exactas feci ut inueteraſcerent,
Ne cum poeta ſcriptura euanaſceret.
In his quas primum Cæcili didici nouas,
Partim ſum earum exactus, partim uix ſteti,
Quia ſciebam dubiam fortunam eſſe ſcenicam,
Spe incerta, certum mihi laborem ſuſtuli.
Eaſdem agere cœpi, ut ab eodem alias diſcerem
Nouas ſtudioſe, ne illum ab ſtudio abducerem.
Perfeci, ut ſpectarentur, ubi ſunt cognitæ,
Placitæ ſunt, ita poetam reſtitui in locum,
Prope iam remotum, iniuria aduerſariûm
Ab ſtudio, atq; ab labore, atq; ab arte muſica.
Quod ſi ſcripturam ſpreuiſſem in præſentia,
Et in deterrendo uoluiſſem operam ſumere,
Vt in otio eſſet potius quàm in negotio,
Deteruiſſem facile, ne alias ſcriberet.
Nunc quid petam mea cauſſa æquo animo attendite.
Hecyram ad uos refero, quam mihi per ſilentium
Nunquam agere licitum eſt, ita eam oppreſſit calamitas.
Eam calamitatem ueſtra intelligentia
Sedabit, ſi erit adiutrix noſtriæ induſtriæ.

Cõfirmatio ab exemplis.

Redit ad propoſitionem & amplificat p querelam, q antea fuerit exploſa.

Cum primum eam agere cœpi, pugilum gloria,
Funambuli eodem acceſſit expectatio,
Comitum conuentus, ſtrepitus, clamor mulierum
Fecere, ut ante tempus exirem foras.
Vetere in noua cœpi uti conſuetudine,
In experiundo ut eſſem. refero denuo.
Primo actu placeo. cum interea rumor uenit
Datum iri gladiatores, populus conuolat,
Tumultuantur, clamant, pugnant de loco.
Ego interea meum non potui tutari locum.
Nunc turba nulla eſt, otium & ſilentium eſt,
Agendi tempus mihi datum eſt, uobis datur
Poteſtas condecorandi ludos ſcenicos,
Nolite ſinere per uos artem muſicam
Argumentum ab arte, à meritis.
Recidere ad paucos. facite ut ueſtra autoritas
Meæ autoritati fautrix, adiutrixque ſit.
Si nunquam auare ſtatui pretium arti meæ,
Et eum eſſe quæſtum in animum induxi meum,
Quàm maxime ſeruire uoſtris commodis.
Sinite impetrare me, qui in tutelam meam
Studium ſuum, & ſe in ueſtram commiſit fidem.
Ne eum circumuentum iniqui irrideant.
Mea cauſſa cauſſam hanc accipite, & date ſilentium,
Vt libeat

Vt libeat ſcribere alijs, mihiꝗ; ut diſcere
Nouas expediat, poſthac pretio emotas meo.

HEcyra huic eſt nomen fabulæ. A nomine cœpit ut
incognitã ꝓbaret. & ideo ſpectandũ. Hecyra eſt
h.n.f. nominatiuo caſu figurauit, cũ in uſu ſit, ut
datiuo dicamus, quãuis præſto ſint exẽpla qui-
bus ueteres per omes ferè caſus hoc genus locu-
tionis enunciabant. Hecyra eſt. h.n.f. hæc primo
data eſt ſine prologo ludis Megalenſibus. quos
Sex. Iulius & Cor. Dolobella ediderunt. ſed occu
pato populi ſtudio funabuli diſplicuit. poſtre-
mo data eſt ludis funeralibus. L. Aemilij. Pauli,
quos fecerunt Quintus Fabius maximus, & Cornelius Africanus, tunc
quoꝗ; nõ peracta eſt per ſtudiũ populi circa gladiatores. Tertio ad po
ſtremũ introducta. Qu. Ful. L. Mar. ædilibus. uirtute actorũ. L. Ambi-
uij. & L. turpionis eſt cõmendata. Hecyra eſt huic nomẽ fa. totus hic ꝓ-
logus ſubtilem quæſtionẽ continet ob hoc ne aperte populũ non lectæ
fabulæ reum faciat. & facile reuocet in fauorẽ. Hæc cum data eſt noua.
ita dicitur. data eſt fabula, ut data eſt cœna, datũ eſt prandiũ, & edidit *
à dato deſcendit. Hæc cum data eſt. n.n.i. ſic & Homerus *
Et dari dicitur fabula cum agitur, ſtare cum placet. Hæc cum data eſt.
n.n.i. ſyllepſis prima, deeſt em̃ huic. & eſt figura Paranomaſia. Noua.
nouũ uitium, & calamitas. bene ſecundũ augurem. Vitium eſt em̃ ſi to-
net tantũ. uitium & calamitas ſi tonet & grandinet ſimul, & etiã fulmi-
net. Vitium & calamitas. Vitium translatũ eſt ab augurio, & uitio cre- *
ati dicunt COSS. Calamitas. * dicitur clades quia
clamatur, ut aliud ſit grandinis culmũ frangentis, aliud furti ut in doli
malis ſic Probus. Vt neꝗ; ſpectari uitiũ, qđ non ſpectata eſt calamitas,
qđ nõ cognita. Vt neꝗ; ſpectari neꝗ; cognoſci, mira defenſio, ſiquidem
non iudicio comœdia exacta eſt, ſi ſpectari, cognoſciꝗ; nõ potuerit co-
gnituris. ſ. ſi audiretur. Vt neꝗ; ſpectari, neꝗ; co. ideo theatrũ, ideo ſpe-
ctatores, ideo actores, & maior pars in geſtu quã in uerbis cognoſci,
uel probari, uel ſciri, an Hecyra ſciri dicat. quę ſcita ſit in nomine. Ita po
pulus ſtudio ſtupidus. à deriuatione cauſſæ. nõ quia mala eſt, inquit, ex-
cluſa eſt, ſed quia populus funabuli admiratione obſtupuit, quod infra
de gladiatoribus dicet ad cõmutationẽ cauſſæ inducendã. Ita po. ſt. hic
excuſatur & populus qui neꝗ; iudicauit de fabula, neꝗ; tamẽ ſtulte erra
uit. Stupidus. pro ſtupens. Vt timidusꝗ;. ſ.u.a. Pro noua. recte, iam em̃
non eſt noua. Et is qui ſcripſit hanc ob eam rem. i. ob eam cauſſam. q.d.
non iterũ acta eſt ſine cauſſa. cur ergo nõ poſt funabulũ relata eſt, ſi illi
ceſſarant, in qua maluit auarũ populum poeta inducere, quã ſuo operi
diffidens

diffidentē.Iterum referre ſupuacuū eſt. Vt poſſet iterꝫ uen.alijs.ſ.ludis,
hoc ut diximus ad laudē fabulæ refertur, poſtquā tantū fiduciæ poetæ
dedit. Aliâs co.eius.q.h.co. mire illi fauorē perit ex alijs quæ ſpectatori
notæ ſunt eiuſdem poetæ. quaſi hæc omino nota ſit. at in Andria. Quæ
omniū prima eſt, aliter.ait enim ut pernoſcatis & quid ſpei ſit reliquū,
quas faciet &c.Orator ad uos ut cum or.pro ſinite.magna arte hic pro-
logus ſcriptus eſt,& nimis oratorie.nā totiens expulſa fabula quomo-
do honeſte reuocari potuit in proſceniū.niſi primo ipſa imprudētia pro
fiducia proferetur,& deinde actor peritiſſimus ipſe habilius probaret
& poetam & comœdiā, cuius auctoritas elucet ex uerbis, cum deinde
ſubtiliter nouo poetæ à uetuſto & magnæ auctoritatis Cęcilio peteret
exemplum,fauor expeteretur ingenioſiſſime. Nam quod rudi Terētio
contigit accidiſſe,memoratur ueteri Cęcilio,quod huic ſemel,illi ſæpe,
quod huic in alijs nunquā,hoc illi ferè in omībus, quod huic Hecyra &
acta & probata eſt, & certa illi partim exacta eſt, partimq́; uix proba-
ta,itaq; his omībus argumentis id factum eſt,ut neq; deſperandū ſit de
Terentio, ꝙ expulſus eſt, ut nihilominus illi tantū attribuendum ſit, ut
aut par Cęcilio magno tunc poetæ, aut ultro melior etiā eſſe poſſit. Hic
autē L. Ambiuius hiſtrio fuit actor comœdiarꝫ. Orator ad.u.u.oratorē
audiri oportere ius gentiū eſt, oratorē nō licet iniuriā pati. ideo ergo ne
expellatur,nō ſe prologū ſed oratorē nominat.Plau.Impia ſecrete ora-
torem uerberas. Eodem iu.uti.&c. me liceat caſus miſerari.i.a. Sinite
ex,ſim.orator eſt dum rogat,exorator cum impetrauerit, ita illud dicē
tis,hoc iam adfectus ſignificationē habet,& orator eſt,cui cauſſa defen
denda mādatur. Quo.iu.ſum.u.a.tanquā aliud agens refert exēpla qui
bus oſtendat turpe non eſſe Terentio excluſam eſſe unā illius fabulam,
cum multorū poetarum multæ exactæ ſint. & in his Cęcilij, cuius hoc
tempore magna auctoritas fuit. Adoleſcentior. hæc cōparatio minus à
poſitiuo ſonat, & uim diminutiuā exprimit. ut iam ſenior ſed cruda.d.
* u.q.ſ.Nouas qui ex.f.ut inueteraſcerent * & inueteraſce-
rent,agerentur denuo,quia dum acta eſt noua dicit fabula.Inueteraſce-
rent. in conſuetudinē uenirent,ſpectarent,amarentur. Exactas.expul-
ſas,Ne cum pe.ſ.e.cauſſa facti honeſtiorē.non ſe poetæ unius,ſed ipſius
poematis cauſſa laborare.In his.q.p.c.didici nouas,à ſimili argumen-
tum,quod fit per comparationē artificioſam,& oratoriā rerum ac per-
ſonarum.Partim ſum.e.uide plus eſſe in exēplo,ſiquidem partim exa-
ctæ ſunt Cęcilij fabulæ,partim uix admiſſæ, cū una Hecyra excluſa ſit,
& eſt ſenſus,aut diſplicui inquit,aut aliquibus uix placui.Partim.ſ.e.e.
pro in alijs,aut timidis, & ſimul ſplendida locutio eſt,partim aduerbiū
eſt & proprie locutus eſt.nam fabulæ aut agi dicuntur,aut ſtare. Quia
ſciebam dubiam fortunam. non igitur poetæ culpa. ſed caſus eſt: nam
ideo fortunā euentum retulit. Spe incerta certū mihi. ſententioſe & ue-
rum. nam ubi certa ſpes eſt,nihil opus eſt laborare certo ac uehementi.

Spe incerta. pro ſpei incertæ, an deeſt incertæ. Certum. honeſta figura q̃ dicitur * Eaſdem exactas cœpi, difficultatē facti, & molimen oſtendit ab eodem Cecilio. ſ. Nouas ſtudioſe ne illum ab ſtudio * Ne illum ab ſt. ab. iterũ cauſſa honeſtatis. Perfeci ut ſpectarentur. attende quantũ pondus habeat, q̄ non feci dixit, ſed potius perfeci, ut molem difficultatis oſtenderet. Vbi ſunt. p. nota participiũ ſine uerbo. Ita poetã. r. i. l. mire non Ceciliũ ſed poetam. ut hoc generaliter populo præſtitiſſe nõ uni homini uideat. Vbi ſunt cognitæ. ſ. elegãs promiſſio, & hãc placiturã ſi cognoſcatur. & eſt cõiectura à futuro tēpore. Reſtitui in locum. quia remotũ & excluſum dixit, proprie iam remotum geminauit ſecundũ antiquos, qui oẽs in uerbis liquidas duplicabant. A ſtudio atq; labore. bene oſtendit ſe populo profuiſſe. cæterũ poetam ad laborē reuocando atq; artem, habere intentio, cõmote audiendum eſt. ut hic portus alij effodiunt, hic alta thea. f. l. a. & c. Im præſentia. ſtatim ut à populo eijciebatur. Vt in. o. e. p. & c. ex ipſis rerũ nominibus oſtendit facilitatē deterrēdi. Nunc quid petam mea cauſſa. bene petã mea cauſſa quaſi orator. Mea cauſſa æquo animo. cõmendatio pſonæ leuis per aliam perſonã grauem ſecundũ præcepta in rhetoricis. Hecyram ad uos refero. à cauſſa principiũ narrationis inducitur. Hecyram ad uos refero. principiũ à principali quæſtiõe, an cognita ſit, & an ſpectanda ſit. Quã mihi, à perſona dicentis. Ita eam oppreſſit. c. hoc ſuccedit pro illo, qđ eſt à perſona aduerſariorũ ſimul ad fortunã retulit culpam populi. non eṁ dixit qđ præſto erat. Ita oppreſſit eam calamitas. eam calamitatē repetit. ne nos fabulam illũ dicere putaremus. Veſtra intelligētia ſedabit. primo tum pſona noſtræ induſtriæ, rurſus cũ ſua, & bene periphraſi uſus eſt, ne diceret nos uobis. Cum primũ eam. a. c. iam hic narratio ſubtilis inducitur, ut non lædat populũ, & ut defendat poetam. Pugilum gloria. * Pugiles & eſſe glorioſos, ut minus turpe ſit ante latos eos eſſe. ſic Virg. Magnis cum uiri. c. n. e. & c. hæc eſt gloria. Pugilum. g. funabuli acceſſit expectatio, narratio cur excluſa ſit. hæc eṁ non poetæ culpa deiecta eſt, nec iudicio populi, & ideo nunc admittēda eſt. Pugilum. g. ſ. a. e. * Pugilum. e. comitum conuentus. expectatio. deſiderium, ut Virg. expectate uenis. Funabuli. ſ. duplex cauſſa ad unã excluſionē adhibetur. Comitũ. c. utrũ eos comites dicit qui ſunt pugilum aſſentatores, an ſeruos qui dominos ſequuntur, an ſtudium certantiũ diuerſis fauētium. Clamor. m. bene. mulierum. non eṁ timet eas, quibus ſuffragari uel refragari nõ licet in theatro. Vt ante. t. e. ſ. * ne grauē paſſus uideatur iniuriam. Pugilum. g. pugil dictus eſt à pugna, & pugna à pugno. Veteres nãq; ante uſum ferri & armorũ pugnis, & calcibus, & morſibus, corporumq; luctatione certabant. Veteres * primũ uetere, ut in noua cœpi uti conſuetudine, niſi nouam comœdiã intellexeris non erit apta ſententia. nam & ſupra dixit, nunc hæc plane eſt pro noua.

 An à Teren-

An à Terentio noua ideo dictum eſt, quia nunquã aliâs excluſus eſt, & bene ueterẽ, ut oſtendat turpe nõ eſſe quod & alijs poetis ſæpe cõtige- rit. Refero de. aut ueterẽ abundat, aut denuo. Primo actu p. ratiocinabi liter dixit primo, quia quinq; ſunt actus partes fabulæ. Placeo. ſtudeo. placeo dixit pro eo quod eſt fabula placet, aut Teren. & mire nõ diu in- quit pependit iudiciũ, ſed ſtatim placuit, ut quod ſequit non iudicio ſed perturbatiõe factum ſit. Cum interea. r. u. d. iri hoc abhorret noſtra cõ- ſuetudine, uerumtamẽ apud antiquos gladiatores in theatro ſpectabã- tur. Datum iri. datum iri dixit. ut fabulã commendet, ut & omia ſpecta- tori & populo dicãtur. Non. p. t. l. facete repetit locum. Nunc. t. non eſt. tumultuantur. turba. i. *

Nunc. t. non eſt. turbã retulit ad id quod ſuprà dixit populus. c. t. Ociũ ad illud quod pugnãt de loco, ſilentiũ ad illud * quod dixit clamor mulierũ. Ocium. *

pugnant. Silentium. *

clamant. Nunc. t. non eſt. ocium & ſilẽtium, quæ adhortatio per enume * rotionẽ ad tempus eſt. Mihi. d. ab ædibus. ſ. Vobis. d. c. p. l. ſic. quaſi ad aliquid agat populus cum ſpectet. Nolite ſinere per uos. *

Artem muſicã. oratorie, quaſi nõ Terentij cauſſa agatur, ſed artis muſi- cæ. Meæ au. quia iam ſenex eſt. Fautrix adiu. ſit, Cõmendatio qua Te- rentiũ probo. & eſt figura analogia. uult autẽ ſe eſſe auctoritatis, ut po- pulo placere iam debeat qui ipſi placet. Si nunquã auare, comẽdatio ab anteactis ideſt à perſonæ attributis. Si nunquam auare, à meritis defen- ſoris argumẽtum ad laudẽ fabulæ. Si nunquã auare. per hæc uerba Te- rentius uult demõſtrare quã grauis auctor ſit, qui ſuas comœdias pro- bet. ſic Hora. Ea cum reſpõdere coneris quæ grauis Eſopus. quę doctus Roſcius egit. Et eum eſſe quæſtum in animũ induxi, modo nonnunquã ſubauditur etſi, ut ſit, etſi eum eſſe &c. Et eũ eſſe quæſtum in animũ in- duxi ueſtris cõmodis. plus dixit cõmodis quãſi diceret uoluptatibus. Quæſtum maximũ. qui maxime inique iniqui *

Sinite impetrare me. qui in tutelã meam, ordo eſt, ſinite impetrare ne eũ circũuentum inique iniqui. In tutelã meam. ſ. ſ. &c. In tutelam meam. i. * quaſi oratori cauſſam dixit. Mea cauſſa cauſſam hãc accipite. oratorie, ſic enim fit cum pſona pro pſona ad cõmendationem adfertur. Et date ſilentiũ, quaſi fabulæ ac poetæ. Mea cauſſa cauſſam, paranomaſia. Vt libeat ſcribere aliâs, oratorie. * Mihiq; ut ſ. mihi ꝓprie dicit. docet em poeta ꝙ merito ipẽ dici debeat ſcenicus. Nouas ex- pediat poſthac, ab utili argumẽtatio eſt, & bene ut expediat tanquã fa- cturus ſit, & ſi non expedierit dũ quæſtum maximũ ſeruire populo pu- tat. Precio emptas meo. æſtimatione à me facta quantũ ædiles darẽt, & ꝓinde me periclitante, ſi abiecta fabula à me preciũ qđ poetæ numera- uerint repetant. ergo meo à me facto. à me ſtatuto. nam quomodo alibi dixit. Poſtquã ædiles emerãt. & bene ut ſequaẽ populus iudiciũ eius cuſ- ęſtimare uere fabulas onus poſuerit. Precio. e. m. ut qdã uolũt periculo.

ACTVS PRIMI

SCENA PRIMA.

Senarij.

PHILOTIS MERETRIX. SYRA ANVS.

PEr pol quã paucos reperias meretricibus
Fideles euenire amatores Syra.
Vel hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi
Quã ſancte, ut quiuis facile poſſet credere,
Nunquam illa uiua ducturum uxorem domum.
Hem duxit. Sy. ergo propterea te ſedulo
Et moneo, & hortor, ne cuiuſquam te miſerat,
Quin ſpolies, mutiles, laceres quenquam nacta ſis.
Ph. Vt in eximium neminem habeam? Sy. neminem.
Nam nemo illorum quiſquam ſcito ad te uenit,
Quin ita paret ſeſe, abs te ut blanditijs ſuis,
Quàm minimo pretio ſuam uoluptatem expleat.
Hiſcine tu amâbo non contra inſidiabere?
Ph. Tamen eandem pol eſſe omnibus iniurium eſt.
Sy. Iniurium eſt autem ulciſci aduerſarios?
Ac qua uia captant te illi, eadem ipſos capi?

Philotis προσατικὸν πρόσωπον, ut ſit occaſio cõmemorandi argumenti & occaſionis reliquæ fabulæ.

Eheu me miſeram, cur non aut iſtæc mihi
Aetas & forma eſt, aut tibi hæc ſententia?

PErpol quãpaucos reperias meretricibus fideles. Nouo genere hic utraque προστατικα πρόσωπα inducitur. nam & Philotis & Syra nõ pertinent ad argumentũ fabulæ. hæc autẽ maluit Te- * rentius, quã aut per prologũ narret argumentũ. aut * induceret loqui. Perpol quãpau. r. hæc perſona Terentij more extrinſecus aſſumit ut ſit poſtquã argumenti obſcuritatem effugiat. Perpol p. animaduertẽdum eſt in hac fabula Terentium bonã meretricem inductuꝝ. ne id cõtra morẽ uideatur facere, etiam aliam meretricẽ non malam inducere, ut id exemplis fiat tritius & uſu ueriſimile. Perpol quãpau. ordo eſt. ꝑpol quãpaucos reperias. nã ꝑpol non eſt latinũ. ſed * perquã. i. nimis. Quãpaucos. quidã non paucos ſed paucis legunt. ſic eñ Apollodorus. *

Reperias. aptum uerbum ad raritatem, & ideo non dixit pauci ſunt, ſed paucos reperias. ſi quos quæras. non autẽ reperitur niſi quod quæritur. non q̃ritur niſi qđ præſto non ſit. Fideles, huiuſmodi ſententiã rhetores * uocant. & mire non eſſe, ſed euenire dixit. ut nõ rationis, ſed caſus ſit id quod rariſſimũ eſt. Fideles, fidi in maximis, fideles in * minoribus negocijs. Vel hic. p. tranſitus à generali ſententia ad ſpecialem. Vel nunc ut aliàs. cõiunctio diſiunctiua eſt. aliàs correptionẽ ſignificat, ut apud Cice. Vel optimã me ſane uitã. etiã Virg. Carmina uel. c. f. d. l. aut uel, ut modo. Iurabat. q. b. quã. ſ. tria ſunt quæ iurabat, & quotiens, & quã ſanctæ, quod totũ de more amatoꝝ & meretricũ dixit, quę iureiurando teneant quos lege nõ poſſunt. Vt quiuis. nõ modo Bacchis quæ amica erat. Nunquã illa. u. d. uxorẽ ita * ideſt iurans primo iurabat. Nunquã illa uiua uxorẽ ductuꝝ. En duxit, ꝓnũcia ut mirantẽ oſtendas. Ergo. ꝓ. modo ergo affectũ exprimit reꝑhendentis tarde ſibi conſentientẽ. ſic Virg. Ergo age chare pater ceruici imponere noſtræ. Propterea te ſedulo. ſedulo inſtanter & ex animo, & ſine dolo. En duxit. en aduerbiũ demonſtrantis eſt, ut en aliter. Et moneo & hortor. monemus conſilio, hortamur impulſu. Nec cuiuſquã miſereat. deeſt te. Quin ſpolies, mutiles, laceres. quin ꝓ minus, & magna perſuaſio eſt * ad malefaciendũ. Spolies. ſpoliare eſt non minimã partem auferre. mutilare aliquid detrahere ſine quo res eſſe nõ poſſit. Lacerare autem cum omino non habeas quas imminuas. Mutiles. imminuas. unde mutili dicti ſunt boues, aut capri ſine cornibus. nam male * multi putant dici, & inde mulciber Vulcanus, qꝫ ſit mutilatus ac debilis, nam ꝓprie:

mulciber

mulciber dictus eſt ꝙ om̃ia mulceat.i,molleat ac uincat. Vt ni exi.h.ne mině. ut ni,pro ut ne* & perſeuerat in allegoria,nam eximia pecora dicũtur quæ à grege excepta ſunt ad uſus dominorũ ſuorum ut* uberius paſcantur,ſed proprie eximij ſunt porci maiores, qui ad ſacriſi candum electi ſunt.etenim boues qui ad hoc electi ſunt egregij dicũtur, & oues lectæ. Virg. Mactant lectas de more bidentes, ita & porci eximij. Vt ni eximiũ.deeſt cenſes,ut ſit cenſes ut ni eximiũ neminem habeam.uel certe mones ut ni eximiũ, ita eximium ſeparatum ex omnibus, proprie eximius porcus eſt exemptus à grege, aut ſignatus macula aut nota.Habeam.deeſt cenſes ut uis,aut mones.Nam nemo quicquã parel con tertiũ.nam abundat quiſquã. Scito ad te.u. bene additũ eſt ſcito, & moraliter,& acutius,ꝓnũciandum, eſt enim uerbũ illorum qui familia res corrigunt.Quin ita.p.hoc uerbum paret aduerſum munificos & ſegnes ſumitur,ut alibi.An paraſti te.ut ſpes.n.r.t.ſ.t. Abs te, pro ex te. Suam.u.ex.bene expleat quod contrariũ meretrici eſt,amatorẽ uoluptate ſatiari.Hiſcine tu.* .i.talibus.& uide ſi pulchra meretrix puella eſt.Inſidiabere.inſidiari malum eſt.ſed contra inſidiari iuſtũ eſt. Tamen pol.e.i.& idem aliter,& uehemẽtius intulit.nam peius eſt eandem eſſe omnibus quã nullum excipere.Iniurium,iniquũ,iniurium autem indignantis modo ſignificatio, & uim aduerbij habet. Vlciſci.ad. de more aduerſarios mutato nomine poſuit. durum eñ fuerat ſi amatores diceret.Qua te uia captant.illi qui te captant ſæpe tu eos uel ſemel capere.Heu me miſerã.bene quia nõ perſuaſit, ſed affectum doloris expꝓſſit, intelligitur enim ex uultu eius nõ eam perſuaſiſſe quod uoluit. Heu me miſeram.c.n.a.&c.* quod reliquũ ſit,quia quod perſuadere uolebat nõ potuit. Et bene nota, quia utrunꝙ non habet.& mire è contrario deſcripta eſt deformitas. bene & formã, & uoluntatẽ malam gerentis. Aut tibi hæc ſententia. dicticos, ſimulꝙ oſtendit ſecundum difficile deformẽ reperiri bonum.

ACTVS PRIMI

SCENA SECVNDA.

Senarij.

PARMENO. PHILOTIS. SYRA.

SEnex ſi quæret me modo, iſſe dicito
Ad portum percontatū aduentum Pamphili.
Audin' quid dicā Syre? ſi quæret me, uti
Tum dicas, ſi nō quæret, nullus dixeris,
Aliâs ut uti poſſim cauſſa hac integra.
Sed uideon' ego Philotim? unde hæc aduenit.
Philotis ſalue multum. Ph. ò ſalue Parmeno.
Sy. Salue me caſtor Parmeno. Pa. & tu ædepol Syra.
Dic mihi Philotis ubi te oblectaſti tam diu?
Ph. Minime equidem me oblectaui, quæ cum milite
Corinthum hinc ſum profecta inhumaniſſimo,
Biennium ibi perpetuum miſera illum pertuli.
Pa. Aedepol te deſiderium Athenarum arbitror
Philotim cepiſſe ſæpe, & te tuum
Conſilium contempſiſſe. Ph. non dici poteſt
Quàm cnpida eram huc redeundi, & abeundi à milite,
Vosq; hic uidendi, antiqua ut conſuetudine
Agitarem inter uos libere conuiuium.
Nam illic haud licebat niſi præfinito loqui,
Quæ illi placerent. Pa. haud opinor commode
Finem ſtatuiſſe orationi militem.
Ph. Sed quid hoc negoti eſt, modo quæ hæc narrauit mihi

Hic intus

Hic intus Bacchis? quod ego nunquam credidi
Fore, ut hac ille uiua poſſet animum inducere
Vxorem habere. Pa. habere autẽ? Ph. eho tu an non habet?
Pa. Habet, ſed firmæ hæ uereor ut ſint nuptiæ. Senſim ad narratio- nem acce- dit.
Ph. Ita di deæq; faxint, ſi in rem eſt Bacchidis.
Sed qui iſtuc credam ita eſſe? dic mihi Parmeno.
Pa. Non eſt opus prolato, hoc percontrarier
Deſiſte. Ph. nempè ea cauſſa ut ne id fiat palàm.
Ita me di bene ament, haud propterea te rogo
Vt hoc proferam, ſed ut tacita mecum gaudeam.
Pa. Nunquam dices tam commode, ut tergum meum
Tuam in fidem committam. Ph. ah noli Parmeno,
Quaſi tu non multo malis narrare hoc mihi,
Quàm ego quæ perconter ſcire. Pa. uera hæc prædicat Seruile πάθος.
Et illud mihi maximum uitium eſt. ſi mihi fidem
Das te tacituram, dicam. Ph. ad ingenium redis.
Fidem do, loquere. Pa. auſculta. Ph. iſtic ſum. Pa. hanc Bacchidem
Amabat, ut cùm maxume, tum Pamphilus. Narratio quæ occa- ſionem fa bulæ con- tinet.
Cum pater uxorem ut ducat orare occipit,
Et hæc communia omnium quæ ſunt patrum,
Se ſenem eſſe dicere, illum autem eſſe unicum,
Præſidium uelle ſe ſenectuti ſuæ.

Ille pri-

Ille primo ſe negare, ſed poſtquam acrius.
Pater inſtat, fecit animi ut incertus foret,
Pudori an ne amori obſequeretur magis.
Tundendo, atq; odio deniq; effecit ſenex.
Deſpondit & gnatum huius uicini proximi.
Vſq; illud uiſum eſt Pamphilo neutiquam graue,
Donec iam in ipſis nuptijs, poſtquam uidet
Paratas, nec moram ullam quin ducat dari,
Ibi demum ita ægre tulit, ut ipſam Bacchidem,
Si adeſſet, credo eius commiſereſceret.
Vbicunq; datum erat ſpatium ſolitudinis,
Vt conloqui mecum unà poſſet, Parmeno
Perij, quid ego egi? in quod me conieci malum?
Non potero hoc ferre Parmeno, perij miſer.
Ph. At te di deæq; perdiunt cum iſtoc odio Laches.
Pa. Vt ad pauca redeam, uxorem deducit domum,
Nocte illa prima uirginem non attigit,
Quæ conſecuta'ſt nox, eam nihilo magis.
Ph. Quid ais? cum uirgine unà adoleſcens cubuerit,
Plus potis ſe illa abſtinere ut potuit?
Non ueriſimile dicis, nec uerum arbitror.
Pa. Credo ita uideri tibi, nam nemo ad te uenit,
Niſi cupiens tui, ille inuitus illam duxerat.

Ph. Quid

Ph. Quid deinde fit? Pa. diebus ſanè pauculis
Poſt Pamphilus me ſolum ſeducit foras,
Narratq́;, ut uirgo à ſe integra etiam tum ſiet.
Seq́; antequam eam uxorem duxiſſet domum,
Speraſſe eas tolerare poſſe nuptias
Sed quam decrerim me non poſſe diutius
Habere eam ludibrio haberi Parmeno.
Quin integram itidem reddam, ut accepi à ſuis.
Neq; honeſtum mihi, neq; utile ipſi uirgini eſt.
Ph. Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili.
Pa. Hoc ego proferre incommodum eſſe mihi arbitror
Reddi patri autem, cui tu nihil dicas uiti,
Superbum eſt, ſed illam ſpero, ubi hoc cognouerit,
Non poſſe ſe mecum eſſe, abituram deniq;.
Ph. Quid interea? ibat ne ad Bacchidem? Par. quotidie.
Sed ut fit, poſtquam hunc alienum ab ſeſe uidet,
Maligna multo, & magis procax facta ilico eſt.
Ph. Non ædepol mirum. Pa. atqui ea res multo maxume
Diſiunxit illam ab illa. poſtquam & ipſe ſeſe
Et illam, & hanc quæ domi erat, cognouit ſatis,
Ad exemplum ambarum mores earum exiſtimans.
Hæc ita uti liberali eſſe ingenio decet,
Pudens, modeſta, incommoda, atq; iniurias
u Viri

Viri omnes ferre, & tegere contumelias,
Hic animus partim uxoris miſericordia
Deuinctus, partim uictus huiuſce iniurijs,
Paulatim elapſus Bacchidi, atq; huic tranſtulit
Amorem, poſtquam par ingenium nactus eſt.
Interea in Imbro moritur cognatus ſenex
Horum, ad hos redibat lege hæreditas.
Eo amantem inuitum Pamphilum extrudit pater.
Reliquit cum matre hic uxorem. nam ſenex
Rus abdidit ſeſe, huc raro in urbem commeat.
Ph. Quid adhuc habent infirmitatis nuptiæ?
Pa. Nunc audies. primum dies compluſculos
Bene conueniebat ſane inter eas, interim
Miris modis odiſſe cœpit Soſtratam,
Neq; lites ullæ inter eas, poſtulatio
Nunquã. Ph. quid igitur? Pa. ſi quando ad eam acceſſerat
Confabulatum, fugere è conſpectu ilico,
Videre nolle, deniq; ubi non quit pati,
Simulat ſe à matre accerſi ad rem diuinam, abijt,
Vbi illic dies ea complures, accerſi iubet.
Dixere cauſſam tunc neſcio quam. iterum iubet.
Nemo remiſit. poſtquam accerſiuit ſæpius,
Aegram eſſe ſimulant mulierem. noſtra ilico

It uiſere ad eam, admiſit nemo. hoc ubi ſenex
Reſciuit, heri ea cauſſa rure huc aduenit,
Patrem continuo conuenit Philumenæ.
Quid egerint inter ſe nondum etiam ſcio,
Niſi ſane curæ eſt quorſum euenturum hoc ſiet.
Habes omnem rem, pergam quò cœpi hoc iter.
Ph. Et quidem ego, nam conſtitui cum quodam hoſpite
Me eſſe illum conuenturam. Pa. Dij uortant bene
Quod agas. Ph. Vale. Pa. & tu bene uale Philotis.

Senex qui quærat me modo ĳſſe. d. ad. p. Hoc ſeruus dixit in ſcenã de proſcenio reſpiciens. Senex ſi quærat, duæ cõiunctiuæ ſunt in hac ſcena, aut ueræ ſunt nuptiæ, & an uериſimile ſit abſtinere potuiſſe adoleſcentẽ à uirgine ſibi nuptum tradita. Senex ſi, q. m. magis expreſſit conſuetudinẽ dicendo ſenex, quã ſi diceret dominus maior. Senex ſi. q. m. ut ex uerbis ſuis tam meretrix quã lena deſcripta eſt, ita & Parmeno ipſe qualis ſit oſtẽditur ex ſua ſibi locutione, excundi autẽ cauſſa de argumẽto ſumitur, quia Pam. abſens ſit, & expectatĩ indies eius aduentus. Percõtatum aductum Pam. honeſtam cauſſam dixit. i. poſt Pam. aduentũ. & percunctatũ & per contatũ ſcribitur, ſed per contatũ à conto dicitur quo nautæ utuntur ad loca nauibus opportuna, ſi uero percunctatũ, ab eo ꝙ à cunctis perquiratĩ dicitur. Senex ſi quærat me, modo ĳſſe dicito ad portũ. hæc omnia ſubmiſſa & ueloci ꝓnunciatione efferenda ſunt. hæc enim deſiderant huiuſmodi uerba, utpote & ſerui, & feſtinantis. Audin quid dicam Sy. audis modo ſentis, intelligis, ut Virg. ꝓgeniẽ ſed enim Troiano à ſanguine duci audierat. Item alibi. neq; audit. o. h. Audin quid dicã. audis modo pro aduertis Syre *
inducitur. Audin quid dicã Syre, cõuenit nomen ſeruo puero * *
quod eſt geſtire & ludere. Nullus pro non, aliâs, ut uti poſſim, inter aliâs & alia hoc intereſt, quia aliâs alio tẽpore ſignificat, alia aliter, ut per alia integra nõ dicta. Sed uideon Philotim, mire inuenta eſt cauſſa narrandi. ideo quia peregre uenit meretrix alia, quaſi Athenis om̃ia eſſe ſciret. Sed uideõ ego Philotim, ſic ſolet dubitare, qui

aduenſētibus ipſis quos poſt multum tēporis interuallum uidet. Vnde hæc ad. cum quodam contemptu eius hæc ſibi Parmeno. Salue me. ca. Parmeno. Olim ſalutantes addebant iuſiurandum, ut hoc ſedulo facere uiderentur. Me. aut adiectio eſt, & abundat, aut poſitū eſt pro una ſyllaba. ut græci * . . dicunt. Et tu Aedepol Syra. irriſit ad caſtor addendo ædepol, & qđ illa Parmeno, ille hic addidit Syra. Syra ſupra ueteres legerunt ꝑponentes ut miſſus Syrus. Vbi Philotis. te. o. uidelicentiā ſupra Philotim, hic Philotis dixit. Oblectaſti tamdiu. facete dictū meretrici, non ubi fuiſti, ſed ubi te oblectaſti. Minime me equidem oblectaui, me acutius ꝓferendum eſt, & reſpondet. Corinthū. h. ſ. ꝓ. hinc magnū oſtendit dolorē habere Philotim, quod relictis Athenis Corinthi habitauerit. Hinc ſum ꝓfecta inhumaniſſimo, multa dixit & milite, & hinc, & inhumaniſſimo, Inhumaniſſimo, quid potuit de milite dici niſi ſuplatiuo, namq; omis miles inhumanus, hic uero inhumaniſſimus. Corinthum hinc ſum profecta. hæc argumenta ſunt an oblectare poterat à pſona, quia miles inhumaniſſimus, à loco q hinc ꝓfecta, tempore qđ bienniū. a. re. i. iniuria quā intulit. Bienniū ibi perpetuū, ut continuationē ſui caſus oſtenderet perpetuum dixit. Miſera. mulieris interpoſitio. Tot illum tuli. non cum illo fui. ſed tuli, adeo non me oblectaui. Deſiderium Athenarū quod Corinthum profecta es, Athenarū arbitror quod dixit hinc ante *
* Athenarum & amphibologia. Te deſiderium cœpiſſe, quod cum milite inhumaniſſimo & conſiliū contēpſiſſe plenitudinem eſſe non poſſeſſam. Voſq; hic. u. Oratorie unam rem in tria diuiſit, huc redeundi, abeundi à milite, uoſq; uidendi ut diceret huc ueniendi. Niſi præfinito. i. a. tempore. hic oſtendit quid dixit ſupra tuli. & quid ſit agitare, & cōuiuium libere. Agitare inter uos. i. c. inter agere & agitare hoc intereſt, q agere eſt aliquid uel neceſſariū facere. Agitare uoluntarium, ergo agitarem, exercerem. Nam illi chaud. l. n. p. legitur & illi, ut ſit circūflexus accentus, & ſignificat illic, ut illi mea triſtia, & abſolutū eſt. Præfinito. deeſt tempore, aut quid tale. Niſi præfinito loqui. illi. q. d. duo dixit, & præfinito & quæ illi placerent, ut neq; quantū uelles, neq; quod uelles diceres. Haud opi. cō. commode pro blande & bene, ut nūquā tam diceres cōmode finem ſtatuiſſe orationi. Milite. argute militē, qa quaſi inimicus ſit orationi, quæ in pace plurimū poteſt. Quid. h. neg. eſt. modo quæ nar. h. argumētum nunc deſcēdit in Phormione. Quid tu es triſtis. ꝑlatis. ſ. allocutionibus, & ſeparatarꝫ, & ꝑmixtarꝫ perſonarū, ne ieiune ad argumentū ueniens nō agere fabulam ſed narrare uideret. Quid hoc negocij, bene addidit negocij, ut augeret inuidiam facti, nam potuit dicere. Quid hoc eſt, ſed ut diximus ad inuidiā, & magnitudinem rei negocij dixit. Quæ nar. mihi, quæ qualia, ſ. & quanta. Modo q̄ narrauit mihi, quæ legendum eſt, ut ſi qualia, & quanta, & hoc. Quod ego c. hoc totū cum inuidia pronunciādum ex animo meretricis, quæ facinus in-

nus indignũ nuptias putat. Vt ille hac uiua poſſet. mire oſtendit ex ĳſdẽ
uerbis eandem hanc eſſe quã ſupra dixit, nunquã illa uiua uxorẽ ductu-
rum. Poſſet animũ inducere, quaſi in rem durã & immanẽ. Habere aũt
oſtendit pronunciatione quod propè eſt ut nõ habeat. Sed firmæ hæ ue-
reor ut. ſ. n. bene pro perſona ſerui qui uult dominũ uxorium magis eſſe
quã amatorẽ Bacchidis. Vt, ne non. Sed firmæ hæ uereor. Animaduer-
te Teren. in nuptĳs hoc dictum ſeruare, utrum firmas an infirmas dicat
nuptias. Si in rem eſt Bacchidis. bene additum ſi in rem eſt Bacchidis, ut
oſtenderet ſe nõ malignitatis, ſed beniuolentiæ cauſſa talia uota ſuſci-
pere. In rem. pro utilitate. ab re, contra utilitatẽ. Sed qui iſtuc credam:
nuptias eſſe infirmas. Sed qui iſtuc credam ita eſſe. d. m. p. ſuperiore uo-
to excuſauit crimẽ curioſitatis. iam uidet poſt Bacchidem audire uelle.
Non eſt opus hoc prolato percunctarier. deſiſte. uide quã conuenienter
poeta cũ id agat ut narrantẽ Parmenonẽ inducat, tamen multis diuerti-
culis morales facetias internectit. Non eſt. o. h. pro. p. d. incerta diſtin-
ctio, utrum prolato hoc, an hoc ꝑcunctarier. Ita me dĳ bene amabunt, ꝓ
ament, ut Donec regina ſacerdos. m. g. &c. Vt. h. pro. prodam Bacchidi
ſ. uel cuiuslibet. Mecum. g. mecũ infra me. Virg. Hæc ſecũ. Nunquã tam
d. c. hæc pronunciatio eiuſmodi eſſe debet, ut ex ea adpareat propè dele-
tum Parmenonẽ, uix ſe poſſe continere quin narret. Nunquã. d. tam. c.
quaſi ex parte labefactus eſt, ſic em̃ loquitur. Ah noli Parmeno, artifi-
cioſe ſe fingit audire nolle, ut tacitura credat ſi audierit, quia curioſitas
eſt ſignũ loquacitatis. Sic Hor. Percunctatorẽ fugito, nam garrulus idẽ
eſt. Quaſi tu nõ. m. m. deeſt ita dicis, ut ſit, ita dicis quaſi & nunc Philo-
tis, non eſt inſtantiore hac calliditate, ut magis ſeruũ ad dicendum pro-
uocet, Quam. e. p, ſ. eclypſis. deeſt. n. ita grauaris dicere, aut ita negas te
locuturũ. Et il. u. m. eſt. m. ſeruile uitiũ eſt tacere non poſſe. Et il. m. u. hoc
lentius apud ſeſe, illud clare ſi mihi fidem das, etiam alia ſe habere uitia
exceptione ſignificans in hoc quod dicit. Illud mihi. Si. f. d. animaduerte
his dilationibus etiã ſpectatorẽ ſuſpendi quo libentius audiat. Si. m. f. d.
fideliter prodes. Ad ingeniũ redis, quia à ſe diſceſſerat ſi taceret. Ci. re-
dit ad ſe. Hac. b. a. ut cũ maxime eiuſmodi eſt hæc tota narratio, ut defen
ſionem adoleſcentis cõtinere uideatur, quod meretricẽ amicam neceſſi
tate coactus deſeruerit, mire igitur. unde quæſtio eſt, inde cœpit, ama-
bat inquit Bacchidem, ſic & in ſecundo Virg. An fortiores græci Tro-
ianis. Fracti bello, fatiſq; repulſi. d. Bacchidem. a. ordo eſt & ſenſus hãc
Bacchidẽ ut amabat Pamphilus, tum cũ maxime amabat pater uxorẽ
ut ducat orare occipit, & ut poſitũ ꝓ quẽadmodũ, & maxime bis nũero
ſubaudit, & cũ maxime una pars orationis eſt, & cũ maxime ꝓ nimis.
Quũ pater. quũ modo aduerbiũ eſt ꝓ quando. Orare. oc. maxia neceſſi
tas eſt, ut oret pater. Et. g. c. o. qd ſi iniuſtũ eſt qđ orabat, oſtẽdit iuſtũ &
frequentatũ, qđ dicebat pater ſe ſenẽ eſſe dicere. oẽm cauſſam adoleſcẽ-
tis ſenex amputauit pro ſuo ſenili cõmodo rogans. potuiſſet em̃ adole-

ſcens dicere, quã pro me curam geris hanc precor. o. pro me. d. Senem. ç. d. illud poſſe agere. amat cõtra utilitatẽ ſuam, ſed ne poterat filius cõtra utilitatẽ patris. ergo ut cogeret pater ſuam cauſſam interponebat. Præſidium uelle ſe, præſidiũ ſenectutis ſobolẽ & ſucceſſionẽ dicit. Sed p. p. a. In tria dixit, & acrius, & pater, & inſtat. pudori an ne amori, anacoluthon. Ille primo ſe negare. utrũ deeſt ducere, an negare ſe nuptias. Sed. p. pater acrius inſtat, poſtquã inquit pater acrius inſtat nõ compulſus eſt Pam. ſed tantũ deliberauerit. Pater inſtat. maior uis eſt cum pater inſtat, quã eum rogat. Pudori an ne amori ob. ma. ſic oſtendit in utranq; partem ut in animo honeſti adoleſcentis pudor amorẽ nihilominus uincere debuiſſe, Pudori an ne amori, latens excuſationis ratio explicata eſt. Pudori patris. ſ. amori meretricis. Tundendo atq; odio, tundere eſt ſæpius idem appetere. trãslatio à fabrorũ malleo. Odio. aſſiduitate, attẽdenda eſt difficultas uniuſcuiusq; uerbi. Tundendo. a. o. d. eff. deniq; temporis longitudinẽ ſignificat. ut effecimus quod cũ magno conatu & molimine facimus, uixq; per nos finẽ accepit. Tundendo atq; odio. mire interpoſuit moras ad poſtremũ confeſſurus uxorem ductam. primo inquit negauit, poſt deliberauit, ad poſtremũ duxit, non inquit ipſe, ſed effecit hoc ſenex, ita mutatione pſonæ totam uoluntatẽ adoleſcentis abſoluit. Deniq; effecit. oratorie tempus adpoſuit. nam hoc ſignificat deniq;. Odio. hoc eſt inſtãtia. Deſpondit ei. g. uide nõ hic dicit duxit uxorem Pam, ſed totũ ad patrem referri. Neutiquã, non minus. Donec iam in ip. notam locutionẽ ſenſu magis quã uerbis manifeſtam. Donec iam in. i. n. deeſt poſitus, cõſtitutus, uelut doluit & ægre tulit, aut repetere debemus ſic in ipſis nuptijs, in mentione nuptiarũ efferueſcit animus amatoris. Nec. m. u. quin. d. uel nec aliquã dieculam, uel dilationẽ uidet ad nuptias. Quin, quominus. Ibi. d. deniq; poſtremo, & mire additum eſt ibi, quia male pẽdebat in ipſis nuptijs, & ſic eſt quaſi dixiſſet in ipſis inquã nuptijs. Demũ. i. æ. t. & c. hoc hypbolicũ eſt. Virg. Vel Priamo miſeranda. Vt ip. b. quæ nunc accuſatrix eſt, & eſt argumentũ ab animo. Aegre tulit. Idem Virg. Quis talia. f. m. Credo ibi. p eum. Vt. c. p. u. m. parelcon tertiũ, & argumentũ à pſona, qđ ait mecũ Parmeno, argumentũ à dictis, q ait Parmeno, moraliter & antonomaſiace nomẽ repetit, & ſignificãter fecit nõ addendo dicebat, & ſic dramaticõ & diematicon eſt tranſeũdo, & mire interpoſuit nomen ut adfectum doloris oſtenderet ſic Virg. Anna. c. a. Parmeno perij miſer * repetit nomen. At te dij deæq;. obtinuit ut pſuaſit ſeruus. nam iam meretrix ſeni iraſcitur. non Pam. Cum. o. cũ inſtantia ac moleſtia. Vt ad. p. r. tanquã multa ſint, quæ de Pamphili amore dici poſſint. Vt ad. p. r. præceptum oratoriũ in longa narratione p ueritatis inquiſitiõe, reddit enĩ auditorẽ acriorem, quẽ ſpes finis recipit fatigatũ. Vxorẽ. d. d. uxor dicitur uel ab ungendis poſtibus, & figenda lana. i. q quũ puellæ nuberent maritorũ poſtes ungebant, ibiq; lanã figebant, uel q lotos maritos ipſæ

ungebant,

ungebant, cuius rei teſtis Ennius, Exin Tarquiniũ bona fœmina lauit &
unxit. Nocte illa prima. ꝓnunciãdum eſt illa prima. q. d. plena deſide-
rij, plena cupiditatis. ſimiliter addidit uirginẽ, & expreſſe nõ attigit no-
cte illa prima. q. d. uel plena amoris. uel plena dulcedinis. ut mirũ ſit qđ
infertur non tactam uirginẽ, & hic argumentũ eſt quanta fecerit Pam.
erga amicã ſuam. Virginem non at. uirginẽ emphaſis eſt. quãuis non a-
matam uirginẽ tamẽ, & non dixit nõ amplexus eſt, ſed ne attigit quidẽ.
Quæ. c. eſt. n. eam primã noctem. ſ. Nihilomagis, quaſi in nihilo poſſit
eſſe magis aut minus, aut nihilomagis aſſeuerationis. Quid ais cũ. u. u.
inuenitur quaſi ſemp in Teren. unà. i. ſimul, uno loco. Cum uirgine. à p-
ſona. Vnà à loco. Adoleſcens. à perſona. Cubuerit. ad habitũ & occaſio-
nem. Plus po. ab impulſione & ex accidentibus. Cum uir. una. a. argu-
menta in coniecturam neceſſario poſita, quibus Teren. ex utraq; parte
diſputans * purgat ne quis illum ſtulte hæc *
poſuiſſe iudicaret, hoc em̃ tarde credit meretrix argumẽtis, ne à Parme-
none uincatur. hinc eſt qđ ait Hora. Vincere Cæcilius grauitate. Teren.
arte. Non ue * peruerſa, prius eſt em̃ uerum, deinde ueriſi-
mile, & ideo ſic dixit, quia eſt ſæpe non ueriſimile. uerũtamen ut decies
pro alieno cõmodo mori uoluiſſe. Non ue. di. hoc iam plus eſt tantũ a-
mat amaſſe Bacchidem quantũ non poſſet credi. Credo ita. u. t. nam ne-
mo uenit ad te. magno cõpendio uſus eſt. non oſtendens cur hoc falſum
ſit quod putet meretrix, ſed cur hoc putat, ita ex eius pſona refelliĩ quod
obijcit. Ille inuitus. inuitus dicendo quaſi admonet iterum iterumq;. ut
Virg. Italiã non ſponte ſequor. Quid. d. f. interponiĩ perſona ad exitum
feſtinans, ut alibi. Quã metui quorſum euadas. Diebus. ſ. paucis. hic exi-
tus eſt. Poſt Pam. me. ne teſtis quiſquã & arbiter ſecretoꝝ interueniat.
Me ſolum ſe. ſo. familiaris in ſeruo iactantie de dominoꝝ familiaritate.
Simul quia decens eſt, ut per eum quid geſtum ſit ſpectatores ſciant.
Narratq; ut uir. ab ſe. hoc eſt illud quod ſupra dixerat, Nocte illa prima
uirginẽ non attigit. Seq; antequã eam. u. du. bonus color purgationis. di-
ceretur em̃ quare ſi illam odio habebat ducebat uxorẽ. Tolerare. p. tole-
rare uerbum eſt mala patientis. Decreuerim. ſtatuerim, & defixerim.
Quã de. me non poſſe. Apoſtrophe. * Eam lu. h. honeſto *
uerbo & pudoris pleno uſus eſt, & noue pro uitiari. Quin. quominus.
Integram. i. honeſtam, non em̃ dixit ſpoliatã uirginem aut mulierem.
Vt accepi à ſuis uigilanter quod eſt integrã ſpecificat. ſ. talem. qualẽ ac-
cepi à ſuis. potuit em̃ uitiatam accepiſſe, ut ſæpe euenit. ergo non abun-
dat, ut accepi à ſuis, ſed habet ſignificationẽ. Pium & pudicum inge. er-
ga meretricem pium, pudicum erga uirginẽ cogitur pium dicere Pam.
quẽ periurum putabat. Pium & pu. inge. na. an ſimul erga uirginẽ, &
piũ & pudicũ, an pium erga meretricẽ, pudicã erga uirginẽ. Hoc ego. p.
uerba Pamphili ſunt, ut quidã putant ad pſonã Parmenonis referentes.
Hoc ego. p. morem. ſ. meretricis. Cui tu. n. d. u. nunc uitij culpæ uxoriæ.

Abituram

Abiturā.abituram morā ſignificat & poſtremā tarditatem,itaq; poſtremo uel ſero abiturā.Quid in.exultantis eſt & geſtientis audire. Interea. Inter eos dies.Sed ut.f.p.h.a.pro alienatū dixit,ut in Phor.Quid ego uobis ge.alienus ſum? nam quomodo alienū ſi amabat ſe dixiſſe.Poſtquā h.a.oratorie nō iam Bacchidem excuſat, quā à ueriſimili cauſa uult oſtēdereq; ipſa fuit in Pam.durior.Alienū ab ſe.u.i.maritū. nam hoc nomē à meretricibus alienū eſt. Maligna.m.maligna difficilis.malignus eſt q difficultatē ſui oſtendit.Procax.diſpoliatrix,& petax.procare enim eſt petere. Virg. procacibus auſtris. i.impudentibus. nam qui multū petit impudens eſt & procax,unde & proci dicti ſunt qui filias alienas in matrimoniū petierunt. Atqui ea.r. immo legit & atq;. Non.æ.m.obtinuit quód uolebat Parmeno.nam credit Philotis iniuriā factam Pam. Atq; ea.r.m.m.opportune concitacius Pam.defendit Parmeno,poſtquā Philotis inducta eſt,ut fateret iniuriam factam. Et hanc.q.d.e.uxorē modeſtam. Et.i.meretricē malam. Et Il.&.h.q.d.e. Illam quæ meretrix eſſet. Hanc.i.uxorē cognouit diligentius & attentius conſiderauit.nam agnoſcere eſt diligenter & attente cōſiderare. Cognouit.ſ. bene ſatis.ex ipſius moribus & meretricis. Ad.e.quaſi ad imaginē,& collationē,& ſpecialem cōparationis. Exiſtimans,intelligens. Hæc uti ita.l.in.qualitas comparatiua. Pudens.m.hæc cōtra uitia meretricia poſuit pudens hæc illa procax,modeſta hæc,illa maligna, reliqua uero ſuperadduntur ornamenta uxoria matronæq; laudes.Incōmoda.a.i.callide laudata uxore non repetit uitia meretricis apud meretricē, & ſimul cōtentus de uxoris laudibus uitia meretricis intelligit. Incōmoda.a.f.u.o.f.figura eclypſis. Tegere.hoc eſt pluſquàm ferre, & tegere q; meretricem amaret, & plus dixit tegere quā celare. Tegere.n.ad hoc dixit, ut nō ſolum cuiquā non ediceret,ſed & ne quis ſciret. Hic.a.Pam.oratorie dixit,nō.n.Pam. dixit,ſed animum Pam. Vxoris mi. Amphibologia.hic animus,hic protum. Virg. Hic animus.g.a.m.h. Vxoris mi.recte, quia ex miſericordia amor naſcitur.ſic & in Phor.Miſerum eſt.uirgo ipſa facie egregia.Vir. Heu quibus ille ia.f.Partim.u.h.iniuria,qualitas relatiua ad ea. Deuinctus.p. u. de proximo repetiuit Paromœen. Deuinctus. u. Paulatim. e. eſt.adeo eſt tardus amor Pam.& magnus, ut etiā poſt iniurias difficile diſcedat.Elapſus eſt animus, nō Pam. Poſtquā. p.i.n.eſt, an ſibi par, an abſolute bonū,ut dicimus, ſic par eſt facere te.ergo aut tibi, aut uxori.i. liberali fœminæ.Par.in.n.eſt.par ingeniū,eandem uoluntatem. Saluſt. Quos eadem odiſſe, & eadem metuere in unū coegit. Idem alibi. Nam idem uelle.a.i.&c.Interea in.i.m.c.ſ.bene caſu ambitionis Pam.narratur.Cognatus ſe.bene quod ait ſenex,nam acerbū funus non conueniebat fabulæ in comœdia,itaq; apud Terentiū, aut meretrix moleſta,aut ex duabus una uxor moritur, aut ſenex ita ex huiuſmodi moribus, uel incōmodum uitatur,uel lucrum inſuper naſcitur,ut nō ſit cauſſa legendi.Horum,& maluit horū,quàm dominorū dicere.Ea ad.h.r. per legē

hæ.uerbo iuris uſus eſt, ea enim legitima eſt hæreditas quæ familiæ de-
bebatur. Eo amantē, non iam uxorē, non iam amicā inuitum Pam. inui-
tum receſſiſſe uis uerbi demonſtrat. nam proprie extrudere dicitur qui
manibus expellit, ſed hic tranſlatione uſus, ut oſtenderet tamē importu
nitatis uerbum ſenis fuiſſe quanta impulſio manuū efficere potuiſſet.
Extrudit. uerbum neceſſitatis. Relinquit, ineptia præſentis tēporis, legi
tur & reliquit. Relinquit cū. m. h. u. præparatio ad futurū errorem. Nam
ſenex rus ab. ſeſe. nam hic incœptiua particula, ut nā meus cōſeruus eſt
homo ut magni precij. Plau. in milite glo. Rus ab. ſeſe. uerbum rep̄hen-
dentis ſenem, qđ ſeſe abdidit dixit. Huc. ra. in. ur. cō. huc bene dixit, ut
oſtendat Parmenonē in urbe eſſe, mira œconomia, facem̄ præſentē, &
nullus error in fabula eſt. Cōmeat. cōmeare eſt abeſſe inde ubi te eſſe o-
porteat, ergo hoc dicto oſtendit quā raro ad urbē ueniat & ſenex, q̄ppe
cōmeatus eſt ex aliqua cōmemoratione tēporalis abſeſſus. Quid. a. h. i.
bene uſq; adhuc ſuſpēſa narratio eſt, & in hac interrogatione quaſi ſub-
ſtomachatur Philotis decepta, quod nihil uideat infirmitatis in nuptijs
quas optauerat. Quid ad. h. n. triſtior meretrix dixit. Nunc au. ſic ait
quaſi iamdudum audire cupienti, uel quaſi moleſtam percontatricem.
Bene cō. ſa. ſane bene pro multū. & ſane ſanus ualide, quia qui ualidus
eſt, ſanus eſt. Miris mo. miris exēplis. Interim mi. m. o. hucuſq; Parme-
nonē poeta paſſus eſt dicere, cætera actibus ſeruaturus. Interim. m. m.
mire ad finem comœdiæ rerum explanatio reſeruatur. nanq; ſi quæras
fallitur Parmeno cū nō odio ſocrus, ſed pudore ſterilitatē aduerſus ſo-
crum Philomenā aſſimulauerat. Interim. modo repente, & eſt aduerbiū
temporis. Poſtulatio, expoſtulatio querela, ſed proprie expoſtulatio eſt
apud illum ipſum qui peccauerit, poſtulatio de illo apud alterū. Quid
igitur, igitur recte dixit ſi hoc non fuit. Quid ergo. poſtulatio querela,
& quaſi iuſta interpoſitio querelarū. Quid igit' igirur dixit ſi hoc non
fuit. Quid igitur. Confugere. e. c. il. bene ē cōſpectu, utpote quæ caueret
gaudia intelliges, ſi tamē ſubiūgimus uidere nolle, ut ignorātia Parme-
nonis adpareat, quia argumentū odiorum credidit, quod Philomenā
neq; uideri uellet, neq; uidere. Fugere cō il. ne uideretur. Videre enī nē
uidere. Deniq;. u. n. qui. p. pati & ſuſtinere, intelligi poteſt hoc loco, utrū
poſtquā non potuit ſuſtinere ſocrum, aut poſtquā illam ſocrus ferre nō
potuit, ſic ſe celantē nurum. poteſt etiā ſic intelligi, ut nō potuit argumē
ta odij ſui ipſa nurus pati, & cōtinere migrauit ad ſocrū. Non qui. p. tole
rare aut tolerari, quia patior cōmune eſt. nam patior te, & à te dicimus.
Abijt. p̄prie abijt, quia nō expectauit ut mitteret̄. Vbi il. di. eſt. dies non
diebus eſt dixit. Acceſſi iu. non addidit quæ, quia intelligitur. Dixere. c.
t. n. quia nullius momēti ac falſam. Nemo re. hic iam aptius odiū uidet̄,
ubi nec iam fingitur cauſſa. Poſtquā ac. ſubauditur noſtri. i. miſſi ſunt à
ſocru. It uiſere. ut populare pœnates. Venimus. Poſtquā ac. i. miſſi ſunt,
& mira uarietas. It uiſere ad eā, uiſere officij eſt, uidere quærētis aliquē.

x Admiſit

So. Me miſeram, quæ nunc quamobrem accuſer neſcio.
La. hem,
Tu neſcis? So. non ita me Di bene ament mi Laches.
Itaq; una inter nos agere ætatem liceat. La. Di mala prohibeant.
So. Meq; abs te immerito eſſe occaſatam poſtmodum reſciſces. La. Scio,
Te immerito? an quidquam pro iſtis factis dignum te dici poteſt?
Quæ me, & te, & familiam dedecoras, filio luctum paras,
Tu autem ex amicis, inimici ut ſint uobis affines facis,
Qui illum decrerunt dignum, ſuos cui liberos cõmitterent
Tu ſolo exorere, quæ per turbas hæc tua impudentia. So. egóne?
La. Tu inquam mulier, quæ me omnino lapidem haud hominem putas.
An quia ruri eſſe crebro ſoleo, neſcire arbitramini
Quo quiſq; pacto hic uitam ueſtrorum exigat?
Multo melius hic quæ fiunt, quàm illic ubi ſum aſſidue ſcio.
Ideo quia ut uos mihi domi eritis, pinde ego ero fama foris
Iam pridem equidem audiui cœpiſſe odium tui Philumenã
Minimeq; adeo mirum, & ni id feciſſet magis mirum foret
Sed non credidi adeo, ut etiam totam hanc odiſſet domum,

Propoſitio querelæ.

Quod ſi ſciſſem, illa hic maneret potius; tu hinc iſſes foras.
At uide quã ĩmerito ægritudo hęc orit̃ mihi abs te Soſtrata
Rus habitatum abij, concedens uobis, & rei ſeruiens,
Sumptus ueſtros, ociumq́; , ut noſtra res poſſet pati,
Meo labori haud parcens, præter æquum, atq; ætatem meã
Non te pro his curaſſe rebus nequid ægre eſſet mihi?
So. Nõ mea opera, neq; pol culpa euenit. La. imò maxime.
Sola hic fuiſti, in te omnis hæret culpa ſola Soſtrata.
Quæ hic erant curares, cum ego uos ſolui curis cæteris
Cùm puella anum ſuſcepiſſe inimicitias non pudet?
Illius dices culpa factum? So. haud equidẽ dico mi Laches.
La. Gaudeo (ita me Di ament) gnati cauſa, nam de te quidẽ
Satis ſcio, peccando detrimenti nihil fieri poteſt.
So. Qui ſcis an ea cauſſa mi uir me odiſſe aſſimularit,
Vt cum matre una plus eſſet? La. quid ais? non ſigni ſat eſt,
Quòd heri nemo uoluit uiſentem te ad eam intromittere?
So. enim lapſam oppido tum aiebant, eo ad eam non admiſſa ſum.
La. Tuos eſſe illi mores morbum magis, quàm ullam aliam rem arbitror,
Et merito adeo, nam ueſtrarum nulla eſt, quin gnatũ uelit
Ducere uxorem, & quæ uobis placita conditio eſt datur,
Vbi duxere impulſu ueſtro, ueſtro impulſu eaſdem exigũt.

Exagerat indignitatem à ſuis meritis.

Proh

PRoh deū atq;.h.ſ. In hac ſcena accuſatio ſocrus
eſt, quæ ſe coniecturaliter defendit dicens, ni-
hil à ſe factum in ꝑniciem nurus. Proh.ſ.ab.ex-
clamatione cœpta ſcena eſt. ſenex em̄ eſt diffici-
lis & iratus. Quod.h.g.eſt.&c. conatur Teren-
tius aduerſus famā ſocrum bonam reperire. &
incipit à generali exclamatione quo uehemen-
tior ſit accuſatio, paulatimq; ad generale crimē
deſcendit. Quod hoc genus.h.accuſatio à ꝑſona
cui accidit ex ſexu ꝙ ſocrus eſt. Coniuratio.con
feſſio bonæ rei eſt, cōiuratio malæ, & inde cōiuratio Catilinę dicta eſt.
Quæ eſt hæc, accuſatio à re. Vt omnes mulieres æque.ſ.bono argumen-
to utitur. Læſiſti nurū. quia ſocrus es, & nulla ſocrus es, & nulla ſocrus
diligit nurum. Vt omnes.m.accuſatio à cauſſa eadem. Studeant, maio-
ris operis eſt ſtudere quā uelle. Neq; declinatā quicquā.i.flexam uel in-
flexam ab eo quod declinauerit, ne parū ſit diuerſam uel diſſimilem di-
xiſſe, ut eſt illud tumultū inflexit. Itaq; adeo.u.a. neſcias an ex ſententia
hac, uel adeo ex hac ſcena nomē fabulæ ſit inuentū. Itaq; à neceſſaria ſen
tentia eſt Amphibologia ad deſcribendam utrāq; perſonam. Viris eſſe
ad.aliud argumentū. Læſiſti nurum, ut mihi aduerſareris, nam ſocrus
& omnes mulieres aduerſantur uiris. Similis ꝑtinacia eſt. * *
nam ſtudium & bonum eſt, ꝑtinacia uero nōnunquā mala. Aeque ſtu-
dium eſt. debita opera uoluntatis hominis eſt attentior atq; impenſior.
In eo deniq;.o.m.u. tria in accuſatione poſuit ex quibus duo ſunt cōmu
nia, unum ipſius, ꝙ mulier eſt, & ꝙ ſocrus, cōmunia, quod ipſa ſpecia-
liter magiſtra ad malitiā Soſtrata, ex his colligit iniuriā paſſam nurū per
coniecturam. Et ei ludo (ſiquis eſt) magiſtrā, magna amplificatio cri-
minis, dubitat an ſit ludus malitiæ, & magiſtrā nō dubitat Soſtratam,
ſed certe ſcio inquit. Me miſerā. & hæc quæ ab exclamatione cœpit, ad
miſericordiā ſpectat defendentis oratio. Quæ nunc quāobrem accuſer
neſcio. oratorie pro ſe loquitur, mulieris quidē maioris innocentiæ eſt
neſcire crimen quā defendere, & his uerbis oſtenditur ſine noxa eſſe, &
philomenā non ſolū hanc quæ loquitur Soſtratā. Itaq; modo. duæ par-
tes ſunt orationis. Non ita me dij bene ament, nō mi Laches non eſt blā-
dientis ſed eius qui periclitet innoxius. Non ita me dij ament. * *
per iuſiurandū non ita me dij amēt, animaduertēdum ue-
teres non minus Euphoniſmō in uerbis quā Cacephaton neglexiſſe, ue
lut hic, ita me dij bene ament. Dij.m.,ꝓ.ſeniliter odit uxorē, cuius amor
obſtabilis fuit in adoleſcentia. Dij mala ꝓ. ut una nos agere. Poſtmodū
re. hæc figura ab oratoribus * nominatur, in qua aliquid *
ꝓmittimus iudicibus ꝓbaturos, quū metuimus ne quid illis temere ꝑ-
ſuaſum ſit. Poſtmodum.r. fiducia innocētiæ. Reſcire eſt quod de indu-
ſtria celatur, uix argumentū agnoſcit. An quicquā ꝓ iſtis factis. amare.

* Quæ me & te &.f.iam ſic accuſat quaſi iam probauerit crimen, & eſt amplificatio. Quæ me &.t.&.f. hæc exaggeratio eſt quæ * adpellatur, cum ex uno maleficio multa fiunt ab oratoribus crimina. Dedecoras. dedecoratur qđ honeſtum eſt, aut turpatur, honeſtum eſt corporale. Cum ſuos lib. cō. nota liberos in ſignificatione unius filiæ. Dignum tui. loco multū ſonant, & accuſatorio ſtrepitu. nec maſculinū genus, nec fœmininū poſuit, nec unam ſed liberos. Sic Cice. En cui liberos cōmittas, & habemus eū liberos omnes de puella. Dignum ſic dixit, ut honoris genus ſit accipere uxorem meruiſſe. Tu ſola ex. emergis reperitis. uerbū hic impudentiā notat. Cice. Exortus eſt ſeruus qui dū eſt in aculeo. a.n.&c. Exorere. ex iſtis exoriri dicit qui expectans inuadit aliquē. Tu inquā.m.q.me. tu mulier emphaſim malitiæ habet, & omino expreſſio cōſuetudinis, & ad indignationē, & lapis nunquā utilis, niſi ad templum uel cœlum, quæ magis ad iniuriā delegit. nam ſaxum melius quā lapis. ut Virg. Saxaq; ſubuectare humeris. Tu inquā.m.& Vir. Variū & mutabile ſemp fœmina. Lapidē nō.h. ſufficeret lapidē putas, ſed de ſtomacho nō hoiem additū eſt. Plau. Hæ rus meus elephāti corio circūtectus eſt nō ſuo. Nō hoiem.p. * Sic Appollodorus. An quia ruri.c. eſſe. memor ſui eſt, quia dixerat rus abdis. Quo pa. quiſquā.u. ueſtrorum pro ueſtrum, ſicueteres. Multo.m. h.q.ſunt * : uſus eſt, ut in Adel. Aut non prius ſex menſibus oleciſſem. Ideoq; ut uos.mi.do.eri. mire confirmat unde ſciat, ne ſuſpitioſe crimen obijcere uideretur, & bene mihi, quia cōmoditas familiæ ad hunc redundatura eſt. Pridem equidē.a.c.o. tu Phi. primo obiurgatio eſt Soſtratæ cur nō amet nurum. ſecundo eſt cur non ametur à nuru. tertio cur uſq; adeo puella nupta deſerat domū. Minimeq; adeo mirum. ſatis amare pro merito dicit odiū contra meritum, amoreq;, ſimul excuſat nurum quæ oderat talem ſocrū, & ſimul præuenit quod ſi non læſa eſt, ſed odio me habet. Et non cre. adeo.i. oſuram fuiſſe. Illa hic maneret * post acrem inuectionē ſeipſam miſeratur, ut in uidiam duræ inclinationis in ipſam cōuertat. ſic in And. Age nunc iam ego pol.h.&c. & continuo Chre. pietatē nati non te miſeret mei.c.e.&c. Quam in me.æ.h.o.m.a.te.ſo. poſtquā de iniuria dixit de perſona eius cuius fama eſt. id eſt cū ægritudo hæc oritur, & magnitudinē rei ſignificat, & repentinū impetum ut ſupra. Tu ſola exorere. Rus ha.a. quia dixit ſenex rus abdidit. Sed cō.uo.ne. diceretur quod ſit uoluptatis cauſſa uobis melius pluraliter, quā ſi diceret tibi. Veſtros ſum.o. ſumptus ueſtros ideſt quod alibi. Ocium uitā urbanam, uel quod nihil acquiritis. ut in Adelphis. Hanc ego clementē uitam urbanā. Concedens.u.& rei. ſ. Concedens uobis, ideſt ut uos in urbe eſſetis. Rei ſer. res ſeruit diuitibus, quia abundat, rei ſeruiunt pauperes, quia coartant ſe ad anguſtias rei. ita ergo res pro qualitate ſua & ſeruit, & ei rei ſeruitur. Hor. Imperata ut.ſ.c.p. cuiq;. Ocium. hic amorē quaſi nihil agentibus. Vt noſtra res

poſ.mea

poſ.mediocris.ſ.ut comici patrisfamilias. Præter.æ.a.æta.m.præter æquum, quia uos eſtis domini, uel quia uos fruimini cũ ego doluerim. Aetatẽ, quia ſenex. Virg. Vires ultra ſ.ſ. Non te pro his cu.re.mirus ſenſus, pro his inquit tot rebus unã, & facilem redderes. Curaſſe ne quid.æ.e.mi.& te ſic pnunciãdum quaſi dicat, & ſi alij non curarent, curare debuiſti. Nõ mea.o.n.e.uellet dicere nurus culpæ eſſet mihi, ſed melius dixit non mea, ne accuſando cõfirmaret qd' dixit ſenex omes ſocrus oderũt nurus. Necp pol.cu.bene addidit ne pol culpa uenit, potuit enim ut non fieret ipſa iniuria, ſed tamẽ pmiſit fieri, mire tamẽ nec accuſat nurũ. Videtur unũ dixiſſe opera & culpa, & tamẽ non eſt idem. opera eſt em ſi ſcientes læſerimus, culpa ſi neſcientes, quorũ alterum ſceleris, alterũ ſtulutiæ eſt. Sola hic ſu. noua oratio, & deeſt em, ut ſit, ſola em hic fuiſti, qd' ad filium & maritũ ptinet. nam non ſola cum qua nurus, ſola quantum pertinet ad regẽdam domũ, cæterum & filius & nurus erant. ſed ſola.i.ſine me. In te omis hæ.cul.ſi eſt in nuru iniuria aliqua, in te omis tamen Soſtrata. Soſtrata. optime geminauit ſola more iraſcentiũ nondũ nomen poſuit. & Soſtrata additũ ad amaritudinem inclamãtis. Cũ ego ſ.u.e.c.uos p te.ut deſiſte.m.e.c.Cum pu.ãnũ ſu.ini.hoc dicit tanquã cõceſſerit etiã nurum iniquã eſſe. Cum ego uos ſol. noua figura ſolui uos. Dices il.cul.fa. præuenit defenſionẽ, & eam ſic pnunciauit ut crimen. Cum pu. puellam blande dixit, ita hanc cum amaritudine anũ. Haud.e.d.mi.l.mi. Laches dixit quaſi grauiſſimũ accuſatorem arguẽs, & quaſi fatigata & delaſſata eius inclamatiõibus, non ergo blandientis eſt modo mi, ſed inuidioſe rogitãtis. Gaudeo ita me di.a.ꝙ ſimilis filius nõ ſit. an ꝙ talẽ uxorẽ habeat, quã nec inimica accuſare poſſit, & Gnati cauſa dixit, qa talem uxorẽ habens ſua cauſſa qd gaudeat nõ habet. Nã de te.q.ſa.ſcio.i.nihil detrimẽti ſit ſi tu pecces, idest, nunquã dixit peior fieri potes, ſed es eadẽ. ſic Cicero. Eſt idem Verres qui fuit ſemp. Peccãdo de. ſeruat inquit numerꝫ peccatorũ, ne ſit illud copiæ detrimentum, ſed cum plurimũ delinquas, tantundẽ ſemper admittis. Peccãdo de. hic ſenſus obſcurus eſt, attamẽ hoc dum quantũcunqꝫ ſceleris admiſeris, ideſt quantũcunqꝫ peccaueris, nihil de tua æſtimatiõe minuit, nihil de pudore derogatur, eadem quæ fuiſti es, quia peior fieri nõ potes. ſic Cicero. Eſt idem Verres qui fuit ſemp. Peccando de. quidã hanc putant ironiã. q.d. qd' ex nullo peccato tuo damnũ pati poſſumus, ſed male. Qui ſcis? an ea cauſſa mi.u. defenſio à deriuatione cauſſę, in qua oſtendit nõ hanc eam quã obijcit cauſſam ſenex, cur abierit nurus ad matrẽ ſuam. Vt cũ matre eſſet. deeſt ſua. Vt cum matre eſſet, plus una * dixit.i.diu ac maiorẽ patrẽ. Qd' heri nemo uoluit, bene adfirmauit defenſionẽ ſenex dicẽdo, ſi pp ter matrẽ abijt, cur tu exclusa es cũ ueniſes? Enim laſſam eam oppido. Infirmus defendit ſocrus, ut error ſenis uſqꝫ ad cataſtrophen perſeueret. Enim laſſam eam oppido enim produxit, ſuperuacua ponitur interdum hæc coniũctio pro altera coniũctione.

Oppido

Oppido ualde, tranſlatio à ruſticis qui interrogati quemadmodum fruges uenirent, reſpondebant oppido. i. quæ ſibi & oppido ſufficere potuiſſent. Eo. pro [illegible]erea. Tuos eſſe ego illi mores. acerbiſſime inſtitit ſenex, & accuſation[illegible]oris, & defenſioni nurus, ſiquidem hoc ſenſu dicat nurum ne mendatij culpam incurreret, quæ uero ægrotat ex moribus male ſocrus. Nam ueſtrarum nulla eſt, pro ueſtrum, hoc enim ab eo quod eſt ueſter. Quin gnatum uelit. quin, quæ nõ. Et quæ uo. p. eſt. c. d. imago hic quædam argumẽtationis quæ dicitur ἀναρχῆς ἀρχὶ τέλους. quod latine dicitur ab initio ad finem; & ut generaliter cœpit inuentionem, ita generaliter concluſit in ſocrum, & eſt ſenſus eo improbius illas quas elegeritis odiſtis. Vbi du. imp. ue. bene uerba eadem ſtomachoſe, & ſignificanter repetiuit, ut improbitas ex proximo adpareat impulſu. Vbi du. imp. uidetur, ut ſupra diximus hæc tota ſcena ad hoc interpoſita, ut fabulæ nomen hinc intelligeremus inuentum. Impulſu. impudentia ſocrus impulſus repetitio demonſtrauit. Impulſu. u. ſic in Heauton. Non ſcortari crebro.

ACTVS SECVNDI SCENA SECVNDA.

Tetrametri quadrati.

PHIDIPPVS. LACHES. SOSTRATA.

ET ſi ſcio Philumena meum ius eſſe ut te cogam
Quæ ego imperem facere, ego tamẽ patrio animo uíctus, faciam
Vt tibi concedam, neq; tuæ libidini aduerſabor.
La. Atq; eccum Phidippum optume uideo. ex hoc iam ſciboquid ſiet.
Phidippe, & ſi ego meis omnibus ſcio me eſſe apprime obſequen-

Eadẽ ſententia, quæ ſuperioris ſcenæ,

ſequentem,

Sed non adeo, ut facilitas mea illorum corrumptat animos

Quod ſi tu idem faceres, magis in rem & noſtram & uoſtram id eſſet.

Nunc uideo in illarum poteſtate eſſe te. Ph. eia uero.

La. Adij te heri de filia, ut ueni, itidem incertum amiſiſti.

Haud ita decet, ſi perpetuam uis eſſe affinitatem hanc.

Cælare te iras, ſi quid eſt peccatum à nobis profer,

Aut ea refellendo, aut purgando uobis corrigemus,

Te iudice ipſo. ſin ea eſt cauſſa retinendi apud uos,

Quia ægra eſt, te mihi iniuriam facere arbitror Phidippe,

Si metuis, ſatis ne ut meæ domi curetur diligenter.

At (ita me Di ament) haud tibi hoc cōcedo, & ſi illi pater es.

Vt tu illam ſaluam magis uelis, quàm ego, id adeo gnati cauſſa,

Quem ego intellexi illam haud minus quàm ſeipſum magnificare.

Neq; adeo me clam eſt, quàm eſſe eum grauiter laturum credam,

Hoc ſi reſciuerit, eo domum ſtudeo hęc prius quàm ille huc redeat.

Ph. Laches, & diligentiam ueſtram, & benignitatem

Noui, & quæ dicis omnia eſſe, ut dicis, animum induco.

ſed ē ſparſa in perſonas.

Et te hoc mihi cupio credere, illam ad uos redire ſtudeo.
Si facere poſſim ullo modo. La. q̃ res te facere id prohibet?
Eho nunquid nam accuſat uirum? Phi. minime, nam poſt
quam attendi
Magis, & ui cœpi cogere ut rediret, ſancte adiurat
Non poſſe apud uos, Pamphilo abſente, perdurare.
Aliud fortaſſe alijs uitij eſt, ego ſum animo leni natus,
Non poſſum aduorſari meis. La. hem Soſtrata. So. heu me
miſeram.
La. Certũ ne eſt iſtuc? Ph. nunc quidem ut uidetur ſed nunc
quid uis?
Nam eſt quod me forum tranſire iam oportet. La. eo te-
cum unà.

ET ſi ſcio Phi. meum ius eſſe. In hac ſcena moralis allocutio Phidippi ad filiam, mitiſſimi patris colorem oſtendẽs. Et ſi ſcio ego. adparet & hic multa prius patri ſuo Philomenã locutam fuiſſe, ergo hæc reſponſio nõ principium. Vt te cogã. etiã inuitam. ſcio eſſe meũ ius eſſe ut te cogã. hoc idem in Adelphis, Non neceſſe habeo. Patrio. a. ui. bene uictus, quia nõ ratione facio. uictus eſt undecunq; qui recedit à iure. tale eſt in Adelp. Non em̃ h. Neq; tuæ li. libido eſt quælibet uoluntas temere ſuſcepta, & bene libidini. eſt em̃ non æquũ eſſe animo mariti obeſſe nuptam, & ſi em̃ pro uoluntate poſuit libidinẽ, tamen ſub accuſauit hoc nomine. Optime ex. h. i. ſ. legitur & hinc locale aduerbiũ. & quaſi comminatur uxori modo ſe inuenturũ ipſam peccaſſe non nurũ. Quid ſiet, utrum quid ſit rei, an quid ſiet nurus, utrũ innocens, an iniqua. & uidetur hoc Soſtrata dicere, nam uicini ſunt inter ſe proximi Laches & Phidippus. Phidippe & ſi. e. m. expoſtulatio Lachetis apud Phidippũ accuſationem continens tanquã cauſſam iniuriarũ intendat. Adprime uehementiſſime. Scio eſſe ap. ob. principiũ à perſona eius cum quo agitur. &
ſua, &

ſua, & an utile ſit minus obſequi hominē ſuis. Sed nō.a.ut.m.ſ.facilitas indulgentia. Sed nō.a.ut.m.ſ.deeſt tamen, & eſt anacoluthon tertiū. Eia ue. modo aduerbiū corripientis. Eia ue. parelcon. Nunc ui.iucunde tem perat eius culpā quem accuſat. cū dicat illum coactum à ſuis facere ſibi iniurias. Adij te hc.de.ſi.narratio, & memoriter poetas, quia dixit heri ea cauſſa.t.h.&c. Itidem.i.a.pro dimiſiſti * & idem, quid * eſt an id iterum amiſiſti, aut ad te incertus ueni. Iungendum ergo ut ueni.i.ut ſit, ut ueni amiſiſti quidem incertū, incertum inquit ueni, incertus à te receſſi. Haud.i.d.non uſq; adeo decet, eſt confirmatio. Haud.i.d.bene additum eſt ita, ſi.n. celande nō uſq; adeo, ut diſcordiā pariant. Aut ea re.aut purgando.refellit qui negat, purgat qui idem fatetur, & ſic defendit.ergo refellimus per coniecturam, purgamus per cæteros ſtatus. Te iu.ipſo. Virg. Pandens.a.m.ſ.i.quid eſt te ipſo, niſi.ſ.reo culpæ, & tibi ipſi arctius fauenti, uel quia mea ſperes unicus. Vobis cor. plus dixit uobis quā tibi. Scin ea cauſſa.r.a.u.reprehenſio. Arbitror Phidip. bene addidit nomē excitans audientem. At ita me dij.a.h.addidit iuſiurandum, uix enim credibile eſt tantundē amare ſocerū quantum patrē. Vt meæ.d.c.d.ut ne non, & iungendum eſt ſatis diligenter. nō enim melius ſatis. Et ſi illi pater es. Salu.in.i.li. Et liberis eius auunculus eras. Et ſi tu illi pater es, cōpendium attulit. Virg. Heu fuge nate dea, hoc eſt ſen tit. quanquā natus dea ſis. fuge tamē. Id adeo.g.honeſto amori nurus rationem ſubiecit piam. nam nō continuo rectum eſt nimis amari à ſocero nurum, niſi poſt filium diligatur, bene ergo gnati cauſſa, incredibile eſt enim patrē nō patris pietate ſuperiori. Quem ego.i.& cauſſam ſui amoris oſtendit, & mariti, nullam erga cōiugem culpat, quippe qui amat, & à Parmenone dictum eo amante. Quem ego.i.haud. m. quā ſe.i.m. hic ſubtiliter oneratur culpa nurus, ſiquidem indignus iniuriā faciat ſocero & marito. Neq;.a.c.m.ē.quā.e.ingenioſe poeta iā præparat cauſſam ſimulaturo ob hanc rem iracundiam Pamphilo. Hac.p.quam il.h.r.hic ſubtiliter etiā terrorem iniecit iracundiæ mariti. Laches &.d.u.principium ſimiliter à perſonis eſt factū. Laches &.d.u.remotiuo ſtatu agit Phidippus pro perſona ſua, nam in filiā remouet culpam cur nō redeat, & relatiuam ſimul tentat qualitatē. poteſt eſt uideri eam iniuria ſocrus ad hanc uoluntatē eſſe compulſam. Laches &.d.u.ab.eo cœpit quo maxime notus eſt, & qđ in primis purgandū ſibi fuit, ne ſuſpectam uoluntatem, aut diligentiā habere uideatur affiniū, & cum adfectu quodā, & geminatu dixit Laches, quod ille ait Phidippe, & bene à nomine cœpit ut cōſentire illi uideat, & diligentiā qđ ille ait, ſin metuis ſatis ut meæ &c. Veſtram. melius quā tuam, cum ille dixerit de te tantū, & benignitatem quod ait, Haud tibi concedo, & ſi illi pater es, ut tu illam &c. & diligentiam noſtram & benignitatē * ad utrunq; diligentiā, quia dixit ut meæ domi curent. diligentiā, benignitatem, quia dixit, haud tibi concedo. & ſi illi pater es, ut illā magis uelis quā ego. Et quæ.d.o.e.ut.d. *

quod iurauit & dixit, quod gnati cauſſa, & quod addidit, quod illam amet Pamphilus. Et te hoc.m.cu.c.melius quã ſi & hic iuraret. Et te hoc mi.c.c.bene colligit ex uiciſſitudine quod uolebat. Si facere.p.hic remotio ſi facere poſſum.u.m.mollius dixit quã ſi, & hoc eñ uult intelligi, nolo & non poſſum facere. Eho nunc quidnã.a.u.geſticulatio quædam ſecretiora quærentis. ſæpe eñ de maritis puellæ parentibus queri ſolent aliquid eiuſmodi quod ſolis ipſis cõmittendum eſt. Eho.n.q.ac.u.eho, interiectio ponentis aurem propiorẽ.nam illa querit quæ ſolent de maritis puellæ matribus queri. Nam poſtquã at.inſtiti ut uiderẽ, & an deſit animũ, ut ſit attendi animũ.non enim plenũ eſt, ſed nondum aduerti enim oculos, aut animũ ſubauditur. Sanctæ adiuræ, ad nunc auctiuum eſt, ſignificat eñ ualde. Nõ poſſe.a.u.pã.ſ.a.bene hic addidit uerba Philomenæ ad q̃ Phidippus cũ diceret. Et ſi ſcio ego Philomena.m.i.e.&c. Non poſſe.a.u.&c.magnifice cõtra illud quod Laches dixit ægre laturum Pamphilum, & ita locutus eſt, quaſi hoc Pamphilo gratius eſſe debeat. Perdurare.ꝓprie & muliebriter dixit. Aliud fortaſſe.aliud eñ eſt. ſic dixit ne diceret, ſed coge ut redeat, & mollius dixit alijs quã ſi tibi dixiſſet. Ego ſum animo leni.hoc cõtra illud quod primũ dictum eſt. ut ſi ego me omĩbus.ſ.a.d.&c. Animo leni hoc eſt plenũ, nam animo leni ut dicimus * profertur. Non poſſum.concluſio. Ego ſum animo leni.qualitas uenialis. Hem Soſtrata. quæ dixiſti nõ mea opa.neq; pol.e.e. Heu me miſerã.ad ſe redire totiens quaſi delaſſata. cõqueritur. Certum eſt ne iſtuc quod Philomena non redeat. Nũquid uis, diſcedentis uerbum. Tranſire.cito ire.

ACTVS SECVNDI SCENA TERTIA.

Similes ſuperioribus.

SOSTRATA.

AEdepol næ nos mulieres ſumus æque omnes inuiſæ uiris,

Querela. Propter paucas, quæ omnes faciunt dignæ ut uideamur malo.

Nam (ita me Di ament) quod me accuſat nunc

ſat nunc uir, ſum extra noxam.

Sed non facile eſt expurgatu, ita animũ induxerunt ſocrus

Omnes eſſe iniquas. haud pol me quidem. nam nunquam ſecus,

Habui illam, ac ſi ex me eſſet nata: nec qui hoc mihi eueniat ſcio,

Niſi pol filium multis modis iam expecto ut redeat domũ.

A. Edepol nę nos ſumus mulieres. æ. o. inuiſę. In hac ſcena eſt allocutio, qua inducitur ſecum loquens anus, per quã orationẽ mores eius & animus mitis intelligi poſſit. Aeque. comicum πα ϱόμοιον, & uide ſententiã defenſorem accuſaturũ ſocrum continentem cõtra illud quod ait, Ita uno animo. ſ. u: Officium enim boni poetæ eſt nullum genus hominum ſpecialiter lædere. Sic Virg. Quod ſæpe malę legere nouercæ. i. nõ omnes nouercæ, ſed tantum malę. Aedepol. n. n. ſumus. Laches generaliter incuſauit ſocrus, hæc plurimas defendit cauſſas, æque enim inique non omnes ſumus malæ. Nam ita me dij amẽt, bene iurat. nam ſine iureiurando incredibile eſt ſit bona ſocrus. Quod me accuſat. deeſt in eo, ut ſit in eo quod me accuſat. Nunc uir ſum extra noxam. Nam quod poſtquam ſocrus omnes iniquas eſſe, intelligitur quibus iniquas, id eſt nuribus, quia ſocrus nomen eſt ad aliquid dictum. Ita animũ indu. inducere animũ eſt ita tenere ut admittant, id eſt perſuadere animo ſuo. Haud pol me quidem, eſſe inquam ſubaudiendum à ſuperiore eſt, ut ſit pol pro plene iureiurando. Haud pol me quidem, ſubaudiendum ſcio eſſe, aut noui & eſſe, aut tale quid ſecundum * * quæ familiaris eſt his qui ſecum loquuntur. Nec. h. qui. m. e. qui unde. Multis modis uehemẽter iam expecto, ut redeat, quia nihil mirum in matre eſt expectare filium, idcirco reddeat additum multis modis.

ACTVS TERTII

SCENA PRIMA.

Tetrametri ſenarij, & dimeter unus.

PAMPHILVS. PARMENO. MYRRHINA.

Viam ſternit ad ἐπίτασιν Pamphili em̃ iam tãdem innoteſcit in cõmodũ ad quem maxime pertinebat.

NEmini ego plura acerba eſſe credo ex amore homini unquam oblata,
Quàm mihi. heu me infelicem, hanccine ego uitam parſi perdere?
Haccine cauſſa ego eram tantopere cupidus redeundi domum?
Cui quanta fuerat præſtabilius, ubi uis gentiũ agere ætatẽ,
Quàm hunc redire, atq; hæc ita eſſe miſerũ me reſciſcere?
Nam nos om̃es, quibus eſt alicunde aliquis obiectus labos
Omne quod eſt interea tempus prius quàm id reſcitum eſt, lucro eſt.
Par. At ſic citius qui te expedias his erumnis reperias
Si non rediſſes, hæ iræ factæ eſſent multo ampliores,
Sed nunc aduentũ tuum ambas Pamphile ſcio reuerituras,
Rem cognoſces, iram expedies, rurſum in gratiã reſtitues.
Leuia ſunt hæc, quæ tu pergrauia eſſe in animum induxti tuum.
Pam. Quid conſolare me? an quiſquam uſquam gentium eſt æque miſer?

Narratio.

Prius quàm hãc uxorem duxi, habebam alibi animũ amori deditum

Iam in

Iam in hac re, ut taceã, ciuis facile ſcitu quàm fuerim miſer
Tamen nunquam auſus ſum recuſare eam, quam mihi obtrudit pater.
Vix me illinc abſtraxi, atq; impeditum in ea expediui animum meum,
Vixq; huc contuleram, hem noua res orta'ſt, porrò ab hac quæ me abſtrahat.
Tum matrem ex ea re aut me uxorem in culpa inuenturum arbitror.
Quod cum ita eſſe inuenero, quid reſtat porrò, niſi ut fiam miſer?
Nam matris ferre iniurias me Parmeno pietas iubet,
Tum uxori obnoxius ſum, ita olim ſuo me ingenio pertulit
Tot meas iniurias, quæ nunquam ullo patefecit loco,
Sed magnum, neſcio quid, neceſſe eſt eueniſſe Parmeno,
Vnde ira inter eas interceſſit, quæ tam permanſit diu.
Par. Haud quidem hercle parum'ſt. ſi uis uero ueram rationem exequi,
Non maxumas, quæ maxumæ ſunt interdum iræ, iniurias
Faciunt. nam ſæpe eſt in quibus rebus alius ne iratus quidem eſt,
Cum de eadem cauſſa eſt iracundus factus inimiciſſimus
Pueri inter ſeſe quàm pro leuibus noxis iras gerunt?
Quapro-

Quapropter? quia enim qui eos gubernat animus, infirmũ gerunt.

Itidem illæ mulieres ſunt fermè, ut pueri, leui ſententia.

Portaſſe unum aliquod uerbum inter eas iram hanc conciuerit.

Pam. Abi Parmeno intro, ac me ueniſſe nuntia. Par. hem quid hoc eſt? Par. tace,

Trepidari ſentio, curſari ſurſum prorſum, agendũ ad fores

Accede propius. Par. hem ſenſiſtin'? Pam. noli fabularier,

Proh Iupiter clamorem audio. Par. tute loqueris, me uetas?

Myr. Tace obſecro mea gnata. Pam. matris uox uiſa'ſt Philumenæ.

Nullus ſum. Par. qui dum? Pam. quia perij. Par. quamobrem? Pam. neſcio quod magnum malum.

Profecto Parmeno me celas. Par. uxorem Philumenam

Pauitare, neſcio quid, dixerunt. id ſi forte eſt, neſcio.

Pam. Interij, cur mihi non dixti? Par. quia non poteram unà omnia.

Pam. Quid morbi eſt? Par. neſcio. Pam. quid? nemon' mecum adduxit? Par. neſcio.

Pam. Ceſſo hinc ire intro, ut hoc quam primum, quid quid eſt, certum ſciam.

Quonã modo Philumena mea nũc te offendam adfectam?

Nam

Nam ſi periculum ullum in te eſt, perijſſe me unà haud dubium eſt.

Par. Non uſus facto eſt mihi nunc hunc intro ſequi,
Nam inuiſos omnes nos eſſe illis ſentio.
Heri nemo uoluit Soſtratam intro admittere.
Si forte morbus amplior factus ſiet,
Quod ſanè nolim, maxime heri cauſſa mei,
Seruom ilico introiſſe dicent Soſtratæ,
Aliquid tuliſſe comminiſcentur mali,
Capiti atq; ætati illorum morbus qui auctus ſiet.
Hera in crimen ueniet, ego uero in magnum malum.

NEmini.e.p.a. Hic allocutio eſt per conqueſtionẽ, & bene non ſe amatoribus modo, ſed infœlicibus amatoribus cõparauit, & principium eſt à ſumma totius mali. Nemini.p.a. ab eo loco conqueſtionis in quo dicitur, quod nulli ferè talia aduerſa contigerint. Nemini.e.p.a. nimis conturbati & tragici in hac ſcena dolores eſſent nõ comici, niſi adderet ex amore acerba credo eſſe. Ex.a. acerba. dupliciter euenerunt Pamphilo ex præterito de merettice, ex præſenti de uxore. Heu me. in. ab ipſa ſimplici exclamatione. Hanccine.e.u. ab eo ꝙ ab aduerſis ad aduerſa delatus ſit. Parſi.p. ſi parco cõſeruo parſit facit, parco ueniã do peperci. modo ergo cõtinui, abſtinui, ſignificat. Cupidus.r.d. ab eo qđ contra ſpem cõtingit malum. Heu me.i. lachrymans hoc dicit. Vbiuis g.a. magna deteſtatio præſentis loci eligere quãuis terram, uel quamuis gentium quã eam in qua eſt. Virg. Tollite me Teucri quaſcunq; abducit terras, & gentium abũdat hic, & bene ubi uis gentium agere ætatẽ, quia ſupra dixerat, Hanccine ego uitã parſi. nimis em̃ tragicum fieret, ſatius erat in mari perire. Atq; hæc.i.e.&c. quod ait lachrymãtis eſt. Reſciſcere eſt uix reperire, quod de induſtria querat celatum. Nam.nos.o. qui.eſt.a. aut deeſt apud, ut ſit apud nos omẽs. aut nos omẽs pro nobis omnibus, nam nos omnes, ratio ſuperioris ſenſus, & deeſt apud, aut pe

* nes,aut quid tale. Nam nos omes quibus eſt,conſtat hanc *
retulit em lucri eſt non ad nos omnes,ſed à quibus eſt alicunde, ut ſit or do, nam quibus eſt alicūde aliquis obiectus labor lucri eſt tempus, hoc eſt nos omnes. nam nobis quibus.a.hac figura uſus eſt etiam Tulli.pro Murena. Præterquā ne ſe pulchrum ac beatum putaret ei quoq; carmē compoſitum eſt,nam ille datiuū caſum ſubiecit, cum p̄poſuiſſet nominatiuum,& totum Appollodori eſt, qui ſic ait. *
Quibus eſt alicunde, hoc genus allocutionis abſolutū dicitur. Tale eſt
* apud Virg. Craſtina lux mea ſi non irrita dicta putaris in.g.e.&c.Reſcitum eſt * ſic.ſed ſic. At ſic citius qui te. at hoc modo quod ueniſti. & diſcordias eſſe didiciſti, celerius reperire poteris quomodo ærumnis te abſoluas,& bene expedias ærūnis, aut enim ſoluunt nos curæ abeuntes, aut impediunt & ligant aduenientes, ut Soluite me Teucri.ſ.c. At ſic citius qui.ſententia contraria, nam ſupra ſic collegit, ſic ignorare mala ſua unicuiq; bonū eſt, ſequitur ut malū ſit ea cito cognouiſſe, infra ſic, ſi malis ſuis ſuccurrere unicuiq; quāplurimū bonum eſt, ſequitur ut ea cito cognouiſſe ſit per quā optimū. Sed nunc aduētum tuum ambas.p.r.ne accuſare alterā altera audeat.Rem cognoſces, melius eſt rem quā litem.Rem cognoſces, irā expedies.r.i.g.r.tricolor ſententia,& bono ordine uſus, prius em ſit querela, deinde ponitur iracundia, poſtremo reditur in conſiliū. Leuia ſunt quæ tu p̄grauia eſſe, genus conſolationis nō à ſubſtantia, ſed à quantitate, nō dicit non eſſe cauſſam ſollicitudinis, ſed leuem dicit. Quæ tu p̄grauia eſſe, bene additū contra leuia non grauia, ſed p̄grauia, leuia ſunt à quantitate. Quæ tu in animū in. p̄ſuaſiſti tibi. Quid conſolare me, an quiſquā uſquam, ut ſolet in uero amore ipſa conſolatione ægreſcit dolor, & ingenioſe, non inquit uerum dicis, ſed conſolaris me.& hoc ipſo oſtendis ſcire te q̄ miſer ſum. Priuſquā hāc ux.du. hoc refert ad illud caput in q̄ ait. Nemini plura e.a.c.&c. Priuſquā hanc uxo.du. ante rem. Habebā alibi animū amori deditum,
* an miſer ſit in amore * ante rem, in re, & poſt rem. Habebam alibi, grauius dixit alibi, quā ſi in meretrice diceret, & maluit alibi dicere quā ad meretricē. Quā mi ob. recte em dici potuit quomodo uxorem duxit ſi amabat,& bene obtrudit, quia inuito. Sic alibi. Aliquid.m. a.e.&c. Obtrudit pro obtrudebat, energia tēporis. Vix me illic ex. uix uel multis modis, uel ſtatim ſignificat. Atq; ex.a.m. curę ut diximus aut ſoluuntur, ut Virg. Quæ mihi.r.e.u.&c. amatoriæ em curæ uincula dicuntur, Vixq; huc maluit quā uxorem ducere. Hem.n.r.o.p. porrò deinde,& uim habet, deinde modo implicationē continuarū miſeriarum referentis. Quæ cum ita eſſe numero. poſtremo quid reſtat porrò niſi ut fiam miſer, ordinē ſeruauit allocutiōis, in quo à præteritis, à præſentibus, à futuris inducitur p̄ſonæ loquētis oratio. Niſi ut fiam porrò, porrò poſtea, uel in poſtremū, alij coniunctionē putant. Pietas. hæc apte quia ſerte dixit. addit iubet. Tum uxo.ob.fu. matris cū dixiſſet nō intulit uxoris, ſed

ris,ſed mutauit caſus. Ita olim ſuo me inge.olim ad diuturnitatem retu
lit,non ad ſpatiū præteriti tēporis. Tot meas iniu.hæ.ſunt iniuriæ quas
ſupra dixit.Nocte illa.p.u.n.&c.magis,& deinde quid.i.i.&c. Tot me.
in.aliam uim habet qđ dixit me ꝑtulit,aliam quod adiecit iniurias me=
as,aliam quod reticuit,non dixit quas,ſed quæ,ut ad om̄ia non ad iniu
rias referatur extrema cōcluſio. Sed magnū neſcio quid neceſſe eſt, be=
ne de ambabus ſentiens putat magnā cauſſam eſſe quæ iram fecerit, &
iram diuturnam.Quæ tam.p.di.& à re & à tēpore.Haud.q.h.p.eſt ſer=
uilis ratio & ſordida,& non his reſpōdens om̄ibus quæ dixit Pamphi
lus,ſed tantū nouiſſime parti.Si uis.u.u.r.uero uel nomen eſt, uel coniū
ctio,uel aduerbiū.Non.ma.q.&c.non iras,non iræ iniurias. Sed hic fa *
ciunt * dixit.ſecundū ſuperiorem rationē in=
crepans errorē Pamphili qui de iræ magnitudine æſtimet iniuriæ quan
titatem,alij faciunt,probant,oſtendunt,intelligunt,caute dixit interdū,
plærūq; enim hic parum ſubaudiēdum. Neceſſe eſt eueniſſe uel euenit,
nam conſequens ſententia tollit quod ille dixit neceſſe eſt. Non ma.q.ſ.
m.ſenſus eſt in quo primū non iræ iniurias faciunt, accipiendum eſt ſe=
cundum non maximas maximæ faciunt pro oſtendunt.Cum de eadem
cauſſa obſcurauit elocutionē ſuam,ſed conuenit ſeruo hæc humilitas ra
tionis,nam plenū erat ſi diceret.Nam ſæpe eſt quibus in rebus alius ne
iratus.q.e.e.cum de eiſdem rebus eſt.i.f.a.Eſt autem,pro uenit dixit,&
eſt ordo, cum ideo quādo in quibus rebus alius ne iratus quidē eſt, de
eadem cauſſa eſt iracundus,factus inimiciſſimus.Iracundus factus ini=
miciſſimus,iratus eſt qui ex aliqua re laceſſitus iraſcitur.Iracundus qui
ex parua nullaue cauſſa præcedente iraſcitur.Pueri inter ſe.argumentū
à ſimili,quia poſt. * Idem interrogat * Quia em̄ qui eos *
gubernat animus. * Infirmus eſt. iſta cōuenit ſeruo.
Itidem illæ mulieres ſunt.f.u.p.artificioſe à ꝑſona,à ſimilitudine pueri,
à facto iras gerunt, ab accidentibus ſimilitudinis. Animus infirmus. à
collatione perſonæ mulieris accidentiū leui ſententia, à facto fortaſſe u=
num aliquod uerbum,inter has iram.h.c.qua ſententia totum hic ſubla
tum eſt quod ait. Iram.h.c. Sed magnū neſcio quid neceſſe eſt.e.p.&c.
ſic Plau. Fortaſſe te amare, ſuſpicauere. nā ueteres infinitiuo modo ad=
iungebant fortaſſe.Conciuerit.cōmouerit.Quam ꝓ leuibus.n.i.inter=
rogatiue noxis.Iniurijs,culpis.Idem.i.m.ſexus alius ad ingeniū.& ſen
ſus idem eſt.& mire ſimilitudinē continet ad id quod agitur.Iram hanc
conciuerit,legitur & conſciuiſſe,& conſciniſſe eſt rem nouam feciſſe.
Conſciuit,decreuit,fecit.Et curſari ſurſum prorſum. rurſum proprie re
tro ante ſignificat.& eſt prouerbiale.ut dicimus ſurſum deorſum.intro
foras.hac illac.& ſimilia.græci. * Sentio trepidari,& cur *
ſari.trepidatio ad uocem refertur loquentiū.curſatio ad ſonum pedum.
& trepidat ab his qui morbū putant,curſatur ab his qui raptū ſciunt.
Tute loqueris,me uetas, mire expreſſus eſt mos auſcultantium.

 ¶Tace

¶Tace obſecro mea gnata. Non ſolum hic Iuno Lucina non induci-
tur, ſed etiam ſilentium parturienti inſuper ponitur, quia furtiua conce-
ptio eſt, & tamen eiuſmodi uerba ſunt matris, ut duntaxat argumẽtum
ſcientibus manifeſtũ ſit, Pamphilo uerbũ & Parmenoni tanquã ægram
continentis filiã uideantur. Tace obſecro mea gnata, conceptus furtim
cõuenit naſci. Quia perij. ſatis amatorie. Matris. u. u. eſt, omĩa hæc quæ
ſenſu ꝑcipi poſſunt uiſa dicimus Virg. Viſæq; canes ululare per umbrã.
Vxorẽ. Ph. pauitare neſcio quid. pauere & timere, & ad corporis & ad
animi perturbationẽ ueteres inferebant. Plau. in Bacchidibus. Nam &
ex mari timida ecce ego pauitare, ægrotare quia ſic horruiſſe, ac palpi-
tare uenis. Quia non poterã una omnia. deeſt dicere. Nullus ſum, rurſus
* ſe infœlicem & miſerũ adpellauit. Hic nullus ſum *
Quia non poterã una omnia, cum ſtomacho ꝓnunciauit, & deeſt dice-
re. Nemõ medicum adduxit. ſ. ex quo ſcire poſſes. Neſcio. perturbatus
Parmeno idem repetit uerbum. & aptum eſt perſonæ ſeruili. Ceſſo hinc
ire intro, in uultu proloquiũ. ſic autem agit poeta ut grauẽ morbum in
uxore ſuſpectãs maritus protinus ingrediatur, ut partum improuiſus
* offendat. Quonam modo Philomena. amatorie. *
Sin in Phormione. quod ſi meæ fortunę redeunt Phaniũ abs te. u. d. n. e.
Nam ſi periculum ullum in te ineſt. multũ dixit. ſi in te periculum ineſt
me perijſſe non dubito. tantus autem adfectus non eſt mariti tantũ, ſed
amatoris quoq;. Nam ſi. p. u. non permiſit amor dicere periturã, ſed pe
riculum. Offendam adfectam, laſſam, poſſeſſamq; morbo ab eo quod
eſt adfici. unde adfectus dicũtur poſt quos afficimur. Nõ uſus eſt facto.
uide artificẽ Terentium queadmodum aliâs per Pamphilũ. aliâs ꝑ ipm
Parmenonẽ inuenit queadmodũ neſciat à cæteris uirginẽ ante nuptias
ab ipſo Pamphilo uitiatã eſſe. Non uſus. non utile. Facto eſt. facto abũ-
dat, nam inuiſos omẽs nos eſſe ſentio. acute eiuſmodi cauſſam reperit,
quæ uel hominẽ curioſum contineret, quæq; non Parmenonem modo,
ſed mox etiam Soſtratã arceat ab ingreſſu. Heri nemo uoluit Soſtratã.
quaſi alium dixerit, unde intelligis. Heri nemo uoluit Soſtratã, argumẽ
tum odij. Maxime heri. cauſſamq; bene maxime, qui & poſt ipſam, uel
poſt inuidiam ſocrus non uult fieri grauiorẽ morbum. Seruũ introire illi
co. mire ut criminoſius ſuſpitioſiusq; ſit non Lachetis, aut Pamphili ſer
uum, ſed Soſtratæ, nec Parmenonẽ ſaltem. Cõminiſcentur, dicent, con-
* fixerint. Capiti atq; ætati, ideſt bene * maluit. maluit illo-
rum quã puellæ dicere, quod utiq; intelligitur. Qui, unde. Hera, Soſtra-
ta. In litem ego uero in magnum malum, in quæſtionis tormenta.

ACTVS

ACTVS TERTII

SCENA SECVNDA.

Quadrati & ſeptenarij, penultima longa.

SOSTRATA, PARMENO, PAMPHILVS.

NEſcio quid iam dudum hic audio tumultuari miſera,
Male metuo, ne Philumenæ magis morbus aggraueſcat.
Quod te Aeſculapi, & te Salus ne quid ſit huius oro.
Nunc ad eam uiſam. Par. heus Soſtrata. So. hem. Par. iterũ iſtinc excludere.
So. Ehem Parmeno tute hic eras? perij, quid faciã miſera?
Non uiſam uxorẽ Pamphili, cum in proximo hic ſit ægra?
Par. Non uiſas, nec mittas quidem uiſendi cauſſa quenquã.
Nam qui amat cui odio ipſus eſt, bis facere ſtulte dico,
Laborem inanem ipſus capit, & illi moleſtiam adfert,
Tum autem filius introijt uidere, ut uenit, quid agat.
So. Quid ais? an uenit Pamphilus? Pa. uenit. So. Dis habeo gratias.
Hem, iſtoc uerbo animus mihi redijt, & cura ex corde exceſſit.

Pa. Iam ea te cauſſa maxume huc nunc introire nolo.
Nam ſi remittent quidpiam Philumenam dolores,
Omnem rem narrabit ſcio continuo ſola ſoli,
Quæ inter uos interuenit, unde ortum'ſt initium iræ.
Atq; eccum uideo ipſum egredi, quàm triſtis eſt? So. ô mi
gnate.
Pam. Mea mater ſalue. So. gaudeo ueniſſe ſaluū. Saluan'
Philumena eſt? Pam. meliuſcula eſt. So. utinam iſtuc ita Di
faxint.
Quid tu igitur lachrumas? quid es nunc tam triſtis? Pam. recte mater
So. Quid fuit tumulti? dic mihi, an dolor repente inuaſit?
Pam. Ita factum'ſt. So. quid morbi eſt? Pam. febris. So. Quotidiana? Pam. ita aiunt.
I ſodes intro, conſequar iamte mea mater. So. fiat.
Pam. Tu pueris curre Parmeno obuiā, atq; his onera adiuta.
Pa. Quid? non ſciunt ipſi uiam, domum qua redeant.
Pam. ceſſas?

NEſcio q̄d iamdudū audio. h. t. In hac ſcena quaſi quædam deliberatio eſt cōtinens ſuaſionis, diſſuaſionisq; partes, quas in ſubditis cōſiderabimus. hic quia nimis uicini ſunt, magis morbus grauior fiat, proprie, quia morbi graues ſunt dicti. Virg. Vbi aut morbi graues. Saluſt. Morbi graues ob inediam inſolitā neſcientibus. Male metuo ne. p. magis inſtat Terē. bonam ſocrum facere, quā ut bonam meretricē faciat. Quod te Aeſculapi, te, deeſt poſt, ut ſit poſt quod. Nunc

ad eam

ad eã uiſam.ſic Virg.Reſpice ad hæc.Hem interiectio eſt nouas res au-
dientis.Heus ſcilicet,uide quẽadmodum per ſemetipſum, ꝑ Parmeno-
nem arceatur Soſtrata,quæ neq; deeſſe poſt officiũ,neq; ingredi poſt ſo
crum inducitur.Iterum ne iſtinc.e.bene iterum , ut illi pudorem incute-
ret de repetitiõe iniuriæ.&memoriter.Iam em̃ dixit noſtra ilico.i.t.&c.
& ſimul uide quàm uehementius ad iniuriã ſonet excludi quã non ad-
mitti.Hem Parmeno. hem interiectio eſt eius quæ cõmota ſit noua re.
Non uiſam uxorẽ Pamphili?ut dixit ſupra ſeruũ Soſtrata,non Parme-
nonem,ſic uxorẽ Pamphili dixit magis quã Philomenam,ut animũ &
officiũ eiuſdẽ ſocrus & matris breuiter demõſtraret.nõ uſus.Hem unã
rem Soſtrata conſuluit,hic de duabus, namq; & illam nõ uult ingredi,
& cauet ne ipſe mittatur,& bene quenquã ne aperte pro ſe loqui uidea-
tur.Nam.q.a.&c,aliam cauſſam ſubiunxit, quia durum fuerat ipſi So-
ſtratæ dici quod ſupra dictum eſt. Nam qui.a.cauſſa à ſentẽtia morali,
deeſt eam,uel eum.Et illi.m.a.bene adiecit,ne qui amet hoc dicat,labo
rem dum promereat quẽ amat. Tum filius tuus,alia cauſſa ab euentu.
Videre ut.u.q.a. quod ſupra uiſere.an.uiſere officiũ eſt apud ægros,ui-
dere cognitionis,& ideo additum quid agat. An uenit.p.bene imitatur
adfectum.Hem interiectio fœminina ac matronalis. Ex corde.e.gemi-
nauit præpoſitionẽ.Laborem inanem ipſus capit, & illi moleſtiam ad-
fert.hoc ualidiſſimũ ad diſſuadendum fuit. Nunc huc introire nolo, cur
ſi uenit Pamphilus non ſit introeundum,cauſſa narratur.Nam ſi remit-
tent quippiam,uerbum actiuũ quaſi neutrum poſuit. Philomenæ dolo
res dramaticos errat.non em̃ uere dolor morbi eſt,cum ſit partus. Scio
continuo ſola ſoli. ut haud credo inuiſus.c.a.u.c. & ſic ſola ſoli dicitur,
quomodo præſens præſenti. ſic Virg. Illum abſens.a.a.q.u. unde orrũ
eſt * tertiũ. Quæ inter uos interuenit,melius ſic quã ſi dice
ret,q̃ illi feceris.Quã triſtis eſt * locuturi Pamphili. O mi
Gnate.ordo eſt.O mi Gnate gaudeo te ſaluũ ueniſſe,ſed intercedit Pã-
philus triſtis. Saluã.p.h.eſt. cito probat Pamphilo ſe amare nurũ,cum
poſt ſalutatiõnẽ nihil prius quã de ſalute uxoris ingrat.Saluan.p.h.eſt,
mire obuiam ſibi exeuntem filium nihil aliud niſi de Philomena interro-
gauit,ut oſtenderet eius morbum curæ ſibi eſſe. Meliuſcula eſt,uerũ eſt,
quantũ ad morbum ꝑtinet. Meliuſcula eſt,hoc ad morbum & ad euen-
tum paritudinis. Verum eſt.ita nõ mentitur Pamphilus matri. Vtinam
iſtuc dĳ faxint. diligẽtiore officio loqtur, ut rea apud filiũ ſocrus. Quid
tu igitur.l.locũ iræ igitur ſignificat,ſi ita eſt,quare ergo tu triſtis es? Re-
cte mater,ſic dicimus cũ ſine iniuria interrogantis aliquid reticemus,&
bene additũ mater,ut duritia reticentiæ blando nomine molliretur.alĳ
recte ſic accipiunt, ut intelligant nihil eſt mali. Quid fuit tumulti. anti-
qui ſic declinauerunt,tumulti ſenati,ut Salu. Decretũ ſenati fit. Eſto dic
mihi,dic uerbum eſt inſtantis audire,& curioſe interrogantis. Vir. Dic
mihi

mihi Damœta, cuiũ pecus. Dolor repẽte inuaſit. proprie inuaſit, quia repente. Ita factum eſt, moris eſt aſſentari ad dicta interrogantiũ, qui quę uera ſunt celant. Ita aiunt. bene alĳs aſcripſit ſi falſum ſit in ipſis aſcribatur mendaciũ. Ita aiunt, in hac tota interrogatione & reſponſione colorem induxit ſecretũ ægre obiurgantis. Ita aiunt, religioſe mendaciũ ad rumorẽ retulit, aiũt inquit, ne ipſe falſum dicere uideretur. I ſodes intro, ne ingrediatur mater ad ſoceros, & ideo dicit I ſodes intro, & adparet intro dicentẽ manu annuere, ut domũ redeat, & ſimul quo magis faciat reddit cauſſam. Conſequar te iam mea mater, adiecit & tempus iam. Mea neceſſario additũ. Mea mater, & ſodes, quia intro dictum eſt. Fiat abiens dixit hoc mater fiat, ne omnia iuſſis alienis parere uideat, quaſi imperamus & nos, quæ nos ipſi facturi ſumus. Tu pueris curre Parmeno, probabilis cauſſa. qua ablegat etiã Parmenonẽ dum iubet eum pueris occurrere, & ſimul notandum ꝙ in hac fabula ridicule uexatur uſq; ad ultimũ ſeruus, & ablegat cum ſit & piger & curioſus. Atq; his onera adiuta, locutio antiqua figurata eſt * pro ipſos onera portantes. Atq; eis onera adiuta. Quid non ſciunt ipſi uiam domũ qua redeant? iam uide quemadmodũ ſeruetur Parmenoni perſona loquacis, curioſi. pigri. Domũ aduerbiale eſt. Domũ qua redeant. quaſi locũ ſignificet ueſter reliquum præceptum ſeruus non audiuiſſe, ſed audiuit. Qua quomodo intelligamus. i. quemadmodum onus portent de naui, & quid fieret, & qua fieret. Ceſſas de induſtria omẽs ablegauit ſuos, ut non audirent quæ intus poſt ſcenam ſunt acta, quæ tamen populo eſt narraturus.

ACTVS TERTII

SCENA TERTIA.

Tetrametri & ſeptenarĳ, penultima longa, & ſenarĳ pauci.

PAMPHILVS.

Epitaſis.

NEqueo mearum rerum initium ullum inuenire idoneum,
Vnde exordiar narrare, quæ nec opinãti accidunt,
Partim quæ perſpexi his oculis, partim quæ

quæ accepi auribus,
Qua me propter exanimatum citius eduxi foras?
Nam modo me intro ut corripui timidus, alio ſuſpicans
Morbo me uiſurum adfectum, ac ſenſi, eſſe uxorem, heu mihi,
Poſtquam me aſpexere ancillæ aduenisſe, ilico omẽs ſimul
Lætæ exclamant, uenit, id quod me derepente aſpexerant.
Sed continuo uoltum earum ſenſi immutari omnium,
Quia tam incommode illis fors obtulerat aduentum meũ.
Vna illarum forte interea propere præcurrit nuntians
Me ueniſſe. ego eius uidendi cupidus, recta conſequor,
Poſtquam introij, extemplo eius morbum cognoui miſer
Nam neq; ut celari poſſet, tempus ſpatium ullum dabat,
Neq; uoce alia, ac res monebat, ipſa poterat conqueri,
Poſtquam aſpexi, ò facinus indignum, inquam, & corripui ilico
Me inde lachrumans, incredibili re atq; atroci percitus;
Mater conſequitur, iam ut limen exirem ad genua accidit
Lachrumans miſera. miſertum'ſt. profecto hoc ſic eſt ut puto,
Omnibus nobis VT RES DANT SESE, ita magni atq; humiles ſumus.
Hanc habere orationem mecum à principio inſtituit,

Egregia querela Pamphili eſtq; hæc propriè fabulæ πρότασις.

AA Omi

O mi Pamphile abs te quamobrem hæc abierit, cauſſam uides.

Nam uitium eſt oblatum uirgini olim ab neſcio quo, improbo.

Nunc huc confugit, te atq; alios, partum ut celaret ſuum.

Sed cum orata eius reminiſcor, nequeo quin lachrumem miſer.

Quæq; fors furtuna, inquit, nobis quæ te hodie obtulit

Per eam te obſecramus ambæ, ſi uis, ſi fas eſt, uti

Aduorſa eius, per te tecta, tacitaq; apud omnes ſient,

Si unquam erga te animo eſſe amico ſenſiſti eam mi Pamphile,

Sine labore hanc gratiam te uti ſibi des pro illa nunc rogat.

Cæterum de reducenda id facias, quod in rem ſit tuam

Parturire eam, neq; grauidam eſſe ex te ſolus conſcius.

Nam aiunt tecum poſt duobus concubuiſſe eam menſibus,

Tum poſtquã ad te uenit, menſis iam hic agitur ſeptimus,

Quod te ſcire ipſa indicat res, nunc ſi potis eſt Pamphile,

Maxume uolo, doq; operam, ut clam partus eueniat patrẽ,

Atq; adeo omnes. ſed ſi non poteſt id fieri quin ſentiant,

Dicam abortum eſſe. ſcio nemini aliter ſuſpectum fore.

Quin quod uerilimile eſt, ex te recte eum natum putent.

Cõtinuo exponetur, hic tibi nihil eſt quidquam incõmodi.

Et illi

Et illi miſeræ indignæ factam iniuriam contexeris,
Pollicitus ſum,& ſeruare in eo certum'ſt, quod dixi, fidem
Nam de reducenda, id uero neutiquam honeſtum eſſe arbitror
Nec faciam,& ſi me amor grauiter, conſuetudoq́ꝫ tenet,
Lachrumo, quæ poſthac futura ſit uita cum in mentē uenit
Solitudoq́ꝫ. O fortuna ut nunquam perpetuo es bona.
Sed iam prior amor ad hanc rem excitatum me reddidit,
Quem ego tum conſilio miſſum feci, idem nunc huic operam dabo.
Adeſt Parmeno cum pueris, hunc minime'ſt opus
In hac re adeſſe. nam olim ſoli credidi
Ea me abſtinuiſſe in principio, cum data eſt.
Vereor ſi clamorem eius hic crebro exaudiat.
Ne parturire eam intellegat. aliquò mihi eſt
Hinc ablegandus, dum parit Philumena.

NEqueo mearum rerum initiū ullum inuenire idoneum. In hac ſcena cōqueſtio eſt ad deliberationem deſcendens an abeat Pamphilus, an excludat uxorem, in qua tota oratio Pamphili ad argumentum ſpectans amatoria magis quā maritalis eſt. nam aliter non perueniretur ad ultimā cognitionem omniū rerum, niſi adoleſcens furtiuum conceptū uxoris & partum aliquanto leuius quā coniugalis dolor expedit tolerauiſſet. Nequeo mearum rerum hæc eſt Homerica illa.
* Nequeo. m. r. i. hoc principiū magna * oneratur. ut oſtendantur ærumnæ & multæ & graues. Idoneū aptum, conueniēs. *

Vnde,à quo. Partim q.p.h.o.his quaſi miſeris,uel intellige quibus proſpexi uel audiui mala.an ſic dictum eſt.ut apud Virg. Vocemq; his auribus.h. Qua me propter exanimatū,inter exanimatum,& exanimū hoc intereſt. exanimatus eſt conterritus conturbatus, ut Sed quidnā Pamphilum exanimatū uideo.& Virg. Exanimata.ſ.i.m. Exanimus eſt occiſus. ut Virg. Corpus ubi exanimū.p.u.a. Me intro ut corripui ingreſſus ſum. Timidus. pro timens,nomen loco participij. Morbo me uiſum adfectū,quia & hic morbus eſt. Hei mihi,interiectio dolentis eſt, Virg. Eloquar an ſileam? & dicitur hæc figura. * Hei mihi. mire interpoſuit. * Id quod me derepente:a. deeſt poſt,ut ſit poſt id,ac per hoc ideo. Id quod me derepente.a. cauſſa cur læte exclamauerint id ergo ob id. Sed continuo uultū earum ſenſi immutari oim,. mire Pamphilus etiam ancillarū metu impellitur, ut alienū naſci puer ſuſpicetur, nec ullo modo in memoriā redeat hāc ſe puellam, uel huiuſmodi uitiaſſe. Vultum earum quæ uiderint. Foras obtulerat. offerri dicuntur tam bona quā mala,ſi inſperata obijciantur aſpectibus. Obtulerat. oblatum dicitur in utrāq; partem quicquid expectationē præuenit. Ego eius uidendæ cupidus, non erit plena uis repentini doloris,ſi aliqd præſentis ſuſpicatur,& ideo addidit. Ego eius uidēdæ cupidus. Recta cōſequor, abſolute & ſine obiectione,non em̄ addidit uia. Exēplo eius morbum morbū mitiori animo,quā uitium dixit,aut probrum,& recte.quia dixit alio me ſuſpicās.m.n.a. quā.ſ.e.u. Spacium. moram. Ac res monebat,partus. O facinus indignū,non ad illam hoc eſt Philomenam,ſed ad auctorem uitij refertur. Et corripui illico:ardēs.ſ.dolore.& eſt cauſſa cur cito exierit. Lachrymans. non furens ſed lachrymans,nō iratus,ſed miſertus. Atq; atroci.i.uehemēti. Mater conſequitur iam cū. I.e.oſtēdit adfectum miſericordiæ ſuæ matrē potius dicendo quā Myrrhinam. & addendo miſerā miſertum: ut recte ſupra dictum ſit. de illa pium.&.p.i.n. Ad genua accidit, accidere eſt geſtu corporis oſtendere in humilitate cadentis.poſt q̄ eſt iuxta & cadere. Salu.autē ſine præpoſitiōe dixit. Qua accidam aut quo. Lachrymās miſera. Miſerabiliter ſe habens. Miſertū eſt.hoc ipſe ſibi. Omnibus nobis ut res dant ſeſe. Homerus. * Sed hic ſeſe.ex illo & ualidus dixit,& eſt hæc catholica ſententia. Appollodorus. * O Pamphile mi abs te quāobrem,à nomine & blandimento mire ſecreta cōfitetur,ut Virg. Anna fatebor,n.miſeri poſt fata Sichei. A principio.idē elaborauit, ut aduerſus pudorem conſcientia & uoce, & confeſſione duraret. O Pamphile mi abs te quāobrem, uenialis ſtatus in quo cōfeſſio eſt precatio. Abs te quāobrem, morale blandimentū ante confeſſionē. Nam uitium eſt confeſſio. Nam uitium eſt. occepit à cauſſa. Oblatum: ad repentina ptinere ſuperius annotauimus. Oblatum quaſi nō expectatum, & nolenti uirgini.quaſi quę falli poſſet. Olim, recte olim, quia facilis uenia circa iam uetera delicta, unde tentat tēporis lōgitudine extenuare peccatū. Olim, ergo

ergo ante menſes nouem. Ab neſcio quo improbo. mire cõtempſit perſonam dicendo neſcio quo. i. neſcio quẽ dixit. ut oſtendat ignobilem ita abiectum. Nam ſi nomẽ eſt. habet & dignitatẽ. ut & nos aliqđ nomẽq; decusq;. & ne placere uideatur is qui fecit, improbũ dixit. Nequeo quin lachrymẽ miſer. uidetur quaſi diſtillantes fletus detergere. Nequeo. deeſt continere. Sed cum orata eius, bona parentheſis. Quæq; fors fortuna. precatio. fors fortuna τύχη ἀγαθὴ. i. ſubita fortuna, & fortuna in incerto. Fors fortuna in bono ponitur. Virg. Si qua in te fortuna fuiſſet. & ipſe. O fors fortuna. Per eam te obſecro. oratorie inducuntur. ideſt pro tacẽtibus præces. Per eam te obſecro. Obteſtatio eſt precatio cum mentione earum rerum per quas petimus, ut ꝑ aduerſa. e. o. &c. Si uis. ſi fas eſt. utrum hoc inuidioſe, an quaſi fœmina q̃ leges neſciat. Vti aduerſa eius, mire non crimẽ, ſed aduerſa. Parte tecta tacitaq;. tecta ſi reducis. Tacita ſi repudias ſub alia excuſatione. an idem ſignificãt, an potius neq; re, neq; uerbo indices, an tecta ne uideatur, tacita ne dicatur. Si unquã erga te. Virg. Si conceſſa. p. ſ. &c. Teren. Si te in germani fratris dilexi loco, ſiue hæc te ſemꝑ fecit maximi. Si. u. e. t. ab ante facta uita. Tecta tacitaq;. tecta ſint, ne hæc alij ſciant, tacita, ne ipſæ indicet. Vti ſibi des, ſubaudiatur gratia. Cæterum de reducenda. ſi te in germani fratris. tentat etiam hoc ꝑſuadere, & oratorie & uerecunde. & mire de reducenda dixit non de reſpuenda. Quod in rem ſit. nam reducenda dos erit. Solus conſcius. à poſſibili, nam hoc nomine oſtendit tacere eũ poſſet; q conſcius ſit ipſe ſolus. Nam aiunt, honeſtius aiunt pro ait dixit. nam qui aiunt ſcire dicere potuit, niſi Philomena. ergo recte. aiunt enim potius honeſtum eſt, quã ait. Poſt duobus cõ. eam menſibus. poſt duobus ſimpliciter accipiendum nõ poſt duos, eſt em̃ Antiphoris poſt duos ſtatim ut nupta ſit, ſed poſtquã nupta eſt poſt duos menſes nuptiarum, ut ſint quinq; menſes, & hinc adparet ante duos menſes prius quã nuberet uitiata, quatuor menſibus cũ Pamphilo fuiſſe. ex quibus duobus poſterioribus amatã eſſe, reliquis tribus peregrinatũ fuiſſe Pamphilũ. An poſt duobus. pro poſt duos, ut Plautus poſt principio deniq; & paulopoſt. Quod te ſcire ipſa res indicat, quia contriſtatus eſſet corripuiſſe foras. Eueniat partus Philomenæ ſcilicet. Abortum eſſe, nõ eſt latinum aborſum eſt, ſed abortũ facit. Abortum eſſe. deeſt natũ, uel factum, uel abſolute, quomodo dicimus hære nata, uel quemadmodũ dicimus ex te mihi orta eſt iniuria. Dicam abortum eſſe. rationabiliter dixit, fit enim abortus menſe ſeptimo ſine pernitie fœminæ. Suſpectum fore, ſuſpicabilem, ſuſpicioſum. Ex te recte eum natũ putent. noue dixit natum abortum, quaſi abortus naſcatur, natum ergo pro facto cõtemptoq; dixit. Continuo exponetur, cum alienis exponetur, & nõ tollitur pro tuo, & mire necandi pueri nõ fit mentio, quia Pam. filius inuenietur, cum ei etiam per patrẽ puella concurrit. Exponetur. ad mortẽ. ſ. Hic tibi nihil eſt quicquã incõmodi. ab utili, & eſt par el con quartum, ut nihil

* uidi quicquā lætius. Vt illi miseræ indigne. ut ne non ſic * & ſuperiori uerſu ita eſt addendum, ut ſit tibi nihil incōmodi. Factam iniuriam, mire iniuriam dixit, ut ne contēnenda ſit, tollenda uel dolenda. Pollicitus ſum, plus quā promiſi. Vt illi miſere. cōcluſio per enumerationem, & non læſeris inquit, & proderis miſeræ. Quod dixi fidem quod promiſi. Id uero neutiquā. h. e. r. neutiquā non eſt om̄ino negatiuum, ſed aliquid aſſentationis habet, eſt enim neutiquā, non minus, nō ualde. Ne faciam, bene addidit ne faciam, multa em̄ amare ſuſcipimus, àmare etiam honeſta. Et ſi me amor grauiter cōſuetudoq́;, hoc cum gemitu totum. Etſi. non eſt complexiuū, neq; præpoſitiuū, ſed ſubiectiuū. id ſt pro cum, ut ſit conſuetudoq́; dicens, contra honeſtū & utile ualidiſſime, & bene tenet nō tenuit. Lachrymo quæ poſt hac futura eſt uitæ. bene ꝓpenſior in adfectu eſt, ut uerisimile fiat potuiſſe tacere. Et lachrymo nō pendet à ſuperiori, ſed interpoſitis diu fletibus dixit, Lachrymo quæ poſthac. quo modo uim ꝓnominis nō tenet, ſed & querela, & lachrymo ſic dixit, ut Virg. Sic effata ſinus lachrymis impleuit obortis. & eſt ordo, lachrymo cum in mentē uenit. O fortuna. hic fortunā ꝓ bonam poſuit. Vt nunquā perpetuo es bona. legitur & data. nam & ſic ꝓ bona intelligitur neceſſario. Idem nūc huic ego. i. quia idem ego eidem, hoc eſt amori operam dabo. Adeſt Par. cum pueris. quia idem Parmeno conſors, ſecretorumq́; conſcius addidit cum pueris. Minime opus. i. omnino non eſt opus. Aliquò mihi eſt ablegandus dum parit Philomena, in tota comœdia non ceſſauit cum ſit piger. Nec reſciſſet aliquid cum ſit curioſus Parmeno. Dum parit Philomena, dum aliàs dūmodo, aliàs donec, nunquā diu.

ACTVS TERTII

SCENA QVARTA.

Senarij.

PARMENO. SOSIA. PAMPHILVS.

An tu tibi hoc incōmodum euenisse iter
So. Non hercle Parmeno uerbis dici poteſt
Tantum, quàm re ipſa nauigare incommodum eſt.

Par. Ita

Par. Ita ne eſt? So. ò fortunate, neſcis quid mali
Præterieris, qui nunquam es ingreſſus mare.
Nam alias ut omittam miſerias, unam hanc uide,
Dies triginta, aut plus eo in naui fui,
Quàm interea ſemper mortem expectabam miſer,
Ita uſq; aduorſa tempeſtate uſi ſumus.
Par. Odioſum. So. haud clam me eſt. deniq; hercle aufuge-(rim
Potius quàm redeam, ſi eò mihi redeundum ſciam,
Par. Olim te quidem cauſſæ impellebant leues,
Quod nunc minitare facere, ut faceres Soſia.
Sed Pamphilum ipſum uideo ſtare ante oſtium.
Ite intro. ego hunc adibo ſi quid me uelit.
Here etiam tu nunc hic ſtas? Pam. & quidem te expecto.
Par. quid eſt?
Pam. In arcē trāſcurſo opus eſt. Par. cui homini? Pam. tibi.
Par. In arcem? quid eo. Pam. Callidemidem hoſpitem
Myconium, qui mecum unà aduectus eſt conueni.
Par. Perij, uouiſſe hunc dicam, ſi ſaluos domum
Rediſſet unquam, ut me ambulando rumperet.
Pam. Quid ceſſas? Par. quid uis dicam? an conueniā modo
Pam. Immo quod conſtitui me hodie conuenturum eum,
Non poſſe, ne me fruſtra illic expectet, uola.
Par. At nō noui hominis faciem. Pam. at faciam ut noueris

Pāphilus callido cō ſilio ſeruulum ablegat uſque adeo ca-uet, ne q̄ emanet negocium.

Magnus,

Magnus, rubicundus, criſpus, craſſus, cæſius.
Par. Cadauerosa facies, Di illum perduint.
Quid ſi non ueniet, maneam ne uſq; ad ueſperum?
Pam. Maneto, curre. Par. non queo, ita defeſſus ſum.
Pam. Ille abijt. quid agam infelix? prorſus neſcio
Quo pacto hoc celem, quod me orauit Myrrhina.
Suæ gnatæ partum. nam me miſeret mulieris,
Quod potero faciam, tamen ut pietatem colam,
Nam me parenti potius, quàm amori obſequi
Oportet. at at eccum Phidippum, & patrem
Video, horſum pergunt, quid dicam hiſce incertus ſum.'

AIn tu tibi hoc incõmodum eueniſſe iter? Alia oratio eſt currentis ad argumenta. alia actuũ comicorum, ſed perfecti poetæ eſt ita ſeruire argumẽto, ut tamen ſpectator nouis delectatiõibus teneatur. Nam in hac ſcena donec pueniat ad Pãphilum Par. hoc inducitur, cum hoc oſtẽdatur, quid mali ſit nauigatio. Ain tu. pro ais ne, & ſiciam aliquid dixiſſe magni præcedentis orationis, & reſpõdere ſeruo demõſtratur. Ain tu. in ſcena naſcitur oratio, aut in ſcenã deferi. Tantum quantũ reipſa incõmodum eſt, anacoluthon quartũ. non enim intulit quantum, ut Virg. Quantũ ille, magis. f. ſ. u. O fortunate neſcis qd mali præterieris, bene maiori affectu dicens ò fortunate, quã ſi reſpõderet ita, Qui nunquã es ingreſſus mare. proprie dixit ingreſſus, qui iam nauigauit egreſſus dicitur. ſic Virg. Egreſſi optata potiũtur Troes harena. Nam aliâs ut omittam. m· παράλειψις oratoria, & miſerias nauigationes. ſ. Dies triginta. accuſatiuus caſus plenũ numerum & cõtinuationem rei ſignificat. Dies. t. a. hoc exitioſum uel ſine periculo uideri poteſt. ſed uide qd addat. Aut plus eo in naui. abſolute eo, ut alibi. Annos ſexaginta natus es, aut plus eo. Mortẽ. ſ. e. da. eſt expectatio mali. Virg. ſ. pro. e. Semper miſer expectabã. i. horis omĩbus cum cõtinuatione triginta dierũ. ita uſq;. uſq; uel diu, uel ualde. Odioſum. ſ. in mari triginta dies,

dies, & nomen pro aduerbio poſuit, odioſum pro odioſe. Haud clam me eſt ὀυκ ἐλάθε με τοῦτο Pro ego maxime intelligo quã odioſum ſit, nam qui iungunt ſic legunt errant, & non intelligunt. Aufugerim cõiunctiuum modo poſuit pro indicatiuo futuro, uel ut alij dicũt promiſſiuo. aufugerim ſic ueteres qđ nos fugerim. Olim quidem te cauſſæ impellebant, mire in ſeruũ fugitiuum qui ob uitiũ huiuſmodi, non ob cauſſam fugiat, & bene leues dixit. hoc eñ non eſt leuis. Quod nunc minitare facere, ut faceres. ordo, olim quidem te cauſſæ impellebãt leues Soſia, ut faceres quod facere minitaris, hac occaſione artificioſe, & in Andria ſic ait. Recuſanti piuriũ ſeruo Myſis noua. r. i. i. m. Facere ut faceres. facere comicum eſt & Terentianũ. Sed Pam. ipſum uideo. à quo miſſus ſum. uel dominũ ut Græci dicunt. κύριον. Ego hunc adhibo, uel noua curioſitate ait Parmeno. Equidem te expecto. bene excepit Pam. Parmenonẽ, ut uideatur uera dicturus. Equidem te expecto. adparet Pam. Parmenonis abſentiã deſiderare, eo ꝙ prior Parmenonẽ alloquitur. In arcẽ. t. o. e. oſtendit quã longe ſit, ut in arcem dicat. & bene in arcẽ Minerua condidit, & tranſcurſo pro tranſcurrere. Cui homini cum recuſatione pronunciandum. & eſt pigri reſpõſio laborẽ ad alium transferentis. In arcem, pronuncia, ut oſtendas quã longe ſit in arcẽ tranſcurrere. Qui mecum unà aduectus eſt, adparet eum cum eo aliquid negocij habere cum dicit, qui mecũ unà aduectus. Vouiſſe hunc dicã ſi ſaluus. d. r. facete dixit, timore eñ hoc fit eorũ qui longis itineribus maris periclitaturi uouent aliquid ſi ꝑuenerint, & cõuenit hoc Pamphilo quẽ ſupra male nauigaſſe audiuerat. Quid uis nunciem, an conueniã modo? non eñ mandauerat quicquã qui ſine cauſſa mittebar oblitus bene diſſimulare, ut q mentiuntur, & ſic ꝓnunciandũ, an conueniã modo? ut rẽhendere dominum Parmeno uideatur. Immo. q. c. m. h. deeſt nuncia. & ſumiť à ſuperiori ſententia quia dixit, quid uis nunciem, an cõueniam modo, ironicos dixit, nam nõ hoc interrogãtis ſimpliciter. Immo quod cõſtitui me hodie, adparet eũ hanc conquiſitã, & uix corroſam inueniſſe cauſſam. Vola. πτάω uſus eſt, ita curras, ut uolare magis quã currere uidearis, & tranſcurrere iuſſerat, nunc adiecit imperio animi, nõ curre, ſed uola. At non noui hominis faciẽ, moralis expreſſio pigritiæ in tot excuſationes poſita eſt. At faciam ut noueris, ſtomachoſe ꝓnunciãdum id. & qđ Pam. repetit dicens. At magnus, rubicũdus, criſpus, ceſius, craſſus. c. f. præparatio, archaiſmos, & acerbe ſine cõiunctiuo eſt uſus. Magnus rubicundus, imperite Terentiũ de Myconio criſpum dixiſſe aiunt, quum Apollodorus caluũ dixerit, quod ꝓpriũ Myconis eſt, ut Luci. Myconij calua omnis iuuẽtus. Vnde etiã ꝓuerbiũ græcum μυκόνιος φαλακρός ſed ego Terentiũ puto ſcientem facetius Myconiũ criſpum dixiſſe. Ceſius, glaucis oculis, quaſi felis oculos habẽs & glaucos. Cadauerõſa fa.

ſubliuida, ac perſonata, rubore, liuore. rubicundi em̄ craſſitatē & craſſam faciem ſæpe habent, quod eſt propriū cadaueris, poteſt & pulpoſa intelligi, & craſſa quaſi cadaueroſa. Caro em̄ dicta eſt eo ꝙ careat anima, & caro proprie dicitur mortuorū. Virg. Et corpora luce carentum. unde carnifices dicti qui carnes ex homine faciāt. Pulpa uero ꝓprie ea quæ manducatur, eo ꝙ pulſetur & concidatur, poteſt &. r. p. d. poni, ut caro ſit dicta quaſi cado, ut Virg. Belloq; caduci darda. quod iam. ſ. ſine anima ſit & cadat. Dij illum. p. more pigrorū male optat ei poſt quem mittitur. Quid ſi non ue. om̄ia dicit. Maneto, curre. etiam Pam. tanquā de induſtria perſeuerat. Non queo ita defeſſus. hoc in geſtu & ſpectaculo plus eſt. nam inceſſu & auctor exprimit laſſitudinē. Ille abijt. q. d. licet iam loqui. Ille abijt. quaſi cū difficultate cōpletam rem oſtendit hoc dicto. Suæ Gnate. p. epexegeſis. Quod potero. ſ. i. celabo quantū potero, an quaſi ꝓijciens curas, & feſſus angore dixit. Quod. p. ſ. i. ſi nō potero cedam amori. & rurſus tanquā pietatis admonitus adiecit exceptionē, tamen ut pietatē colam, ſeruat em̄ in illo amorē poeta cuius non pœnitebit recondito terrore & ſublato. Quod. p. ſ. i. amori obſequar. nam miſericordia mulieris de amore deſcendit. Quod. p. ſ. adparet hoc dictum defectus non eſſe uirtutis. Tamē ut. p. c. recordatus eſt læſam matrē eſſe ab uxore. hoc enim credit, & ideo ſe ad exceptionē reuocauit, ita ſe amori credere oportere, ut ne obliuiſcatur om̄ino pietatis, & bene in eā cauſſam contulit neceſſitatē non reducendæ uxoris, quæ inuenit nulla eſſe. Sunt tamen qui manente eadem ſententia totū hoc iungunt. Quod. p. ſ. tamen ut pietatē colam. hoc eſt in quantū potero dabo operam aduerſus amorem, ut omiſſo eo pietatem colam, deeſt ita, ut ſit tamē pro duntaxat, ut pietatē colam. dixerat em̄ quod potero, & ideo addidit exceptionem ut pietatem colam. i. nō ſum oblitus & matris. Tamen. ꝓ ita tamē. Nam me parenti potius quā amori, amori plus quā uxori. q̃a dixit qđ potero faciā, & hoc eſt qđ potero faciam. At at. interiectio eſt cōterriti & cōturbati. Horſum pergunt, modo pergunt pro eunt, aliâs ꝑſeuerāt.

ACTVS TERTII

SCENA QVINTA.

Octonarij, ſenarij & trochaici admixti.

LACHES. PHIDIPPVS. PAMPHILVS.

Dixtin

DIxtin'dudum dixiſſe illam ſe expectare filium? Viam ad epitaſin facit, ſenes em̄ impellunt ad reducendā.

Ph. Factum. La. ueniſſe aiunt, redeat.
Pam. quam cauſſam dicam patri,
Quamobrem non reducam, neſcio. La. quem ego hic audiui loqui?
Pam. Certum obſirmare eſt uiam me, quā decreui perſequi
La. Ipſus eſt, de quo hoc agebam tecū. Pam. ſalue mi pater
La. Gnate mi ſalue. Ph. bene factum te aduenıſſe Pamphile
Atq; adeo quod maximum'ſt, ſaluum atq; ualidum. Pam. creditur.
La. Aduenis modo? Pam. admodum. La. cedo quid reliquit Phania
Conſobrinus noſter? Pam. ſanè hercle homo uoluptati obſequens
Fuit dum uixit, & qui ſic ſunt, haud multum hæredem adiuuant.
Sibi uero hanc laudem reliquit, uixit, dum uixit, bene.
La. Tum tu igitur nihil attuliſti huc plus una ſententia?
Pam. Quidquid eſt id, qnod reliquit, profuit. La. immo obſuit.
Nam illum uiuum, & ſaluum uellem. Ph. impune optare iſtuc licet,

Ille reuiuiſcet iam nunquam, & tamen utrum malis ſcio.
La. Heri Philumenam ad ſe accerſi hic iuſſit, dic iuſſiſſe te.
Ph. Noli fodere, iuſſi. La. ſed iam remittet eam. Ph. ſcilicet.
Pam. Omnē rem ſcio, ut ſit geſta, adueniens audiui omnia
La. At iſtos inuidos Dij perdant, qui hæc libenter nuntiant
Pam. Ego ſcio me cauiſſe, ne ulla merito contumelia.
Fieri à uobis poſſet, idq́ ſi nunc memorare hic uelim,
Quàm fideli animo, & benigno in illam, & clementi fui,
Vere poſſim, ni te ex ipſa id magis uelim reſciſcere,
Nanq́ eo pacto maxume apud te meo erit ingenio fides,
Cum illa, quæ nunc in me iniqua eſt, æqua de me dixerit
Neq́ culpa hoc eueniſſe diſſidium mea, id teſtor deos.
Sed quando ſeſe indignam deputat matri meæ,
Cui concedat, cuiusq́ mores tolleret ſua modeſtia,
Neq́ alio pacto componi poteſt inter eas gratia,
Segreganda aut mater eſt à me Phidippe, aut Philumena,
Nunc me pietas matris potius commodum ſuadet ſequi.
La. Pāphile ad aures haud inuito ſermo mihi acceſſit tuus,
Cum poſtputaſſe omnes res te præ parente intellego.
Verum uide ne impulſus ira praue inſiſtas Pamphile
Pam. Quibus iris impulſus nunc in illam iniquus ſim?
Quæ nunquam quidquam erga me commerita'ſt pater,
Quod nollem, & ſæpe quod uellem meritam ſcio.

Amoq́

Amoq́, & laudo, & uehementer deſydero.
Nam fuiſſe erga me miro ingenio, expertus ſum,
Illiq́ exopto ut reliquam uitam exigat
Cum eo uiro, me qui ſit fortunatior,
Quandoquidem illam à me diſtrahit neceſſitas.
Ph. Tibi id in manu eſt ne fiat. La. ſi ſanus es,
Iube illam redire. Pam. non eſt conſilium pater,
Matris ſeruibo commodis. La. quò abis? mane
Mane, inquam, quò abis? Phi. quæ hæc eſt pertinacia?
La. Dixtin' Phidippe hanc rem ægre laturum eſſe eum?
Quamobrem te orabam, ut filiam remitteres.
Ph. Non credidi ædepol adeo inhumanum fore.
Ita nunc is ſibi me ſupplicaturum putat.
Si eſt, ut uelit reducere uxorem, licet,
Sin alio eſt animo, renumeret dotem, huc eat.
La. Ecce autem tu quoq́ proterue iracundus es.
Ph. Percontumax rediſti huc nobis Pamphile.
La. Decedet iam ira hæc, & ſi merito iratus eſt.
Ph. Quia paululum uobis acceſſit pecuniæ,
Sublati animi adſunt. La. etiam mecum litigas?
Ph. Deliberet, renuntietq́ hodie mihi,
Velit ne an non, ut alij, ſi huic non ſit, fiet.
La. Phidippe ades, audi paucis. abijt, quid mea?

Poſtremo inter ſe tranſigant ipſi ut lubet,
Quando nec gnatus, neq; hic mihi quidquã obtemperant,
Quæ dico paruipendunt. porto hoc iurgium
Ad uxorem, cuius fiunt hæc conſilio omnia,
Atq; in eam hoc omne quod mihi ægre eſt euomam.

DIxtin dudum illam dixiſſe expectare filiũ. Facete principium interrogantis eſt. ita ut ſciat quid ſibi reſponſurus ſit, quẽ interrogat. illaturus eſt enim argumentũ per Dixtin iamdudũ illam, quia dixerat ſancte adiurat non poſſe illic. p. ſ. a. p. Dixtin iamdudum. captioſa interrogatione cœpit dicturus ueniſſe aiunt. redeat. Factum. i. dixiſſe illam aut me. & deeſt eſt, ut ſit factum eſt. Quamobrẽ non reducã neſcio. habet cauſſam, ſed nõ uult ueram dicere cauſſam, & propterea nõ uult cũ inuidia matris ſuæ loqui, ſi illam conſerat ut uxorẽ non reducat domũ. Quem ego hic audiui loq. ut ſolet primo pſonas inducit, ſecum loquentes, deinde ipſas cõuenire inuicẽ, ut alibi. Quis hic loquitur, Myſis ſalue. Certũ obfirmare eſt. aduerſus om̃ia obſtinate agere. i. contra omnes. Obfirmare uiam me quã decreui proſequi. i. ut matri potius quã amori morẽ gerat. Et adeo maximum eſt ſaluũ atq; ualidum. ordo eſt primũ aduenisſe, deinde ſaluum poſtremũ ualidum. Saluũ atq; ualidum. auxeſis ad ſalutẽ, ualidus nãq; robuſtus & habitior corpori redditur. Creditur, minus blande reſpondet de repudio reuocaturus hodie eſſe illud repudij libellũ ſublatum. *

Quod maximũ eſt, & legitur & quod maxime eſt. Aduenis modo, difficile inuenitur præſentis temporis modo. atq; ut oſtendat eſſe momentũ etiam præſentis tẽporis dixit Admodum. quod eſt nimis aduenis modo. Virg. Vigilas ne deũ gens Aenea uigila. Admodum. excuſatio cur adhuc nõ uiderit patrẽ. Cedo quid reliquit conſobrinus noſter. utrum iactanter Laches loquitur præſente ſocero, ut illũ cupidiorẽ faciat ad reuocandã filiam, & fit ſæpe hoc, ut ex alio principio peruenire queamus ad ea quæ uolumus dicere, an id ut ſe iactet Chremeti, & diuitias ſuas, cupidiorẽ ſocerum reddit. Conſobrinus noſter, quaſi ſororinus. ſobrini ſunt ex duabus ſororibus, conſobrini ex fratre & ſorore ac propinquitatis frequentate Terentius monet, aut habere cõſobrinus noſter, quũ de fratre natus eſt alter, & alter ex ſorore. cũ ex fratribus patrueles dicuntur. Sane. h. nõ uoluptati obſequens fuit. i. ſatis ualde. nam qui ſanus, & ualidus eſt. Voluptati ob. ſ. contra facit. Pam. diſiurgium uolens

lens, nihil dicit uel parũ relictum. Haud. m. hercle parũ conſuluit hære-
di. Sibi. u. h. l. &c. unum dixit & aliud ſignificat. Nihil at. uixit dum uixit
hoc. ſ. enim reliquit. Vna ſententia. expreſſit animũ auari ſenis. Quicqd
eſt id quod reliquit profuit. quicquid & ad prauitatẽ refertur, ut aut. n.
id mihi ſatis, id quod & miræ opinionis. Quicquid eſt, ſiquidem, quaſi
nullus in hoc ſene fuit doloris effectus antequã ſciret aliquid relictum.
Profuit. i. pro nobis fuit. ac per hoc noſtrum eſt, poteſt. n. ipſe profuiſſe
poſt res eius. Immo obfuit, morẽ eorum expreſſit, quibus relinquitur,
qui cũ audierunt ſibi aliquid eſſe relictum, tunc triſtes ſe fingunt. Adeo
nam il. ui. & ſanum uel. non idem uiuũ & ſaluum. Impune optare iſtuc
licet, quia hæredi pœna eſt, mortuos reuiuiſcere, aut ſane optas, ut cum
medicus dicit, & iam mortuo, ego illũ ſi curarem uiueret. Impune opta-
re, ſi optata enim uenirent, nunquã inquit optares, ut ille reuiuiſceret. Il
le. r. iam. n. mire poeta his uerbis Phidippum quoq; figurat, plus eſt nũ-
quam quã non. Et. t. u. m. ſ. mortuũ illum magis quã ut reuiuiſcat denuo
Et tamen utrum ma. ſ. quid malis de duobus ſcio. utrũ illum mortuum
quod & pmanere, an reuiuiſcere, quod optas. Hæri Phi. ad ſe. hoc erat
quo omnis tendebat oratio. Ad ſe ac. iuſ. bene & accerſi. & iuſſit. ut ni-
hil uxor ſua ſponte faceret. & heri & iuſſit. unde & breuetẽporis fit. &
coacta uideat exiiſſe, non adduci, ſed accerſi. nec à nobis. ſed à ſe. Omnẽ
rem ſcio ut ſit geſta. Virg. Troianas ut opes. At iſtos inuidos dñ per. be-
ne inuidos qui matrimoniũ inuident. ergo reuocanda uxorẽ. & adeo nõ
puduit mendaciũ honeſte deprehenſum ſenẽ, ut inuidos faceret, qui ue-
ra prodiderunt. Ego me ſcio cauiſſe. principiũ à tempore, à dictis, fa-
ctisq; ſuis, qđ aduerſario, & ab ante acta uita & præſenti. Ego ſcio me
cauiſſe. ne. ul. m. c. mire addidit merito. Non eñ cauere potuit inquit ne
fieret ea ui. Igitur ne merito fieret, quod in me fuit. Idq; ſi nunc. c. ab ante
acta uita. Et clementi fui. pro fuerim. indicatiuũ, p cõiunctiuo poſuit. Ni
id te ex ipſa. Namq; eo pacto ma. meo. e. in. fides cũ illa quæ nunc in me
iniqua & æqua * ſunt. Terentianũ & bonum argumentũ
clamat. Virg. Ipſe hoſtis Teucros inſigni laude ferebat. Inquit Cic. Te-
ipſo teſte iniquo atq; improbo. uerum ad hanc rem * à te *
iniquã teſte. d. Iniqua eſt, æqua de me. d. qui aduerſarij teſtimoniũ ſi cõ
tra ſe dicat, tam graue eſt quã boni uiri. Neq; mea. c. non ego quid fiat,
utrum ſi per nos fiat. ſed querẽdum eſt. & minus abrupte dixit eueniſſe.
non euenire. Hoc diſſidiũ. e. ad confirmationẽ non euenire, ſed eueniſſe
dixit. Sed quando indignam. hoc ſic, pſert ut eam oſtendat cauſſam eſſe
diſſidij. & hoc ipſum tentat utrũ dotem relinquere poſſit, & ideo ſupra
neq; mea culpa hoc diſſidiũ eueniſſe ingt. Deputat matri meæ cui. c. ma.
tri meæ ut idonea ſit cauſſa repudij, q hodie ſublatũ eſt. Cuiusq; tole-
ret, hoc melius quã obſequatur ut inſeruiat. Mores to. ani. non eñ prauita
tem, unde ſenes moroſi adpellãtur. Horat. Donec uirenti canities abeſt
moroſa. Mores. t. a. obtemperamentũ mores, potius quã iniurias dixit

Neq;

Neq;.a.p.c.p.niſi ut cōcedat mater, toleretq; mores eius. Segregāda.a.
mater eſt.a.p. bene tanquā ex deliberatióne cóllígit qđ facturus eſt. &
mollius ſegregāda quā excludenda. Nunc me.p.m.p. quā mollibus uer-
bis repudium nuptiarū eſt. Pamphilæ.h.i.&c. optime dicto haud inuiſ-
to, non eñ in totū uolēti, quippe de diſſidio, ſed tantū quia pietatis eſt,
locutus eſt, mediocriter approbauit. Pamphile.h. grauis oratio eſt à
* nomine incœpta. Virg. O præſtans animi iuuenis, & eſt figura. *
Virg. Poſthabita coluiſſe Samo. Haud in ſenili.l. proiecte locutus eſt.
Omnes res. plus dixit quā ſi uxorem diceret. Pro pa.i. bene pro parēte,
quod nomen cōmune, & cum patre eſt, & cū omnibus quos hæc neceſ-
ſitudo cōiungit, melius ergo quā ſi diceret matrē. Verum ui.ne.i.i. leni-
ter ut ſuadet. Ira. nam nō ergo inditio. Inſiſtas Pam. nō eñ incipere ſed
inſiſtere hoc malum eſt. Quibus iris, nō dixit qua ira, ne ſupbe loquere-
tur, ſed quibus iris, ut hoc ipſum per ironiā deridet, qđ pater dixit, im-
pulſus ira aut iris matris, & meæ uxoris, aut omniū trium. Quibus.i.i.
recte non uult iam eſſe, ne peccaſſe uideatur uxor. Sic eñ aut quaſi nec
ipſa peccauerit. Quibus.i. ille iram ſingularē dicit, hic iras pluraliter, ne
uideatur unius iræ cauſſa mittere uxorē. Quæ.n.q.e.&c. aduerte pieta-
tem expreſſam. Cōmerita, & merendi & ſæpe merita. Quid.u.ſ. mere-
ri bona dicimus, cōmereri mala.i. delinquere peccare, ergo hic meritā
pro præſtitiſſe dixit. Virg. Ego te quæ plurima fando.e.u. Nunquā regi-
na negabo ꝑmeritā. Amoq;&.l. nō ſtatim qui amātur laudant, & cōti-
nuo deſiderātur. Multa ergo dixit amo & laudo, & uehemēter deſide-
ro, amoris impulſu, nimis eſt hic circa uxorem & quaſi oblitus eſt ſuæ
matris & uitiate loquitur, ſed tali opus eſt Pamphilo ad eiuſmodi argu-
mentū donec ꝑueniat ad Cataſtrophen, in qua uxorē reduci neceſſe eſt.
Erga me, hoc totum repudiaturus inaniter diceret, niſi ad exitum fabu-
læ poeta reſpiciēs reducturi animū in Pamphilo reſeruaret, & nota re-
pudiatā eam quā ludat pietate ſola cōpulſus. Nam fuiſſe erga me, quā-
tum ualet quod fuiſſe dicit, & non eſſe, quaſi re tranſacta. Vt reliquā ui-
tam, ſatis flebiliter dixit reliquā exigat. Virg. Omnes ut tecum meritis
pro talibus annos Exigat. Cum eo uiro, nō inuidere iam nō eſt mariti,
quando illam à me diſtrahit neceſſitas, om̄is cōcluſio uerborum Pam-
phili repudij confirmationē continet, plus tamen ſententia ſignificat rē
quā in uerbis. Quandoquidē illam.a.m.d.n. neq; dixit eam expellit uel
diſtrahit, ſed in ipſa cauſſa ſit neceſſitas, excuſatio in neceſſitate, quę eſt
inexorabilis, cum neceſſitas partus.ſ. quā neceſſitatem domi offendit,
quod ex alio.ſ. peperit. ſed modo uult neceſſitatē mater uideri, non ira-
cundiæ quæ à nuru iſta offenſa ſit. Tibi in.m.e.n.f. ne fiat hoc oppoſuit,
& quod minime uult Pa. uideri, & qđ ꝑdeſt ſocero. Si ſanus es.ſ. quod
* ſi ſanus es. nam aliter iubeas dicere. Si ſanus. bene pater ſupra irā dixit,
nunc inſaniā ſignificat. * Pamphile ſi ſanus es. nō ergo cul-
pa eſt,

pa eſt, ut redeat, iubere poteſt. Non eſt cōſilium, durius erat nolo redu-
cere, ergo lenius dixit matris ſeruibo cōmodis, hoc uerbo neceſſitatem
qua negatur oſtendit. Quo abis, adeo factū Pamphili ex patris uerbis
oſtenditur ꝙ diſceſſit, & bene. nam ulterius præſente patre reſiſtere du-
rum fuit. Mane inquā quæ hæc eſt ꝑtinacia, ſicut decuit ſocerū, & ſubdi
ſtinguatur, quia coram ſibi fit contumelia. Dixin Phidippe. artificioſe
Laches ut minus miretur, & minus indignetur ſocer iraſci Pamphilū,
quādo ei prædictum eſt, & ſic oportuit. Dixin Phidippe. renouauit uer-
ba ſua eidem perſonæ, nam ita dixerat, ne adeo me eſt quā inde eſſe eū.
ægre laturum &c. Quamobrem te orabā. u. ſ. r. inuidioſum aduerſum
Phidippum. tanquā in illo ſit, unde ſe purget. & non accuſet Pamphilū.
Non credidi ædepol, bene quaſi iratus in humanum eſſe inquit ſic. Non
ædepol credidi uſq; adeo. potuit enī dicere nō credidi in humanū fore.
ſed acerbe addidit adeo. Ita is ſibi me putat. ſibi & me magno pondere
legendum eſt, & utrunq; ꝓnomen eſt, ut Cantando tu illum. i. genero ſo-
crum, Pamphilo Phidippum, uel ſi quid tale inueneris. Supplicaturū.
parum eſt ſatisfacturū addidit. Sin alio eſt animo. r. d. nō tam ut dotem
recipiat, quā ut teneat hoc dicit, & renumeret proprie, quia dos pecunia
eſt, & hinc * iraſcentis eſt, & exigentis debitum. eat uero *
mire dictum, quaſi ipſe ꝓpitiatur, quia iubetur ire, & ſimul hoc uerbo.
quia renunciatio charitatis eſt. Renumeret dotem, huc eat. repente ter-
rorem dotis oſtendit cum dicit, renumeret dotē ſimul. cum iniuria. Huc
eat. ecce autem tu quoq; ꝓterue addendo quoq;, nō nihil aſſentatus eſt
quod dicat, quomodo Pamphilus. Proterue, immoderate, & ſupbe di-
ctum eſt, nam proteruus eſt qui dum aliis obuius proterit quod faciūt,
qui proterunt ut tauri in appetitu coitus fœminarū in quas calent. Per-
contumax rediſti. proprie cōtumax dicitur cōtemptor potiorū, & per-
contumax, hoc uobis rebus magnæ indignationis eſt abſentes alloqui.
ut alibi. ò Pamphile haud pol. Nobis Pamphile. nobis *
nam haud abundat, aut adiuuat ſignificationem. Decidet iam ira hæc.
quaſi in ira ſit culpa, nō deponetur ira, ſed decidet. Quia paululū. ut. a. *
p. recte. q. d. quia habetis unde dotē reddatis. aut quaſi nullam cauſſam
habentes repudii. ſed ditiorē quæritis coniugē. quia. p. u. a. p. *
es factus Pamphilus, ſimul maiori ſtomacho. quod cum labore celabat.
aperte oſtendit. Sublati animi. non prælati ſed ſublati dixit, & hoc pro-
prie ferarum eſt. ut Attollitq; animos pœnorū qualis manus. nam be-
ſtiæ pro animi qualitate uel erigunt corpora, uel deponunt. Etiam me-
cum litigas. belle. nam & illum ex inuidia iracundiorē, & hunc ad ſe di-
centem, quod poſt Pamphilū dicebatur etiā effici. Mecum li. inuidioſe
quaſi iam cum Pamphilo litigauerit. Deliberet, renunciet ꝗ odio, fero-
citer ſocero renunciet. tamen mature pro deliberet dixit. Ut alii ſi. ma-
gna fiducia cōditione filiæ aſſerit. quoniā iam ſi Pamphilus nolit para-
tum alterum dicit eſſe. Si huic non ſit. ſubauditur uxor. ſed dira dictu re-

ticuit ut debeat. Phidippe addes, nomine adpellat, qđ facere ſolemus, iratos mitigare conantes. Poſtremo inter ſe tran. non enim hæc nociua ſunt, quibus inter ſe delectent. Quando nec Gna. neq; hic inuidioſe gnatus. Non obtemperat, & hic non familiariter dictum, quaſi ab irato. Quæ. d. p. quia obtemperamus etiā tantæ uoluntati. Quæ. d. p. p. h. iurgium, bene hoc rurſus in mœrorē redditur. nec uera ſunt contra fabulæ propoſitū cognoſcantur. Porto. h. i. porto quaſi ad aliquid magnū. Cuius. h. facta ſunt. c. o. non tranſacta obijciūtur uxori. ſ. quæ nunc agūtur cōſilio, mira diſpoſitiōe an ironiā in male conſentientē. Atq; in. e. o. & c non ꝙ iraſcitur, ſed quod ægre eſt dixit. Euomam. bene in ægritudine ſolet uomitus releuare. ſic Cice. cum dicit. Quæ quidem. n. n. q. t.

ACTVS QVARTI SCENA PRIMA.

Trimetri, Tetrametri, & duo dimetri.

MYRRHINA. PHIDIPPVS.

Reſciſcit de puero Phidippus. Id etiam ad augendū tumultū facit, & ut Pamphilus cogat reducere.

PErij, quid agam? quo me uortam? quid meo uiro reſpondebo
Miſera? nam audiſſe uocem pueri uiſus eſt uagientis,
Ita corripuit derepēte tacitus ſeſe ad filiā
Quod ſi reſciuerit peperiſſe eam, id qua cauſſa clam me habuiſſe
Dicam non ædepol ſcio.
Sed oſtium concrepuit, credo ipſum ad me exire, nulla ſum
Ph. Vxor ubi me ad filiā ire ſenſit, ſe duxit foras, atq; eccā
Video, qđ ais Myrrhina? heus tibi dico. M. mihi ne mi uir?
Ph. Vir ego tuus ſum? tu uirum me aut hominem deputas adeo eſſe?

Nam

Nam ſi utrumuis horum mulier quam tibi uiſus forem,
Non ſic ludibro tuis factis habitus eſſem. My. quibus? Ph.
at rogitas?
Peperit filia? hem taces?
Ex quo? My. iſtuc patrem rogare eſt æquum? perij, ex quo
cenſes,
Niſi ex illo, cui data eſt nuptum, obſecro?
Ph. Credo, neq; adeo arbitrari patri eſt aliter, ſed demiror.
Quid ſit, quamobrem tantopere hunc omnes nos celare
uolueris
Partum, præſertim cum & recte, & tempore ſuo peperit.
Adeon, peruicaci eſſe animo, ut puerũ præoptares perire,
Ex quo firmiorem inter nos fore amicitiam poſthac ſcires,
Potius quã aduerſus animi tui libidinem eſſet cũ illo nupta?
Ego etiã illorum eſſe hanc culpam credidi, quæ te'ſt penes
My. Miſera ſum. Ph. utinam ſciam ita eſſe iſtuc. ſed nunc
mihi in mentem uenit,
Ex hac re quod locuta es olim, cum illum generũ cœpimus
Nam negabas nuptam filiam tuam poſſe te pati
Cum eo, qui meretricem amaret, & qui pernoctaret foris.
My. Quamuis cauſſam hunc ſuſpicari, quam ipſam ue-
ram, uolo.
Ph. Multo prius ſciui, quã tu, illũ amicã habere Myrrhina.

Verum id uitium nunquam accreui eſſe ego adoleſcentiæ,
Nam id omnibus innatum'ſt. at pol iam aderit ſe quoq;
cum oderit.
Sed ut olim te oſtẽdiſti, eadẽ eſſe nihil ceſſauiſti uſq; adhuc,
Vt filiam ab eo abduceres, neu quod ego egiſſem eſſet ratũ.
Id nunc res indicium hæc facit quo pacto factum uolueris.
My. Adeon' me eſſe peruicacem cenſes, cui mater ſiem,
Vt eo eſſem animo, ſi ex uſu eſſet noſtro hoc matrimoniũ?
Tun' proſpicere, aut indicare noſtrã in rem quod ſit potes?
Audiſtin' ex aliquo fortaſſe, qui uidiſſe eum diceret
Exeuntem, aut introeuntem ad amicam? quid tum poſtea,
Si modeſte ac raro hoc fecit? nonne ea diſſimulare nos
Magis humanum eſt, quàm dare operam id ſcire qui nos
oderit?
Nam ſi is poſſet ab ea ſeſe repente auellere,
Qua cum tot conſueſſet annos, non eum hominem ducerẽ
Nec uirum ſatis firmum gnatæ. My. mitte adoleſcentem
obſecro,
Et quæ me peccaſſe ais, abi, ſolum ſolus conueni,
Roga uelit ne an non uxorem, ſi eſt, ut dicat uelle ſe,
Redde, ſin eſt autem ut nolit, recte conſului meæ.
Ph. Si quidem ille ipſe non uolt, & tu ſenſiſti eſſe in eo
Myrrhina

Pecca-

Peccatum aderam cuius conſilio ea par fuerat proſpici.
Quamobrem incendor ira, te eſſe auſam facere hæc iniuſ-
ſu meo.
Interdico ne extuliſſe extra ædeis puerum uſquam uelis.
Sed ego ſtultior, meis dictis parere hanc qui poſtulem.
Ibo intro, atq; edicam ſeruis, ne quoquam efferri ſinant.
My. Nullam pol credo mulierem me miſeriorem uiuere,
Nam ut hic laturus hoc ſit, ſi ipſam rem ut ſiet reſciuerit,
Non ædepol clam me eſt, cum hoc quod leuius ſit. tam ani-
mo iracundo tulit.
Nec qua uia ſententia eius mutari poſſit ſcio.
Hoc mihi unũ ex plurimis miſerijs reliquũ fuerat malum,
Si puerũ ut tollam cogit, cuius nos qui ſit neſcimus pater,
Nam cum compreſſa eſt gnata, forma in tenebris noſci nõ
quita eſt.
Neq; detractum ei tum quidquam eſt, qui poſt poſſit noſci-
er qui ſiet,
Ipſe eripuit ui in digito, quẽ habuit, uirgini abiens annulũ.
Simul uereor Pamphilum ne orata noſtra nequeat diutius
Celare, cum ſciet alienum puerum tolli pro ſuo.

PErij quid agã? Mire in hac ſcena iterũ rixa eſt ſenis atq; anus, & tamẽ uarie & alio modo, ut mores intra ſe di-uerſos, & tamẽ notos poſſumus agnoſcere. Perij quid. a. hoc proloqui oportet Myrrhinã, ut & eius perſonæ reminiſcatur ſpectator & geſtæ rei, ſimulq; ex huius pe-

ſonæ uerbis, qd agat altera perſona monſtretur. Nam perſcrutari Philippum, in uniuerſa conclamare, & ire per totam domũ cognito partu
* filiæ ſuæ adparet ex pſentibus dictis. Perij quid. a. q. m. u. figura *
apta turbatis. Nam audiuiſſe. u. p. Virg. Continuo audire uoces, uagitus & ingens, & eſt Onomotopeia. nam uox ipſa ſic eſt, ut quaſi uagitus ſæpe ſonet. Pueri. u. eſt. u. proprie dixit, uagitus enim ingens infantium eſt. Viſus eſt. Quomodo audire uocem uiſa ſum modo militis. Ita corripuit. captam intulit. Et derepente. una pars orationis eſt, ut defeſſus. aduerbijs. n. præpoſitiones ſeparatim nõ adduntur. Derepente. nã ſi ſeparaueris non eſt latinũ derepente. Quod pro nã, aut ita. ſed nos enĩ in huiuſmodi ſignificatione ſic dicimus. Quod ſi. r. ſcimus manifeſta, reſcimus occulta. Id qua cauſſa. id hoc ipſum peperiſſe eam. Non ædepol ſcio. ideo quia uera cauſſa dici nõ poteſt. Sed oſtium. c. plus eſt quã crepuit. nã eo modo iunctum. Ad me. bene ad me, quaſi litigaturũ. Vbi me ad fi. hoc ante rem, & ſimul argumenti delicti eſt quã exijt. *
à filia marito ingreſſo mulier. Vxor. u. m. mirantis eſt geſtus, & dixit ſe
* duxit foras, ordo, duxit ſe, & uerbis uſus eſt inter domeſticos parietes & arces. * Se duxit, pro abijt. Atq; eccam. u. adparet mulierem fugere aduerſarij abſentiã, & immo hoc ſeparatim pronũciandum. Heus tibi. d. oſtendit Myrrhinã aduertentẽ quod nihil inueniat quid dicat de filia. Mihi ne mi uir? iam & in Andria turbatũ ſe oſtendit Dauus. Virg. ad maritalem conditionẽ retulit non ad ſexum, ut Vir. in buc. Vir gregis ip. c. Tu ne uirũ. accuſatio eſt ab increpatione incipientis. Aut hominẽ, auxeſis peruerſa, adeo eſſe abundat. Vir. Tuq; adeo quem mox. Nam ſi utrũuis horum. uir aut homo. Mulier. u. t. u. acerbe ut ſupra. Tu nunquã mulier q̃ me. Quibus callide mulier & quaſi nullius culpæ conſcia quibus dixit, ut quibus dictis aut factis. An rogitas. bene iraſcitur interroganti. Nam interrogare quæ ſciat impudentia eſt. Hem taces. nõ taces nunc, ſed taces celas, ex quibus bene exequi *
* quia argumentũ impudentiæ eſt puerperiũ taciturum. Peperit. f. ppoſitio criminis iſtuc. p. mira calliditas rea mulier hoc ſolo defenditur quod accuſat. Perij. ex quo mire additũ ad adfectum perij. Obſecro iſtuc. p. r. ex ſua interrogatiõe accuſauit accuſatorẽ. Niſi ex illo. c. d. eſt ueriſimile argumentũ. Niſi ex. i. c. d. ſolutio criminis per fiduciam reſpondentis. Salu. Ita fiducia quanquã argumenti purgator eſt. Credo neq; adeo arbitrari, ab accuſatione maritus ad defenſionẽ ſui cõuerſus amiſit quod cœperat. Sed demiror quid ſit, mollior factus iam non iraſcitur, ſed miratur. Neq; adeo arbitrari patris eſt aliter, hoc eſt quod ait. Saluſtius. Ita fiducia argumenti. p. d. Adeon, uides Phidippum, nulla re aliqua mulieris correptione lenitur. Quamobrem. t. alia intentio criminis. Omnes nos celare. u. recte, quia putat & Pamphilũ eſſe celaturũ Omnes nos celare, duæ ſunt cauſſæ celandi partus, ſi non tempore ſuo uenerit, quod indiciũ ſtupri eſt, & ſi non ratione euenerit, hoc eſt monſtri alij

ſtri aliquid natū fuerit. hic aūt & tempore ſuo, & ratione natū prædicat Demiror. ualde miror, quod minus eſt quā iraſcor, præſertim cū & ratione attulit mulier cōpendium credulitatis ſenis ſemel correpti, ne aliter ſuſpicet. Omēs nos. c. u. antiqua locutio, illā rem celo te. Præſertim cū & r. & ſ. t. p. recte ad illud pertinet quod nō monſtrum peperit. Tempore. ſ. ad ſpacium quo prægnantes eſſe conſueuerunt. i. ad menſium dinumerationē, quia & ſeptimini naſci ſolent. Adeon. p. e. inuētio. Vt puerum. p. p. ad ætatē infantis inuidia. Adeon. p. e. peruicax eſt perſeuerans cum quadam ui. Et quo. ſ. in. ſ. ab accidentibus inuidia. & bene additur ſcires. quia imprudentia in delicto ueniā frequenter extorſit. Potiuſquā ad. nihilominus eſt à uoluntate peccantis inuidia. animi tui libidinē dixit. ut minimā cauſſam magnis ſceleribus ſubieciſſet. Eſſet cū il. n. antiqui non illi nupta, ſed cū illo nupta ergo ambo ſibi inuicē nubunt. Ego etiam il. hanc bene etiā illorum. non eſt hoc eſt erraſſe quod illorū peccauerit culpā, quę minus eſt, ſed etiā illorum cōmune peccatū fuerit, ſed ne tuū quidem, deeſt creditam Myrrhinā, an etiā adhuc ut maior ſit dolor, qui nec opinanti acciderit. Vtinam. ſ. i. te miſerā eſſe. alibi. Miſerum quem minus credere eſt. Et erit ſenſus, utinā uere ſis miſera. Vtinam. ſ. i. eſſe. hoc quidam ſic accipiunt. quaſi Phidippus dicat. penes te culpa eſt quā illorum eſſe credebam. & utinā quod credo penes te eſſe culpā, ita eſſe recte ſciam. quia dixit ſe miſerā, & miſeros nō niſi innocentes dicimus, in hoc negocio miſerā te non ſceleſte reperias. ſic Salu. Atq; ea re. eo. ſ. & c. & ideo ſequitur. Sed. n. m. argumentū ex antecedentibus dictis & factis. Nunc. m. in. m. u. recte nunc quaſi aliàs nihil ſuſpicanti. Quod. l. es. o. pro ante. Quū. i. g. c. ut arbitrū capere dicimus. i. eligere, & cum laude locutus eſt Pamphili. Cepimus. elegimus. Virg. Ante loca. ocu. Cum eo. q. m. a. nam in hoc eſt accuſatio ꝙ hæc locuta ſit. Sed argumētum eſt ꝙ celare uoluerit partum. & hoc olim dixit ac pnoctaret, poſt illud quod dixerat. Quid in te ſ ibat ne ad Bacchidem quottidie. Et nota familiariter hoc uerbū poni à Terentio. ſic & in Eunu. Sed & ſi hic pnoctat, quāuis tantū hoc propter ſpectatorē dicitur, ut geſtorū meminerit. Quā. i. u. qa ſola ex omibus defendi nō poteſt. Multo. p. ſ. quā bene pergit, quia taciturnitas pro confeſſione accepta eſt. Verum id. u. hoc intelligi nō poteſt niſi uitium bis numero ſubaudieris. Adoleſcentiæ. melius dixit adoleſcētiæ, quā Pamphili, ut quod in ætate fuerat nō timeret. Nam id natū eſt o. amare in adoleſcētia. At pol. iam. a. mire ſenectutem accuſat ſenex & iam ætatem uelocē oſtendit his uerbis, & addidit ſe quoq; oderit. q. a. non ſolum nō amabit, ſed & odio habebit, & non alienas mulieres modo, nec uxorē quoq;, ſed etiā ſeipſum, plus ergo illatum quā ratio depoſcebat, ſed mire ad defectum ſenis exprimendum. Se quoq; etiā cum. o. i. ut pœniteat eū ſui facti. nec plus dixit quā ſi diceret facta ſua. Sed ut olim oſtendiſti. cum ſuperiora dicta ſunt. Vt filiam abeo, uehementius dixit quā ſi diceret, ut filiam ei non redderes.

Neu quod

Neu quod ego.e.e.r.qđ ab eo abducis,nõ bona ſocrus, ꝙ filiam nõ bo-
na mater es,ꝙ irrita facis quæ geſſi,nõ bona uxor inquit. Nunc res in.ſ.
hoc eſt ꝙ dicit celauiſti partũ. Id nũc res,quaſi dixerit unde ſcio. Quod
fa.u.nõ ſolum ꝙ fecit,ſed etiã quod uoluit obijcit. Neſcio.q.p.ſ.u.deeſt
fieri.peruicacẽ.i. uim agẽtem pnitioſam me eſſe cenſes. Cui deeſt ei uel
circa eam. Cui mater.ſ.rurſus à ueriſimili, an mater cõtra filiam faciat.
Si ex.u.e.h.m.callide mulier ex his quæ dixit,ſemet in defenſionẽ arri-
pit. Nam ille ſic ait, Negabas poſſe filiã tuam te pati cum eo qui mere-
tricem &c.Ex uſu.modo utile,ſi pro noſtra eſſet utilitate. Tum pro.a.
perſona. Aut in.n.r.pſpicere futura,diiudicare præſentia. Audiſtin ex
* aliquo. * ſatis & oratorie. Aliquo.à perſona,bene aliquo,
ademit iudicibus auctoritatẽ. Quid ui.eum di.nõ qd uidiſſet. Exeuntẽ
aut.i.ſic Cic. Cum in hortis fuerit qui unguenta ſumpſerit,qui Baias ui-
derit,non æquũ dixit, aut plectentẽ amicam. Aut intro ſyllepſis prima,
* ut in ludum ducere & reducere. Exeuntẽ aut in. * iacet *
mollis eſt,alluditur de ſequẽtibus ad amicã * criminis *
de conſuetudine. Quid tum poſtea? * quo cõtemnerem crimina
leuiora. Si modeſte.adhibito modo,uel recte cũ pudore aut modeſtia,
aut celatum uoluerit. Nonne diſ.n.duobus modis feruntur peccata. uel
ignoſcendo uel cohibendo. Nam diſſimulare eſt ignominiam fingere.
Magis hu.bene quia & illud humanũ diſſimulare,an magis diſſimula-
re,an quia iraſci & argui humanũ eſt. Magis hu.nota ,p humanius Te-
rentiano more. Qui nos.o.qui unde,uel quãobrem,& recte,Nemo do-
lens quod nõ ametur,id facit quod magis odio ſit. Nam ſi is.p.&c.ora-
torie cõtentus defendiſſe Pamphilũ , hoc ipſo illum quod accuſatus eſt
laudat. Derepente,una pars orationis eſt. Qui cũ.t.c.a.laudat ubiq; eos
Teren.qui conſuetudine molliuntur,ut alibi. Hic paruæ conſuetudinis
cauſſa.h.m.f.f.& mox. Neq; me amor neq;.c.c.ergo ferus quẽ longa cõ-
ſuetudo non cõmouet. Qui cum.t.nõ qui cum ſecũ, aut à quibus. & nõ
à quis. Et cõſueſcit.,pprie dicitur in ſtupro. Non eum.h.d.nõ ſolum in-
quit homo nõ eſſet, id qđ forſitan nihil noſtra intererat , ſed qđ à nobis
maximũ eſt uir ſtabilis filiæ eſſe nõ poſſet. Nec uirum.ſ.uir.modo mari
tus. Nõ eum.h.d.n.uirum.ſ.poteſt & ſic intelligi eum hominẽ dicerem,
qui conſuetudinẽ longi temporis timere abrũperet. Nec ui.ſ.f.g.quẽ res
ueneræ nõ mouerent.nam firmũ hoc etiam poſſumus intelligere uali-
dum in officiũ coitus. ſic Hora. Fortiq; marito deſtinet uxorẽ. Mitte.a.
his uerbis ſolemus cõmentitia argumenta cõtemnere, ut miſericordia
animos maternus his motus,& alibi. Imprudẽs timuit adoleſcẽs,ſi no-
tus ſeruus. Etenim ille dixerat. Verum id uitiũ nunquã decreui eſſe ado
leſcẽtiæ,adeo peruicaci animo,tunc ut puerũ portarẽ. Et q̃ me.p.a.&c.
recte dum mulieri,utpote memor qđ cũ Pãphilo ſit locuta. Et ſo.ſ.ideo
quia timuit ne errata ſua nõ ſeruet Pamphilus,& ideo multi ſciant. Ro-
ga ue.n.&c. uerba quibus cum Pãphilo loquat̃ ſocrus , niſi aliter agat,
reſpon-

reſpondeatur à genero. Recte ego cõſului meæ. Illud inquit nolle ſignũ
erit ꝓuidiſſe filiæ. Siquidẽ ille ipſe nõ uult, & tu ſenſiſti eſſe animaduer-
tendum, quẽadmodum om̃ia quibus ſe defenderit Myrthina in malam
partem accipit Phidippus, & hic magis accuſat. unde illa ſe purgat meli
us. Cuius cõ.ſ.e.p.p. nõ dixit cuius cõſilio repudiũ daretur Pamphilo,
ita ne ad domũ, omnia exitum ſpectant. Eſſe auſam.ſ.h.i.m. abducere fi
liam, celare partum, exponere puerũ. Interdico ne ex. interdico & inter
dico intereſt. dicimus quod iubemus fieri, interdicimus quod uetamus
fieri, dicimus etiã uni generi hominũ, interdicimus diuerſis. Itaq; præ-
toris edicta & interdicta dicũtur, inter dico ſeparatim dicẽdum, legen-
dumq́; quia inter dico ne uelis nõ eſt integrum. Interdico ne.ex.e.æ.id
agitur ne ſub hoc incerto intercipiat̃ puer. & tragœdia fiat ex comœdia.
Meis dictis parere hanc. demonſtratiue & accuſatorie dixit, quaſi tam
contumacẽ. Hanc qui poſtulem, quid eſt hãc, utrum mulierẽ, an uxorẽ,
an contumacẽ fœminam? Ibo intro atq; edicam ſeruis. ſibiipſi hoc dicit.
Edicam.ſ.n.e.ſ. & hoc recte poeta, quia ita opus eſt ne cõpleat Myrrhi-
na quod promiſit de exponẽdo puero. Ait enim inde cõtinuo exponet̃.
Nam ut hic.l.h.ſ. ſic oſtendit̃ cauſſa cur ꝑpetuo celandum ſit ſenibus ui-
tium uirginis. Nam ut hic.l. quantũ iracundiæ habiturus ſit, quantũ fu-
roris. hoc em̃ ſignificat ut & ſimul poeta, quod alibi obſcure facit, hoc
aperte demonſtrat. quod periculũ ſit in fabula, niſi * ſuccurrat. *
Non clam me.i.ſcio. Nec qua uia.ſ.e.p.i.ſcio quomodo ex iracundo pla
cidus fiat. Sentẽtia.e.p.m. de puero exponendo. Hoc mihi unũ ex.p.m.
hoc adhuc inquit malum nõ mihi eueniat. cum euenerit multũ etiam in-
dicta. quaſi cum gemitu & ꝑcontatiue ꝓnunciãdum ſit, & niſi obſcurã
locutionem facit, niſi forte cum, uel qđ ſignificat. Hoc mihi.u.ex.p.&c.
ex om̃ibus malis reliquũ quũ dicat maximũ malum ſignificat. Nã non
mediocre quidem omniũ miſeriarum eſt ultimũ, & inter multa mala reli-
quum quod fit accipimus, poſſumus & nos interrogatiue ꝓnunciare.
Vt puerum.t.cogit. recte tollam quæ ſcio. unde recte tollam ſic. Forma:
in tenebris.n.non quia eſt, ab actiuo queo paſſiuũ facit queor, retinẽdo
participium quia eſt, ſed antique dixit. Neq; detractum. ſolet em̃ fieri.
Ipſe eripuit.i.d. hoc ad exitũ ſpectat * quia ꝑ annulũ fiet co- *
gnitio. Ipſe.e.i.è contrario inquit factum eſt ipſa ut nõ eriperetur. Simul
uereor.p.n.o.n.ſ. ſi ſuſtulimus cogẽte ſene, cum puerum quem expoſcit
uir Pamphilo ante promiſit, cum ſciret alienũ puerum tolli pro ſuo, nõ
ſolum inquit tolli agere, refert alienum uirum etiam pro ſuo.

ACTVS QVARTI SCENA QVARTA.

Tetrametri.

SOSTRATA. PAMPHILVS.

Soſtrata excuſatur Myrrhina paulo poſt accuſabi: tur donec palàm fiet utrãq; uacare culpa

NOn clam me eſt mi gnate tibi me eſſe ſuſpectam, uxorem tuam
Propter meos mores hinc abiſſe, & ſi ea diſſimulas ſedulo.
Verum, ita me Di ament, itaq; obtingãt ex te quæ opto mihi,
Vt nunquam ſciens commerui merito, ut caperet odium illa mei.
Teq; ante quam me ualde amare rebar, ei firmaſti fidem.
Nam mihi intus tuus pater narrauit modò, quo pacto me habueris
Prępoſitam amori tuo, nunc tibi me certũ eſt contra gratiã
Referre, & apud me præmium eſſe poſitum pietatis ſcias,
Mi Pamphile, hoc uobis, & mea commodum famæ eſſe arbitror.
Ego rus abituram hinc cum tuo me eſſe certe decreui patre
Ne mea præſentia obſtet, neu cauſſa ulla reſtet reliqua
Quin tua Philumena ad te redeat. Pam. quæſo quid iſtuc conſilij eſt?
Illius ſtultitia uicta, ex urbe, tu rus habitatum migres?
Haud facies, neq; ſinam, ut q̃ nobis mater maledictũ uelit

Mea

Mea pertinacia dicat eſſe factum, haud tua modeſtia.
Tum tuas amicas te, & cognatas deſerere, & feſtos dies
Mea cauſſa nolo. So. nihil iam mihi iſtæc res uoluptatis ad-
ferunt,
Dum ætatis tẽpus tulit pfuncta ſatis ſum, ſatias me iã tenet
Studiorum iſtorum hæc mihi nunc cura eſt maxuma, ut ne
cui mea
Longinquitas ætatis obſtet, mortemúe exoptet meam.
Hic uideo me eſſe inuiſam immerito, tempus eſt cõcedere.
Sic optime, ut ego opinor, oẽs cauſſas præcidam omnibus.
Et me hac ſuſpitione exoluam, & illis morem geſſero.
Sine me obſecro hoc effugere uolgus, quod male audit,
mulierum. (ret,
Pam. Quã fortunatus cæteris ſum rebus, absq; una hæc fo-
Hanc matrem habens talem, illam autem uxorem. So. ob-
ſecro mi Pamphile
Non tute rem incommodam ut quæq; eſt, in animum in-
ducas pati.
Si cætera ſunt ita ut tu uis. itaq; ut eſſe ego illa exiſtimo
Mi gnate, da ueniam hanc mihi. reduc illam. Pam. uæ mi-
ſero mihi.
So. Et mihi quidem, nam hæc res non minus me male ha-
bet, quàm te gnate mi.

Qđ abſq; hoc eſſet, in Capti- uis Plaut. & infra in Phormi.

NOn clam me eſt. In hac ſcena uelut qualitas negocialis in diſputatione uenit, iuſtũ ne ſit repudiare coniugem cauſſa matris, ut omnino quid fieri debeat. Non clam. uero ordine à purgatione ſui incipit mater abitura, ne ꝙ diſcedit iracundia uideatur. Tibi me eſſe. ſ. i. in ſuſpitioẽ. Et u. eſſe. u. t blandius uxorẽ ſignificauit quã ſi diceret Philomenã, & mores proprie ſenũ dicunt, ut ſenectus moroſa, & moroſi homines qui ſui cuiuſdã moris ſunt. Et ſi ea. d. ſ. quæ ſcio, & ea pro eam rem, ſed abſolute occurrit, ſupra latæ ſentẽtiæ, & genere neutro. & eſt ordo, & ſi ea diſſimulas. Verum ita. m. d. cõiectura quę ſoluitur iureiurando. Nunquã. ſ. c. bona exceptio. quia poſſumus aliquem inſcientem lædere quæ res ad ueniã pertinet. Itaq; ob. ex. te. pro ſe iurat, ueritatẽ Pamphilo probat. ut blanda ſit. Itaq; duæ partes orationis. Nunquã. ſ. c. hic ordo eſt iuriſiurandi, ut cum ꝓpoſuerit, ita ſequat. Ita uelim mihi deos ꝓpitios, ut cũ illius tẽporis mihi uenit in mentẽ. Merito, bene dixit merito, nam ut nos immeritos quis nõ oderit non eſt in mea manu, hæc eſt exceptio Plauti in trinũmo. Vt quid dicant non eſt merito ut ne dicant, & merito ne caperent odiũ, idem eſt culpa ſine merito. Teq; ante ea qua cauſſa. deeſt cauſſa, ut ſit ordo & quã te amare rebar tãtum. Firmaſti. f. m. neq; me fefellit quod ante rebar, & te me amare. Nam ei. r. h. & c. ꝓbationẽ attribuiſti. Nam mi. t. t. p. dixit eñ ſupra. Atq; eam in hoc omne quod mihi ægre eſt euomã, potuit & in euomẽdo narraſſe quod matrẽ filius præpoſuiſſet uxori. Tuus pater. familiarius quã ſi Laches. Amori ſuo. plus dixit quã ſi uxori diceret. Vt. p̃. eſſet. p. laborat mulier, ne qđ dictura odio aut dolore, aut certe ira facere uideatur. Premium. e. p. ſic Virg. Hic pietatis honos hic. ſ. ſ. p̃. l. Mi Pam. hoc & nobis & mihi commodum, rem durã dictura. uide quantis præblandit uerbis, remq; præmollit. Nunc me tibi certum eſt cõtra gratiam, à iuſto contra gratiam, nunc uiciſſim hoc uobis & meæ ab honeſto mi Pamphile. Hoc uobis & meæ, principium hoc aliquid eſt præcantis fœminæ, à blandimento incipit ut libenter audiat. Ego rus. a. h. & c. certũ eſt. certum dixit ne ſit diſſuadendi locus. Cum tuo. a. d. p. hoc addidit certo decreui, ut non audeat diſſuadere filius. Ne. m. p. ab utili. Quid iſtuc. c. eſt? bene quia illa decreui dixerat. Illius à perſona. Stultitia. à cauſſa. Victa. non eñ uolens. Vrbe à loco. Tu. à perſona. Habitatũ. facto illius ſtultitia, uide quã oratorie omnia cõgeſſerit à perſonis, à cauſſis, à locis, à factis. Illius ſtul. ab utili. mire autẽ & rus, & ex urbe, & habitatũ dixit. Vt qui nobis. m. m. u. ab honeſto. Non facies. n. ſ. primo nõ facies, deinde ſi facere ꝑſeueraueris non ſinam. Et non facies, nõ eſt interdicentes, ſed. q. d. nõ te ſcio facturam rem tam prauã. ſunt autẽ qui neq; ſinam iungant interioribus, ſunt qui totum contexte legunt, Non facies uſq; modeſtia, Mea pertinacia dicat

cia dicat eſſe factum. bene retinet, cum uult ſua intereſſe ne fiat. Tum tuas. a. t. c. diſſuadendo cōmiſcuit & honeſtatem & utilitatem. Mea cauſſa n. non eſt ſupbum nolo, ſed conſuetudine dicitur. Nihil pol. i. m. contra omnia, & ab ultimis incipit. Iſtæc res amicæ, cognatæ, dies feſti. Dum ætatis. t. t. tulit ꝑpeſſum eſt, promiſit, & in bonis. n, & in malis dicitur. Dum ætatis. t. t. p. &c. ſi inquit meæ uoluptatis cauſſa exercenda ſunt. iam non delectant, ſi officij ac religionis, iam nō poſſum, quæ ſi minus, iam neceſſaria eſt diuiſio, quia ille & religione incuſauerat feſtorū dierum, dum ætatatis inquit non rep̄hendat, quæ cum potuerim perfuncta ſatis ſum. ſic Virg. Sic patriæ Priamoq; datum. Satietas iam. m. t. nimis materne atq; aniliter. Hæc mi. n. c. eſt. m. hoc nimis ſcio ꝓnūciandum, & ne cui odio quā me tibi diceret. Vt ne cui me. l. æ. hoc ad nurū, expectationē ad filium refert. hic em̄ odio digni parentes expectati appellantur. Longinquitas æta. ob mor. exo. meā, ſedulo agit ſocrus, ne quid ꝑ iram ſtatuiſſe uideatur, uide tantū ut intermiſcet indignationē, & multo dolore deprompta ſunt, quod poeta nō inuitus facit ad mores exprimendos, ꝑſonasq; reddendas. Hic uideo me eſſe inuiſam. quia rus decreuit peregre. non quaſi nurū, ſed ſocrum, & mire inuiſam, & non addidit cui, ſed dixit. Tempus eſt cōcedere quia anus ſum, aut quia nurus in domo om̄es cauſſas præcidam. Oſtendens om̄ibus, bene om̄ibus ne ſpecialiter læſiſſent nurum, & generaliter dixit. Et illis. m. g. mire illis non nurui. Et morē geſſero. acriter dictum, ut oſtendat hoc illos uoluiſſe olim ut expelleretur, ut ſi dicas inimicū tibi morem geſſiſſe, quod ſe ſuſpenderit ſine me ob. h. e. quia dixerat maritus. Omnes ſocrus oderūt nurus. Sine me. o. h. e. potiſſimū eſt extorquere dum aliquid argumentū cum illis quibus cari eſſe debemus, noſtra cauſſa potius quā illorum dicimus. uelle nos aut nolle quod facimus. nā & Pamphilus ſupra dixit, Si non facies, neq; ſinā. Quod male. a. m. ſupra dixit. ab honeſto. Abſq; una. h. f. abſq; etiā, ut ſit aduerbiū magis quā præpoſitio, & una res ſub audienda & totum * ſtatimq; iungēdum. Hanc matrem. h. * talem illam uxorē, uel certe abſq; una foret proba eſſet. Alij hæc de uxore dici putāt, ut abſq; ſit p̄poſitio. Non tute rem in. u. q. &c. Hora. Durū ſed melius ſit patientia, quicquid corrigere eſt nefas. Si cætera. ſ. u. u. unde cætera abſq; uno differenti. Itaq; ut. e. i. e. ꝓpter quā putas non reducendam. Veh mi. m. nec negat nec ꝓmittit, ſed intumeſcit, utpote quia potuit dici ei ſocrus, ergo dubitas de integritate nurus tuæ addidit, ut ego illam eſſe exiſtimo. Da ueniam hanc mihi. nihil potuit pro rerū qualitate reſpōdere, niſi ut ingemiſceret Pamphilus. Et mihi quidem. quid enim & mihi an ei multa ſic in noſtro uſu ſunt.

ACTVS QVARTI SCENA TERTIA.

Octonarij, & quidam quadrati.

LACHES. SOSTRATA. PAMPHILVS.

QVem cum iſtoc ſermonem habueris procul hinc ſtans accepi uxor,
Iſtuc eſt ſapere, qui ubicunq; opus ſit, animum poſſis flectere,
Quod faciundum fortaſſe ſit poſt, idem hoc nunc ſi feceris.
So. Fors fuat pol. La. abi rus ergo hinc, ibi ego te, & tu me feres.
So. Spero ecaſtor. La. i ergo intro, & compone quæ ſimul tecum
Ferantur, dixi. So. ita ut iubes, faciam. Pam. pater.
La. Quid uis Pamphile? Pam. hinc abire matrem? minime. La. quid ita iſtuc uis?
Pam. Quia de uxore incertus ſum etiam quid ſim facturus La. quid eſt?
Quid uis facere, niſi reducere? Pam. equidem cupio, & uix contineo,
Sed non minuam meum conſilium, ex uſu quod eſt id perſe-

perſequar.

Credo ea gratia concordes magis, ſi non reducam fore.

La. Neſcias, uerum id tua refert nihil, utrum illæ fecerint,

Quando hæc abierit, odioſa hæc eſt ætas adoleſcentulis

E medio æquum eſt excedere, poſtremo iam nos fabulæ ſumus

Pamphile ſenex, atq; anus. ſed uideo Phidippum per tempus egredi.

Accedamus.

QVem cũ iſto c.ſ. In hoc colloquio reconciliatio ſenum eſt poſt iurgiũ mixta diſputatione Pam. de nõ reducenda uxore. Procul. nunc prope. Procul hic ſtans ac. u. accepi audiui. & modo uxor ante mulierem, & de uxore dij mala prohibeant. Iſtuc eſt ſa. tunc iſtuc exceptiue dictũ, quaſi cætera ſtulte fecerit, & ſi ſtomachũ retinet quo rep̃hendant cætera. Qui ubicunq; o.ſ. qui pro * inter- * dum abundat. Animũ. p.ſ. modo non alienũ animum, ſed ſuũ flectere, & unde flectere à iurgio ad modeſtiã, & ex cõceſſione ex domo. Animũ. ſ. ad hoc flectere animũ dixit, ut oſtenderet ne nunc quidem purgatã apud ſe Soſtratam de præterita culpa. Quod.ſ.ſ. poſt hæc etiã ſententia uideri generalis, & deeſt ad id, ut ſit flectere ad id qđ faciendũ, poteſt & abſolute accipi, q̊.p̱ q̃ res fienda ſit. qđ poſt faciendũ ſit. i. cõcedendũ, neceſſitate hoc ỽbũ exprimit. Fors fiat pol. fortuna faueat, quaſi aduerſum triſte dicturus eſt, nã fors bona fortuna eſt & ſic ſignificauit. dixerat. n. ille qđ faciendũ ſit poſt fortaſſe. Foras. ſ.p.i bona eueniat. q.d. bona dicito potius aut bona fortuna, ſicut p̱ Pollucẽ Abi rus, hortantis ad celeritatẽ. Virg. Ergo age. c. &c. Ibi. e. te & tu. m. ſ. nõ dixit ibi nos inuicẽ delectabimus, ſed quia ſenex atq; anus eſt. Ego te & tu me. ſ. dixit & ſimul, quia nuper accuſauerat mores ſenũ, ſe uocare uult cauſſam abſceſſionis ſuæ, & ad filiæ culpã aut nurus. Ibi. e. t. aut quia inter nos ſunt mores noti, aut quia utriq; una ætas. & ſic p̱nundatur, ut quaſi hoc ipſum neceſſitate decernat ſenex. Dum dicit abi rus ergo hinc, ubi ego te. ipſa pronunciatio querelã continet de filijs & ſenectute. Spero, e. mire nõ confirmauit mulier, ſed ſperare ſe dixit memor

iurgij

iurgij priſtini & ſenilis amaritudinis, maxime quia & ille nõ dixit, ibi nobis iucũdus, ſed ibi ego te.l.c.i.&.c.q.t.& uſu quotidiano. ſatisq́ moraliter, quia mulieres diu moliuntur, & diu comanẽt dixit. Dixi denunciatio eſt confirmandæ ſententiæ, nec mutanda eſt translata de foro, & cauſidicis. Cice. Præco dixiſſe pronunciat. Dixi. hoc uerbũ in fine additum ſupiora cõfirmat, & eſt propriũ his qui perorauerint cauſſam. Pater. ipſum nomen dehortationẽ ſignificat adiecta pronunciatione pater ſic pronuncia, ut hoc uultuoſe dictũ ſit. Hinc.a.m.facere pręſto quid uis reſpondit. Quid.i.i.u.rem ſupra audiuit & perſonã, nũc cauſſam quærit.q.d.eſto ut uelis quid tantopere nõ uis. Incertus ſum etiã quid ſim facturus, non quid faciã dixit, ſed quid ſim facturus, & incerta molimur, etiã uerbis potuiſſet oſtendere quidẽ, & quid ita iſtuc uis, & quid eſt, eo uultu pronunciatur ut conſiliũ eius & uerba uideatur cõtemnere patris Quid uis fa.n.r. ſic loquitur Laches, ut aliud Pamphilus reſpondere nõ audeat, & id dicit. Equidem.c.&c.ut reducas.ſ.adeo magna cauſſa eſt non reducendi, ut cũ uelit non poſſit. Sed.n.di.m.c.acute ſatis reducendi inquit cupiditas eſt, nõ reducendi conſilium. Id p r o.non ſequar, ſed proſequar ut conſtantiã demonſtraret. Credo ea gratia.c.magis. ſententioſe dixit nunc poſſe inter ſe cõgruere & concordare mulieres, cũ & illa eſſe deſierit ſocrus, & illa nurus. hæc enim inter illas, eſt diſſidioſa cõiunctio, & ſatis ingenioſe dictum. Tolle.n.inter mulieres eſſe nullã proximitatẽ. & nulla cauſſa diſcordiæ eſt. Concordes ma. ſi non magis cõcordes uerũ pro minus diſcordibus dixit, an ut ſeruiret ſententiæ, neſcias utrum cõcordes futuræ ſint an diſcordes. Neſcias uerũ id.t.r. hoc uerbum ex aliqua parte cõfirmantis eſt & conſentientis. utrum conſentientes ſint an diſſentientes, unum de duobus ſignificat. Odioſa eſt hæc.æ.a. ſupra in perſonam ſocrus culpã iratus contulerat diſcordiæ, nunc ut uxori placeẽ & nurui, parem odiorũ cauſſam à perſonis tranſtulit ad ætates. & ita tamen ut magis iuniores accuſaret ei de adoleſcentibus quæſtus cũ miſereatur ſenex. Odioſe.h.æ.a. hoc cũ gemitu puonunciandum eſt. E medio.æ.ex. utrum ex urberus, an ex uita in mortẽ & ſatis moraliter. nam in medio ſtare dicitur ſuperuacuus uel moleſtus, & cũ ſtomacho dixit ſenili. Senex atq;.a. hæc duo nominauit, caput inducat & intẽtionem huiuſmodi fabularũ. Nos iam.f.ſ. ſenex pronũcia. Senex.a. quaſi initium fabulæ. Additũ Pamphile per tempus opportune.

ACTVS QVAR
TI SCENA QVARTA.

Senarij.

PHIDIP.

HIDIPPVS. LACHES. PAMPHILVS.

Ibi quoq; ædepol ſum iratus Philumena Grauiter quidem, nam hercle abs te factum'ſt turpiter,

Tranſferi culpa in al terā anum

Et ſi tibi cauſſa eſt de hac re mater, quæ te impulit,
Huic uero nulla eſt. La. opportune te mihi
Phidippe in ipſo tempore oſtendis. Phi. quid eſt?
Pam. Quid reſpondebo his? aut quo pacto hoc aperiam?
La. Dic filiæ rus conceſſuram hinc Soſtratam,
Ne reuertatur, minus iam quo redeat domum. Ph. ah,
Nullam de his rebus culpam commeruit tua.
A Myrrhina hæc ſunt, mea uxore, exorta omnia.
Mutatio fit, ea nos perturbat Laches.
Pam. Dum ne reducam, turbent porro quàm uelint.
Phi. Ego Pamphile eſſe inter nos, ſi fieri poteſt,
Affinitatem hanc ſanè perpetuam uolo,
Sin eſt ut aliter tua ſiet ſententia,
Accipias puerum. Pam. ſenſit peperiſſe, occidi.
La. Puerum? quem puerum? Phi. natus eſt nobis nepos.
Nam abducta à uobis prægnans fuerat filia,
Neq; fuiſſe prægnantem unquam ante hanc ſciui diem.
La. Bene, ita me Di ament, nuntias, & gaudeo

Natum illum, & illam ſaluam, ſed quid mulieris
Vxorem habes? aut quibus moratam moribus?
Nos ne hoc celatos tam diu? nequeo ſatis,
Quàm hoc mihi uidetur factum praue, proloqui.
Ph. Non tibi illud factum minus placet quàm mihi Laches.
Pam. Et ſi iamdudum fuerat ambiguum hoc mihi,
Nunc non eſt, cum eam iam conſequitur alienus puer.
La. Nulla tibi Pamphile hic iam conſultatio eſt.
Pam. Perij. La. hunc uidere ſæpe optabamus diem,
Cum ex te eſſet aliquis, qui te appellaret patrem.
Euenit, habeo gratiam Dis. Pam. nullus ſum.
La. Reduc uxorem, ac noli aduerſari mihi.
Pam. Pater ſi illa ex me liberos uelles ſibi,
Aut ſe eſſe mecum nuptam, ſatis certo ſcio,
Non me clam haberet, quæ celaſſe intellego.
Nunc, cum eius alienum eſſe à me animum ſentiam,
Nec conuenturum inter nos poſthac eſſe arbitror.
Quamobrem reducam? La. mater quod ſuaſit ſua,
Adoleſcens mulier fecit, mirandum ne id eſt?
Cenſen' te poſſe reperire ullam mulierem,
Quæ careat culpa? an quia non delinquunt uiri?
Ph. Voſmet uidete iam Laches, & tu Pamphile,
Remiſſam opus ſit uobis, an reductam domum.

Vrgetur Pamphilus pueri mentione

Vxor

Vxor quid faciat in manu non eſt mea.
Neutra in re uobis difficultas à me erit.
Sed quid faciemus puero? La. ridicule rogas,
Quidquid futurum eſt, huic reddas ſuum ſcilicet.
Vt alamus noſtrum. Pam. quem ipſe neglexerit pater
Ego alam? La. quid dixti, eho an non alemus Pamphile?
Prodemus quæſo potius? quæ hæc amentia eſt?
Enimuero prorſus iam tacere nequeo,
Nam cogis ea, quæ nolo, ut præſente hoc loquar,
Ignarum cenſes tuarum lachrumarum eſſe me?
Aut quid ſit id, quod ſolicitare ad hunc modum?
Primum ubi hanc dixti cauſſam, te propter tuam
Matrem non poſſe habere hanc uxorem domi,
Pollicita eſt ea, ſe conceſſuram ex ædibus.
Nunc, poſtquã ademptam quoq; hanc tibi cauſſam uides,
Puer quia clam natus eſt, nactus alteram es.
Erras, tui animi ſi me eſſe ignarum putas. **Extrema conflictatio epitaſeos.**
Aliquando tandem huc animum ut adiungas tuum,
Quàm longum ſpatium amandi amicam tibi dedi?
Sumptus, quos feciſti in eam, quàm animo æquo tuli?
Egi, atq; oraui te, uxorem ut duceres,
Tempus dixi eſſe, impulſu duxiſti meo.
Quæ tum, obſecutus mihi, feciſti ut decuerat.

Nunc animum rurſum ad meretricem induxti tuum,
Cui tu obſecutus, facis huic adeo iniuriam.
Nam in eandem uitam te reuolutum denuo
Video eſſe. Pam. me ne? La. te ipſum & facis iniuriam,
Cum fingis falſas cauſſas ad diſcordiam,
Vt cum illa uiuas, teſtem hanc cum abs te amoueris.
Senſitq; adeo uxor, nam ei alia cauſſa quæ fuit,
Quamobrē abs te abiret? Ph. planè hic diuinas, nam id eſt.
Pam. Dabo iuſiurandum nihil eſſe iſtorum tibi. La. ah,
Reduc uxorem, aut quamobrem non opus ſit cedo.
Pam. Non eſt nunc tempus. La. puerum accipias, nam is quidem
In culpa non eſt. poſt de matre uidero.
Pam. Omnibus modis miſer ſum, nec quid agam ſcio,
Tot nunc me rebus miſerum concludit pater.
Abibo hinc, præſens quando promoueo parum.
Nam puerum credo iniuſſu non tollent meo,
Præſertim in ea re cum ſit mihi adiutrix ſocrus.
La. Fugis, hem? nec quidquam certi reſpondes mihi?
Num tibi uidetur eſſe apud ſeſe? ſine
Puerum, Phidippe, mihi cedo, ego alam. Ph. maxume:
Non mirum fecit uxor mea, ſi hoc ægre tulit,
Amaræ mulieres ſunt, non facile hæc ferunt,

Propte-

Propterea hæc ira eſt, nam ipſa narrauit mihi,
Id ego præſente hoc uolebam dicere,
Neq; illi credebam primo, nunc uero palam eſt.
Nam omnino abhorrere animum huic uideo nuptijs.
La. Quid ergo agam Phidippe? quid das conſilij?
Ph. Quid agas? meretricem hanc primũ adeundam cenſeo,
Oremus, accuſemus grauius, deniq; minitemur, ſi cum il-
lo habuerit rem poſtea.
La. Faciam ut mones. eho puer curre ad Bacchidem hanc.
Vicinam noſtram, huc euoca uerbis meis,
Et te oro porrò in hac re adiutor ſis mihi. Ph. ah
Iam dudum dixi, idemq; nunc dico Lache,
Manere affinitatem hanc inter nos uolo,
Si ullo modo eſt ut poſſit, quod ſpero fore
Sed uis me adeſſe unà dum iſtam conuenis?
La. Immo uero abi, aliquam puero nutricem para.

TIbi quoq; ædepol. In hac ſcena ultimus error eſt uicinus. Tibi. æde. q. d. non ſolum matri tuæ, aut etiam ſocrui tuæ. Tibi. q. æ. nam ſic & amicis incuſamus leniter incipientes, & grauiora inferentes. hãc ergo partus cauſſam, leniter incuſat. deinde confirmat inferendo grauiter quidẽ, & ſtatim cauſſam ſubiungit, cur quidem ei iraſcatur. Factum turpiter. quod abſceſſerit domo mariti. Et ſi tibi cauſſa eſt. de hac re cauſſam more ſuo, p defenſione poſuit. ſic in Phor. Quid mihi dicere, aut quã cauſſam reperient demiror, & quæ. cauſſa fuerit ipſe dicit. Mater te imp. Mater te, abſolute, deeſt em̃ nam, ut ſit, nam mater te impulit. Mater, te, i. qualitas remotiua. Huic ue. ipſi matri. Opportune te. m.

p.utrum eſt aut opportune, quia uolebã, & in ipſo tẽpore quando uole-
bam, an opportune mihi in ipſo tẽpore tibi & mihi, & tibi cõmode eue
* niſti * & opportune dictum in ipſo tẽpore oſtendis, oſtẽditur
nobis id quod quærebã. Opportune & in ipſo tẽpore non eſt idem. ete-
nim opportune, cum uerbi gratia inuitati ad ipſum tempus incipiendi
prandij uenimus, in ipſo tempore eſt cum iam prandiũ appoſitum. Aut
quo.p.h.a. hoc modo oſtẽdit neceſſe eſſe ꝙ ſimulet, nec id quod uerũ eſt
dicendum. Dic.ſi.r.c. blande non addidit tuæ, quaſi decori filiæ, & be-
ne nõ ſocrum. ſed Soſtratã. Ne reue. bene uereatur ne odiſſe Soſtratã,
ſed metuere uideat, & quaſi ipſa ſocrus non odiũ meruerit, ſed reueren-
* tiam. Minus quo iam.r. * ut ſit ordo, quo minus redeat. Nulla
de his.re.c. relatio criminis poteſt uideri, Tua. deeſt uxor. quod nomen
inferius poſuit. Tua. cum percuſſione audiẽdum eſt, ut ſubaudiat uxor
ab eo quod dictũ eſt. Mutatio fit. mutationẽ ſuſpitionũ erroremq; ob-
iurgantiũ. Mutatio. deeſt em̃ mutatio criminũ aut culparũ. Si ea.n.p.l.
ea nõ ea mutatio, ſed uxor.i. Myrthina, mutatio fit criminis.ſ.& pecca-
ti.i. uel mei criminis tua ſententia. uel tua ad meam tranſlata eſt culpa.
Turbent ue.q.u. quã uelint, quantũ uelint, eſt tanquã uelint mulierem,
ſed melius eſt quod ſupra diximus. Dum ne reductam turbent. Porrò.
quomodo eſt pius erga matrẽ Pam. ſi paruifacit, utrũ ſocrus ſua pertur-
betur, an mater à ſenibus ſoluitur, ſic quia, quã non eſt generis fœmini-
ni, ſed eſt quantũ perturbent & tumultuent ſignificat uel turbẽtur. Ego
p. hoc pronomen initiũ continet orationis grauiter incœptæ. Ego poſt-
quam emi te.a. Si.f.p. interpoſuit, ut ſupercilium ſoceri demonſtraret.
Si.f.p. recte additum fieri poteſt, quia nõ conuenit rogari à ſocero gene-
rum, ut ſupra dixi. Hanc.ſ.p.u. iam.n. eſt confirmata ſed perpetuam cu-
* pit. Sin eſt ut.a.t.ſ. * uitauit illud quod eſt ignominioſum
ne diſſidium diceret, ut Virg. Grauior ne nuncius uerberet. Accipias.p.
mire quia liberi patrẽ ſequuntur, & mire hoc maxime adiecit, quid ma-
xime recuſat. Pam. & propter hoc uxor quoq; non reducitur. Et accipi-
as pro accipe, ut quieſcas pro quieſce. Senſit.p.o. hoc maxime in opina-
tum eſt Pamphilo, quia ſocrus promiſerat omnes ignoraturos. Senſit.
p. proprie. ſic puerum moraliter primo dubitat quid audiuerit, deinde
quod ſit certius quid audierit dicendo puerũ. Puerum.q.p. bene cum cõ
ſternatione animi quod nunquã fando acceperat. Natus eſt no. bene qa
ambo aui. Nã ab.a uo. bene non abierat, ſed abducta erat, ut magis cul-
pa ſit matris. A uobis. a Pam. Nam ab.a uo.p.f. hoc totum cum indigna
tione in uxorem pronunciandũ eſt. Nec fuiſſe p̃. pregnans eſt ante Gna-
tum, uel ante genitricem. eſt.n.p̃. ante. Bene dij me.a. agit gratias nunci-
anti, ob ſuſceptũ nepotem gaudet liberatã nurum. Natum.i.t.&.i.ſ. p-
prium adfectum refert ſibi nepotẽ, illi filiam eſſe ſeruatã. Et.t.i.ſ. recte
tibi, quia pater puerperę eſt cui dicit. Sed.q.m.u.h. quid mulieris dixit.
ne diceret qualem mulierẽ, aut aliquid grauius, & totũ ꝑcunctatiue po-

tius quã pronunciaret & diceret, peſſimã mulierem, & male moratam
uxorem habes. & rephenſio eſt cum contemptu, & ſic quid hominis, ut
Virg. Tu mi.q.h.r. At cõtra cum honore ſi dicimus, quem hominẽ ha-
bes. Moratam.i.inſtitutã, & eſt principiũ ſine uerbo. Nos.n.c.h. nõ par
tũ celatos dixi, ſed pregnantẽ filiam fuiſſe. Nequeo.ſ.m. magna exagge
ratio. Quã hoc.m.u.f. totũ modeſte, quãuis indignetur, quia apud ma-
ritum uxor non eſt uehemẽtius accuſanda. Quã hoc.m.l. ꝙ pregnãs fue
rat filia, non ꝙ natus eſt puer. Iam tibi illud.f.m.p. quã.m.l. utrũ quia
minus eſt, & magis, quoniã ſequitur, an ironia eſt, ut ſit ordo, nõ mihi
minus placet quã tibi, & placet pro diſplicet intelligimus ut alibi. Tum
me hoſpitem lites ſequi, quã id mihi ſit facile atq; utile. Cum eam conſe
quitur.a.p. alienus ꝙ ſenes gratulant, id maxime lædit Pamphilum.
Alienus pu. metaphora à pecoribus, quæ ut mox nata fuerint matres ſe
quuntur. Virg. Atq; ipſæ memores redeunt in tecta ſuosq; de. Nulla ti-
bi.p. conſultatio eſt de reducenda uxore. Perij hoc ſibi & ipſe Pam. di-
cit. Cum ex.t.a.e.&c. bene hoc putant, quod Pãphilo non uidet hoc eſt
ex illo eſſe quod natum eſt. Euenit habeo.g.d. ꝓprie euenit, ideo & bo-
norum euẽtus dicit. Nullus ſum. ipſe ſibi iterum, hoc ulterius eſt quã pe-
rij. quia cũ aliquis perijt, uel relinquit, uel cadauer eſt. Ac noli. cauſſam
interpoſuit ſenex quo magis faceret ut filius nõ recuſet. Si illa ex me.l.u.
ut adparet tamen cõmentus eſt cauſſam. Si illa ex me. nactus eſt Pãphi-
lus ex uerbis ſenũ cauſſam aliam diſſidij. Aut eſſe me.n. uetuſte mecum
nuptam, & recte, quia partus confirmat nuptialis, & melius nuptã me-
cum quã tectam, & opertã uno cubiculo mecũ. Nubere em̃ eſt operiri,
tegiq;, & unde nubes quod tegere ſolẽt cœlum dicunt. Virg. Arſurasq;
obnubit amictu. Non clam me haberet intelligo. non tacuiſſet partum.
Quæ celaſſe intelligo, nõ dixit natum filiũ, ne interpoſito adfectu inter
moliretur iratus. Nunc cum eius alienũ.a.m.a. præſenti tẽpore. Nec cõ-
uenturã à futuro. Quamobrem reducã. firmior concluſio facta eſt per
interrogationẽ quã ſi eſſet pronunciatiua. Mater qđ ſuaſit.ſ. deriuatiõe
cauſſæ defenſio, & præterea ſtatus eſt uenialis ab imprudentia deſcen-
dens. Sua pro eius, ut Namq; ſuam patriã antiquã ciuis. ah. Adoleſcens
m.f. multa dixit & mater ſua, & adoleſcens mulier, & quaſi docet hoc
exemplo pium patri eſſe. Adoleſcens.m.f.m. bene mirãdum non iraſcẽ-
dum dixit. Miramur em̃ magis ſi amici peccauerint, quũ iraſcimur. Re-
perire.u.m. quaſi dicat ſi hanc repudiaueris. Ad quia.n.d.u. ironice di-
ctum. Non.n. non delinquũt. Voſmet.i.u.l.&c. ne rogaret ſocerũ, ne in-
tereſt. conuenit tibi. ubi certior fit ad repudiandũ generũ. Voſmet.ui.l.
Virg. Vos ô Calliope ꝑcor. Remiſſa.o.ſ.u. in ueris codicibus ſic eſt. re-
miſſam reductam domũ, ut ſit, remiſſa, reducta. Mea uxor.q.f. ordo ux
or mea quid faciat in manu non eſt, deeſt eius, ut ſit in manu eius nõ eſt,
ſed in mea poteſtate poſitum. manu uero uxoris, & eſt ordo, uxor mea
quid faciat in manu eius non eſt. Neutra.in.r.u.d. ꝓmittit facilitatẽ ſuã,
ut tamen

ut tamen uxor rogãda ſit aut aliter, ut ſupra annotauimus. Sed quid fa. d.p. & quid de me ſiet, qui utiq; quicquid erit patri reddendus eſt puer. Huic re. Pamphilo. Ridicule. r. ridicule uel aduerbiũ eſſe poteſt, uel nomen. ſi nomen eſt ſubdiſtingue ridicule, & ſi cinterrogas cum ui ꝓnunciationis. Huic ſuũ. r. ſ. ſic dixit huic ſuũ & reddas. quaſi repoſcat, & Pã. non ſubiunxit ut alat, ſed ut alamus. ut ſua quoq; intereſſe monſtraret. Vt alamus. n. ſ. Pamphili filium nepotẽ meum utrũq; noſtrum. Quem i. n. ſi ipſe legeris. clare dictũ eſt, ſi ipſe pater lenius eſt, & uidebit ſenex ob murmurationẽ eius intellexiſſe, non quod uoluit puerũ tolli, & ideo adpoſitũ quod dixit. Quẽ. i. n. legitur & ipſa. & hoc eſt melius ut ſit pater uocatiuus caſus. Quem. i. n. p. e. alam, hoc ſibi obmurmurans uultu & uerbis reſpondit uelle ſuſcipere filium. At non. a. p. quanquã faciendum ſit contrario uultu ſenex ꝓnũciatione demõſtrare qđ ſcelus ſit non feciſſe. Prodemus. p. p. deferemus, proiiciemus, porrò dabimus. Virg. Vnius ob iram ꝓdimur. nam à quo defendendi ſumus ſi nos deſerit pater? Enimuero Pam. multa reticentia de filiorum uitiis eſſe, defenſione quoq; apud ſoceros uocatiui parentes ſæpe Terentius demonſtrauit, & præcipue in Andria cum dicit. Ego illud ſedulo. n. f. i. ſ. Iam. t. ne. quãuis tacendum ſit. Ignarum ce. t. l. e. & meretricẽ Pamphilus tuarum lachrymarum eſſe me. adparet illum à Soſtrata hoc audiſſe. nam ipſa filiũ deprehenderat flentem. Sollicitare, perturbas, cõmoueare, Ad. h. m. i. immoderate. Primũ. h. u. c. à ſummo ad imũ. Nactus al. es, nanciſci ꝓprie dicitur qui paratur ad tenẽdum antequã poſſit reperire qđ teneat, ſtatim quod accurrat prehendit. Aliquando tamẽ. h. a. u. a. t. mire eſt tẽporis interiectio, & aliquãdo ut tandem abducas tuũ. deeſt fac. ſed plenum ꝓnunciatiõe eſt quã lõgum ſpaciũ ab ante actis. Sũptus. q. f. i. & c. recte hoc dixit. quia imperabilior eſſe debet indulgentiſſimus pater, ut alibi. Tum patris pudor, qui tam leni paſſus eſt animo. Egi. a. o. agit, q iuſtã rem dicit, orat, qui animo demiſſo p̃catur, ut quaſi beneficiũ præſtetur. Sibi tempus, dixit eſſe tempus, quia diu multũq; ſuſtinuit tẽpus dixiſſe. Impulſu. d. m. multũ ualet ad ſuadẽdum laudatio eius apud quẽ agimus, & ex ea parte laudatio qua illum poſſumus inflecti. Qui tunc obſe. mihi ut decuerat, ordo, quæ feciſti tunc obſecutus mihi. Vt. d. n. a. ad. m. hoc uultuoſe & demiſſo labro, ut adpareat inuitũ duci ad reprehendendum, quia laudauerit modo quę tu feciſti, iuueniliter ſentis, quia non dixerit multũ amans facis huic iniuriã, ſed cui obſecutus ob meretricis ſuperbiã non ferendam. Nam in eandem. u. d. parcius uitam dixit quã flagitium atq; libidinẽ. Te reuolutum non. r. ſed reuolutũ eſſe tanquã inuitum aut neſcium, reliquit eñ quandam ueniam ut uelit eſſe correptio. Me ne? hoc genus interrogationis negatiuã habet ſignificationẽ. Et. f. i. pro facis iniuſte. Vt cum illa. u. grauius eſt cum meretrice uiuere, quã meretricem amare. Teſtem hanc. c. a. t. a. laudata eſt hic uxor modeſta cum illam teſtem non impeditricẽ adpellet ſocer, Senſitq; adeo. u. n. e. c. aliud

r.c. aliud argumentū à quo uult Pamphilum referri nō ſolum illius, ſed etiam uxoris culpam, etiā hinc inde accuſari nō ſocerū. Plane. hic d.n.i. diuinat dixit pro uerū dicit, & non diuinat de pterito dictum. unde prouerbium aiunt diuinare ſapientē, quia qui dicit uerū de his diuinus eſt. Dabo iuſiurandum. ubi argumenta & teſtimonia deficiunt, ibi iureiurando opus eſt. i. * Nihil eſſe. i. t. ſatis concinne dixit iſtorū, ne ſingulis cōmemoraretur. Reduc. u. aut qua de re. n. ſ. o. c. quia Pāphilus hoc ſolum defendit nō deeſſe quod pater putat, nec cauſſam quæ uera eſt protulit, ideo ſenex relicta tota quæſtiōe redijt ad id qđ agitur. & ait reduc uxorē, aut dic quæ res uetat. Non. o. ſ. c. n. t. quia ſocer adeſt, & oratorie confugit ad deditionē, defenſione titubante. Accipias. pro accipe. iam accuſatur ea cur accipiat. Nā is qui, in. c. n. eſt. in hoc dicto eſt quædam faceta irriſio eius qui nimis iracundus ſit. Poſt de. m. bene de matre conceditur, & de puero extorqueat quia ſcit parādum concordiam firmā per filiū. Omnibus. m. m. ſ. quid eſt omnibus modis miſer ſum, ait rem & circa parentē, is circa uxorē manet iam in reducenda, & in nō reducenda, miſer ſum. an miſer ſum cum maxime obtruditur qđ maxime fugio, uel puerū concludit pater, translatio de fera indagata, ſic Cicero, Circūdatos uerri cācellos ait. Nam. p. in. c. omnia facit poeta, aut ne rem palam faciat, aut intercidat diuortiū. Præſertim in ea re. ſ. quæ dixit. cōtinuo exponetur. Fugis hem. ex uerbis patris oſtendere uoluit qđ agat Pam. & ille abibo dixit, hic fugis. Num tibi. u. e. a. ſ. ſ. quaſi ob amorem meretricis inſanus. Sine, ſine ſeparatim accipe quia uim habet comminātis. Amaræ. m. quaſi uir dixit. Amaræ mulieres. non eñ abūdat. ſed cauſſam dixit unde uxor offenderit Pam. Non facile. h. ſ. nō facile ferunt pellicatū, neq; amorem aliarum in uiris. Nam ipſa. n. m. utrum fingit hæc dixiſſe filiā ſibi an uero * non factum eſt, ego neutrum puto, & ſic intelligo, ꝙ de uxore ſua dicat. Ipſa nat. m. ſecundū illud qđ ſupra dixit, Nunc mihi in mentē uenit de hac re quod locuta es olim cū illum. g. a. c. Neq; illi. c. p. quare non credebas. nam qui amaræ ad hanc mulieres ſunt, & ſępe de nihilo ſuſpicioſe. & bene hoc addit, ne timuiſſe generum uideretur. A nuptijs. non dixit filia mea, ſed quod pater Pamphili magis doleat. A nuptijs. nam Philomenā nolle irati eſt. odiſſe nuptias amatoris. Quid. e. a. p. mire cōturbatur pater, quaſi res ſua tantū cogatur & uide quēadmodum poeta latenter feſtinet ad rerū cognitionem. Meretricē. h. bene hanc quæ interturbat. ſic eñ ſumitur hoc ꝓnomen ut Hanccine ego. u. p. p. & Tuamq; hanc animā effundere. d. i. malam hanc. q. d. hanc quæ nos ꝑturbat. Primū. bene primū, ut intelligamus, deinde Pam. oremus, & iterū rogemus, an quod eſt uerius omni genere eloquio cōmoneamus, unde oratores orare & porare dicūtur, & orator nomē accipitur. Virg. Talibus orabat dictis. ſ. i. nam qui erat accuſaturus aut cōmoniturus oremus. Accuſemus ideſt eloquamur. poteſt intelligi & rogemus, ſed non cōuenit perſonæ potior, & ipſi cauſſæ

uerborum ordini. Si cum.i.h.p.r.ut in Eunuch. Quo cum tum rem habebam hoſpite. Bacchidem.u.h.ſic maluit quã meretricẽ dicere. ne graue ſit cũ ea ſeni loqui, niſi quia uicina eſt. Huc.e.u.m.bene ſeruata ſunt perſonis congruentia. nam ſocerũ mouere hanc rem incertã non decuit, & facere, ut cum pellice filiæ ſuæ mitius ſermocinaret. & huc.e.u.m. deeſt eam. Si.u.m.&c. manere uel ut maneat. Sed uis adeſſe.u.m.d.i.c. melius pronunciaueris ſi remittente & implorante hoc uultu dicere cœperis. Phidippũ quaſi non oporteat intereſſe ſocerũ adeo mutat ſententiam Laches, & relegat eum in procurationẽ alterius rei. Nutricem para puero, id eſt quære.

ACTVS QVINTI

SCENA PRIMA.

Octonarij, & unus dimeter catalecticus.

BACCHIS. LACCHES.

Occaſio καταστροφῆς.

NOn hoc de nihilo eſt, quod Laches nunc me conuentam eſſe expetit,
Nec pol me multum fallit, quin quod ſuſpicor ſit quod uelit.
La. Videndum eſt, ne minus propter irã hanc impetrem quàm poſſiem,
At ne quid faciam plus, quod poſt me non feciſſe ſatius ſit.
Aggrediar. Bacchis ſalue. Ba. ſalue Laches. La. credo ædepol te.
Non nihil mirari Bacchis, quid ſit, quapropter te huc foras puerum euocare iuſſi.
Ba. Ego pol quoq; etiam timida ſum, cũ uenit mihi in mentem quæ ſim,

Ne nomẽ

Ne nomen quæſtus mihi obſtet, nam mores facile tutor.
La. Si uera dicis, nihil tibi pericli eſt à me mulier, nam
Iam ea ætate ſum, ut non ſit peccato mihi ignoſci æquum,
Quo magis omnes res cautius ne temere faciam accurro
Nam ſi id non facis, facturaúe es, bonas quod par eſt, facere, inſcitum
Offerre iniuriam tibi me immerenti iniquum eſt.
Ba. Eſt magna caſtor gratia de hac re quam tibi habeam,
Nam qui poſt factam iniuriam ſe expurget, parum mihi proſit.
Sed quid iſtuc eſt? La. meum receptas filium ad te Pamphilum. Ba. ah,
La. Sine dicam. uxorem hanc prius quam duxit, uoſtram amorem pertuli.
Mane, non dum etiam dixi id, quod uolui. hic nunc uxorem habet,
Quære alium tibi amicum firmiorem, dum tempus conſulendi eſt.
Nam neq; ille hoc animo erit, neq; pol tu eadem iſtac etate.
Ba. Quis id ait? La. ſocrus. Ba. me ne? La. te ipſam & filiam abduxit ſuam,
Puerumq; ob eã rem clam uoluit, qui natus eſt, extinguere
Ba. Aliud ſi ſcirẽ, quid firmare meã apud uos poſſiem fidẽ,

Sanctius quàm iuſiurandum, id pollicerer tibi Laches,
Me ſegregatum habuiſſe, uxorē ut duxit, à me Pamphilū.
La. Lepida es. ſed ſcin' quid uolo potius ſodes facies? Ba. quid uís? cedo.
La. Eas ad mulieres huc intro, atq; iſtoc iuſiurandum idem
Polliceare illis, exple animum his, teq; hoc crimine expedi
Ba. Faciam, quod pol ſi eſſet alia ex hoc quæſtu haud faceret ſcio,
Vt te tali cauſſa nuptæ mulieri ſe oſtenderet.
Sed eſſe falſa fama nolo gnatum ſuſpectum tuum,
Nec leuiorem uobis, quibus eſt minime æquum, uiderier
Immerito, nam meritus de me eſt, quod queam illi ut commodem.
La. Facilem, beneuolumq; lingua tua iam tibi me reddidit,
Nam nō ſunt ſolæ arbitratæ hæ, ego quoq; hoc etiā credidi
Nunc autem cum ego te eſſe præter noſtram opinionem comperi,
Fac eadem ut ſis, porrò noſtra utere amicitia, ut uoles.
Aliter ſi facias. ſed reprimam me, ne ægre quidquam ex me audias.
Verum te hoc moneo unum, qualis ſim amicus, aut quid poſſiem,
Potius, quàm inimicus, periculum facias. Ba. faciā ſedulo.

Non

NOn hoc de nihilo eſt. Rarus uitæ color in hac locutione miſcetur à perſona poetę. Nam meretrix loquitur & ſenex, & quod eſt mirabilius bona meretrix, mitis ſenex, & ut intelligas laboraſſe Terentium ut à lege comicorum recederet, & in actu tantum conſuetudinē eius retineret. cū uero dixit hoc de nihilo eſt, debet mirari meretrix, cū ab ſene dicitur debet timere, cū ad patrē. debet ſuſpicari aliquid, huius amator. nam maritus eſt Non.h.d.n.eſt. cōiecturalis cauſſa eſt. recipis Pāphilum, non recipio. Nec.p.m.f. quin quod ſuſpicor. ordo eſt & ſenſus hic eſt. nec pol me multum fallit, quin quod uelit hoc ſit quod ſuſpicor. Quin.q.ſ. credo quin quod uelit ſit quod ſuſpicor: Ne.m.p.t. quia non erat uериſimile beniuolum eſſe patrem meretrici interturbāti. reddit rationem ſenex cur agat mitius, nec uideatur perſonæ modus nō eſſe ſeruatus. Nō.p.m.m.f. ſenſus hic eſt quod minus ſit, quod me uocat, quod ſuſpicor. Videndum eſt, prouidendū. cauendum. Impetrem, impetrē, perficiam, dictum à parendo cuius rei difficultas ob tarditatē complendarum nuptiarū, etiam ad alia negocia, quæ ſunt ardua, uerbū hoc cōmodauit ac dedit. qui poſt me minus feciſſe ſatius ſit. ſatisfaciendo miſ nuiſſe ſatius eſt ſi ſic ꝓuideatur acceperis, erit ſenſus ne quid faciā plus, poſt quod modum ꝓmittāt, ne uideatur ſatius minus feciſſe. ſi ſit id aut erit acceperis, erit ſenſus, uidendum eſt ne quid plus faciā quod cum fecero, poſtea ſatius ſit minorē eſſe & ſatis facere, aut certe duas res ſignificat, quibus inter utrūq; temperandum eſſe demonſtrat. ut illud ſupra de leuitate tenēda per hoc infra auctoritatē defendendū eſſe cōmoneat. An minus feciſſe pro pœnitere. ſic enim ueteres dicebāt minus factum, & nolo factum, cum alicuius rei eos pœnitebat, ſic modo ſit, pro uideatꝰ poſuit. Aggrediar.h.ſ.o. bene aggrediar, quaſi rem arduam & incongruam ſeni. uel aggrediar, ut meretricē circunueniā. Virg. Talibus aggrediar ue. ſatur. dic. Bacchis.ſ. non ita meretrici obſequitꝰ ſenex quānquā uult illam adimere timore perſonæ ſuæ. Credo.æ.te nō.n.m. ipſum ꝓhœmiū mollius & lenius eſt, ut oſtendat ſe non iurgaturū ſenex. Quid ſit, deeſt rei, ut ſit quid ſit rei. Ego quoq; pol etiā timida ſum. parel contertium, ut Multa quoq; & bello paſſus. obſequēter poſuit nō ſolum ſe mirari, ſed pauere. Ego.q p. & bene etiā, ut hoc dicat non ſolum miror ſed etiā timeo, & noue timida ſum ꝓ timeo. Ne nomē mi.q.i. nomen qđ ineſt meo quæſtui, quæſtui quē exerceo.ſ.i. qđ eſt quæſtui mihi. Quæſtui. deeſt quod meretrix ſum. legitur & nomen meum quæſtu obſtet. Siue.d. interrogabo.ſ. non ſit, nō uideatur. Iam.æ. ea ſum ut non ſiet qā ipſe non ueniā do, an quia iam mihi peccanti nō danda eſt, & eſt ordo, ut non ſit mihi æquū peccato ignoſci, neceſſaria igitur ambiguitas, aut utrum ſit prouideatꝰ, & peccato pro peccatorū, aut peccato mihi pro pec

cante, aut peccato meo, aut deeſt in, ut ſit in peccato. Cautius ne te fa. ſeniliter additũ poſt ne temere. Facturaue es. ſi non facies. Inſcitũ me. f. ſi iniuriã faciam. Offerre. i. offerimus iniuriã non merenti, reddimus ei q meretur. Inſcitum of. inſcitũ inelegans non bonũ eſt, bene non dixit dura aut quid tale ſed inſcitũ, quo uerbo maxime mulieres & meretrices utuntur. Scitum eñ dicunt quod placet, inſcitũ quod diſplicet, ut Pere caſtor ſcitus puer. n. eſt. P. hoc tale eſt quod dixit inſcitũ ex abundanti, quale eſt apud Virg. Ne poſt arma ulla. a. n. r. a. Eſt ma. e. g, imitatur hic & ſenile & fœmininũ tardiloquium, ſuffecerat ago gratias. nam ſic quidem in Adelphis ait, Indignũ te eſſe iniuria hac, indignis cum egomet acceptus ſum modis. Parũ. m. ꝓ. ſi. ſi accipiat, ut ſupra eſt *

* eſt aut tu es edita intelligendum, quaſi dixerit multũ mihi nocuerit, immo me euerterit. Sed quid. i, eſt? nunc demũ ad rem redit. Meum re. f. intentio criminis & nõ recipis, ſed receptas, & ne diceret quod tu meũ receptas filium. Meũ. r. f. ꝓpoſitio accuſatoria eſt. & breuiter propoſuit crimen quod poſtea dilatat, & frequentatiuo uſus eſt uerbo, ꝙ nõ raro ſed frequenter receptet. Meum. r. f. atteſtatur coniectura. quæ cõiectura

* diluitur per * .i. iuſiurandum, ac tormenta ſeruoꝝ. Ah. q. f. reclamauit meretrix ſtatim, & uoluit cõtradicere ſi ꝑmitteret ſenex. Sic. d. Virg. Sine me hæc. h. h. n. m. f. Vxorem priuſquã. h. d. hanc quaſi moleſtam, & quæ hæc nolit pati. Priuſquã. h. d. ante rem à ꝑteritis & ante actis. Veſtrum. a. p. apoſiopeſis ut in Heauton. Aut ne illud ut multũ ferrent ſi uiuo, non iam tute cohibes. Veſtrum. non ipſius Pamphili, ergo blande & honorifice. non enim illius amorẽ & nõ quæſitũ, ſed amorem ueſtrum nihil potuit dici familiarius. pertuli autem quantã uim patientiæ habet tantã & ponderis, ne lædi mereat̃ ulterius uxorem. Vxorem priuſquã. à perſona ſua priuſquã pertuli dixit, & quia multũ diuq; amauerit pertuli dixit, quæ longi tẽporis ſignificatio. Nondum etiam dixi quod & uolui. adparet ſenem tarde, & longum loquẽtem interpellari multum reſpõſum meretrici, quũ ille ſibi ſilentiũ præberi uelit. Sic Virg. latinũ inducit dicentẽ. Sine me aut mollia factis. ſ. ſ. a. a. ſed ad poſtremũ detur, non ut primũ fateri potuit ſic incipit ore. Mane nondum etiam, apoſiopeſis tertia. Hic nunc uxorẽ habet. cum denũciatione ꝓnũciãdum eſt. q. d. alia res eſt. Quære alium tibi firmiorẽ, magna realitas in renunciatiõe, magna ꝓprietas ſic eñ dicimus quære tibi. Virg. Quærat ſibi fœdera Turnus. Quære alium tibi firmiorẽ. firmiorem pro firmo. non eñ firmũ concedit eſſe Pamphilum, quẽ uult intelligi deceptorem eſſe Bacchidis, non iam amatorẽ ſtabilem. Quære aliũ tibi firmiorem. oratorie ſenex quaſi conſulit meretrici quã uocauerat incuſandã. Quære alium, à ꝑſentibus & à futuris. Firmiorẽ. a. callide ſenex quaſi iã non Pamphilo conſulit, ſed Bacchidi. Quære alium dixit. Dum. t. c. eſt ſenſus, dum ætas in flore poſita eſt, facies uendibilis nunc etiã eſt. & eſt ordo. dum tempus eſt conſulendi tibi & bis ſubaudiendũ eſt tibi. Nam

neq;

neq;.h.a.i.e.ætate,puidet quoniã longa ætas eſt.Neq; pol ut eadẽ iſtac.
* prius ætatem aduerbiũ,& poſterius nomen.Quis.non *
eſt interrogatio,ſed firma negatio.Quis id ait.cum dicat ſenex meũ re-
ceptas filium,mirum eſt illã dicere quis id ait,ſed ab accuſante teſtimo-
niũ quærit,& bene ait quaſi uanum,ſic eñ dicimus ait animo de rebus
nugatorijs. Socrus,terribiliter.quaſi quæ ſciat maxime,& quæ maxi-
me doleat.ergo oculis & labris pronunciandũ eſt. Quis id ait,morali-
ter meretrix miſſa fecit oĩa quæ in mediũ ſenex contulit.& ſoli inten-
tioni meum receptas filium ad te Pamphilum. quis id ait reſpondit. Et
filiam addidit ſuam,addidit ad pſonã teſtis & facta,quia minus idone-
umuidebatur ſocrũ dixiſſe de pellice, & ſimul oſtendit quantope hoc
animaduertendũ ſit,ex quo tantæ turbæ ſint cõcitatæ. Abduxit ſuam,
abduxit proprie,accerſi eñ dicitur ad maritũ,abducta à marito ad di-
uortium ſic. Virg. Et geminas abducere pactas. Puerum qui ob eã rẽm.
hoc ſic pronunciat ſenex quaſi qui dicat. Ecce quarũ rerum tu cauſſa,&
hæc oratio de his eſt,quibus oſtẽdimus nos poſſe grauiter accuſare ſed
nolle. Apud uos.p.ſ.bene uos,quia & hic dicit ſocrus. Aliud ſi.ſc.qui.
ſ.mire dum quærit quod inter fidem.fidem ſibi acquiſiuit atq; aſcripſit.
Sanctius quã iu. bene dum aliud agit etiam perſonam cõmendat. nam
non eſt leuis qui iureiurando nihil ſanctius ſciat. Sanctius firmius.
Me ſeggregatũ.h.u.bono ſignificatu uſa eſt,quaſi ipſa hęc fecerit,& be
ne ſegregatũ.non.n.diſiunctum aut repudiatũ proprie diceret. Vt duxi
à me.p.ut aduerbiũ eſt tẽporis pro ex quo. Lepida es.ſenex cũ meretri-
ce loquens eo nomine laudauit eã, quo meretrices ſolent laudari, quaſi
quo matresfamilias,ſic & ſupra cũ ſcitum ſe diceret rationẽ habuit qua
eſt cum qua loqueretur. Sed ſcin.quid.u.p.hinc deliberatiua incipit. So
des,ſi audes,ſi uis. Eas ad mu.h.intro.non dixit ad ſocrum & ad uxorẽ
terribilia nomina & inimica meretricis & quod facile eſt. Ad mulieres
ſic alibi. Mulier mulieri cõuenit, & ne longe uideretur addidit hic intro
Atq; iſtuc iuſſu. i. quod tu mihi pollicebaris. Exple.a. quo illis proſis.
Quod pol ſi alia eſſet ex hoc quæſtu. uigilanter poeta uel nõ uerisimilẽ
uideretur nullã feciſſe meretricẽ,ideo ipſe lectorẽ præuenit,& ſic ferè in
omnibus Teren. Quæ minus peruulgata ſint quæq; ab horrenda con-
ſuetudine agit. Vt de tali cauſſa.i.amore mariti eius & pellicatũ. Nuptę
m.ſe.o.plus dixit quã nuptam alloquereť,ſed nolo falſa fama eſſe.bene
quo ſit gratioſior.nõ propter ſe dixit.qđ facit facere. Nec leuiorẽ.u. qđ
leuiorẽ an minus carũ ut cõtra grauis intelligiť. Vir. Ferit enſe.u.ſ. Gra-
uis etiam moleſtus intelligiť. ut Salu. Grauiorẽ bello qui prohibitus ue-
nerant ſocij frigere grauis etiã languidus. Virg. Aut ubi.m.&c. Leuior.
ut contra grauis honore dignus & carus quibus eſt æquũ parentibus.ſ.
Immerito.bona exceptio.hoc.n.& cauere nobis & præſtare alijs poſſi-
mus immerito. Nam meritus eſt de me Parmeno. Meritus eſt de me qđ
queam illi ut cõmodem & hoc artificioſe Terent, ne uel meretricẽ dure

à Pam-

à Pam. ſegregaret. Quod quęam illi. ut cōmode. ſic in Andria. Magis, id adeo ut mihi incōmodet, quā ut obſequatur Gnato. Facilē beniuolūq; lingua. i. facilem ad peccatū, beniuolum ad iracundiam retulit. Lingua tua cōſuetudine magis quā ratione dicit̄, lingua ergo pro homine ipſo. Lingua tua iam ſubdiſtingue iam ut adpareat ſi lingua iam quantum an magis fama. Iam noſter. Solæ arbitratæ. hoc nunc fatetur ſe quoq; accuſatorē fuiſſe, nunc uero beniuolū factum. Hæç. cum appoſtrapha. Ego quoq; & ſuperuacuæ poſitæ ſunt ſed ad hæc quoq; affirmationem oſtendunt præter noſtrā opinionem. hoc eſt innoxia. Fac eadē ut ſis porrò. hoc eſt perſeuera, purgata eſſe uult em̄ & de furo cautū eſſe. ut ſupra. Nam ſi id facis facturaue es. Noſtra utere amicitia. non iam amore ſed amicitia. Aliter ſi facies * Ne ægre quicquā ex me audies, * utrum ægre pro male, an ægre pro inuita. Vnum hoc te moneo. unum hoc figura oratoria. * dicitur. Qualis ſim amicus, aut quid poſſim in ſecunda ratione. Salu. ad Iugurthā me uim magis quā beniuolentiam experiri malle. qualis ſum amicus, aut quid poſſim hoc genus cōminatiōis minus habet amaritudinis, ſed plurimū grauitatis. & Sal. Nam uim quā miſericordiā eius experiri mallem.

ACTVS QVINTI

SCENA SECVNDA.

Septenarij catalectici quidam, & unus dimeter catalecticus.

PHIDIPPVS. LACHES. BACHIS.

Nihil apud me tibi defieri patiar, quàm quod opus ſit
Benigne præbeatur.
Sed cum tu ſatura, atq; æbria eris, puer ut ſatur ſit facito.
La. Noſter ſocer uideo uenit, puero nutricem adduxit.
Phidippe Bacchis deierat perſancte. Ph. hæccine ea eſt?
La. hæc eſt.
Ph. Nec

Ph. Nec pol iſtæ metuunt Deos, neq; has reſpicere deos opinor.

Ba. Ancillas dedo, quolibet cruciatu per me exquire,

Licet hæc res hic agit, Pamphilo me facere ut redeat uxor

Oportet, quod ſi perficio, non pœnitet me famæ,

Solam feciſſe id quod aliæ meretrices facere fugitant.

La. Phidippe noſtras mulieres ſuſpectas fuiſſe falſo,

Nobis in re ipſa inuenimus, porrò hanc nunc experiamur,

Nam ſi comperit crimini tua ſe falſo uxor credidiſſe,

Miſſam iram faciet. ſin autem eſt ob eam rem iratus gnatus

Quod peperit uxor clam, id leue eſt, cito ab eo hæc ira abſcedet.

Profecto in hac re nihil mali eſt, quod ſit diſſidio dignum.

Ph. Velim quidem hercle. La. exquire, adeſt, quod ſatis ſit faciet. Ba. faciam.

Phi. Quid iſtæc mihi narras? an quia non tute ipſe audiſti dudum

De hac re animus meus ut ſit Laches. illis modo exple animum.

La. Quæſo ædepol Bacchis, quod mihi es pollicita, tute ut ſerues.

Ba. Ob eam rem uis ut ego introeam? La. i atq; exple animum his, ut credant.

Ba. Eo, & ſi ſcio pol his fore meum conſpectum inuiſum hodie

Nam nupta meretrici hoſtis eſt, à uiro ubi ſegregata eſt.

La. At hæ amicæ erunt, ubi quãobrem adueneris, reſciſcẽt.

Ph. At eaſdem amicas fore tibi promitto, rem ubi cognouerint,

Nam illas errore, & te ſimul ſuſpitione exolues.

Ba. Perij, pudet Philumenę. ſequimini me intro huc ambæ

La. Quid eſt, quod mihi malim, quàm quod huic intellegò euenire?

Vt gratiam ineat ſine ſuo diſpendio, & mihi unà proſit.

Nam ſi eſt, ut hæc nunc Pamphilum uere ab ſe ſegregarit,

Scit ſibi nobilitatem ex eo, & rem natam, & gloriam eſſe.

Referetq; gratiam, ei unaq; nos ſibi opera amicos iunget.

NIhil. a. m. t. &c. Verba nutricis fuiſſe poeta demõſtrat petentis pro ordine longo quæ ſibi præbenda ſunt, unde quaſi tedioſi incultoris generaliter hæc reſpondit. Nihil apud me tibi defieri patiar, & apud dixit, pro apud eum ubi futura eſt. Defieri patiar, noluit dicere deeſt, ſed defieri dixit, ut in quo minus ſuſcitauit & magis delectet auditũ. Benigne præbeat, benigne large, hoc enim gratius non ſolũ præbere, ſed benigne præbere. Cũ tu ſatura atq; ebria eris, hoc eſt in nutricibus non ſolum non turpe, ſed etiam neceſſariũ, & hic ſatur & hæc ſatura facit. Noſter ſocer. u. u. noſter blandientis dictum eſt. Virg. Noſter eris, hoc & magis conſuetudine dictum eſt quã integritate, aut certe ordo eſt. Noſter ſocer eſt, & certe uideo, aut deeſt ut, ut ſit ut uideo. Deierat, deos iurat, ut maria. a. l. Aut ualde iurat, ſi producte ualde iurat, & bene ſenem iratũ præoccupauit dicendo, deierat ſancte, ne confligeret cũ meretrice, & fieret fabula longior. Hæc eſt amitanda. i. irati cõtemplatio. q. d. hæc eſt quã uxori Pamphilus

philus anteponit. Nec pol.i.m.d. hoc argumentũ eſt non illam uera iurare ſanctum, aut iuſiurandũ, aut metu religioſior, aut ſupplicio ſacrilegior, aut uere nec religioſę ſunt meretrices inquit, nec dant pœnas, quippe quæ à dijs contẽnantur. Tale eſt apud Virg. Si uiolatur lucus cũ uindicatur nõ eſt. Sed faciles Nymphæ riſere ſacello. Nec has reſpicere deos, nec merentur ut dijs pœnas referant, & eſt amphibologia quæ ſenſu manifeſta eſt. Nec has re.d.o. fœliciores ſunt inquit quã ij quos dij uindicant. Ancillas dedo quo lu. repudiato iureiurando ad illud tranſit firmius documentũ. Quo lubet &c. hoc eſt per me pmittente. Hæc res hic agitur, hoc ſic intelligendũ eſt, quaſi qui dicat, ſic agebamus cũ tu adueniſres, aut cũ aſſeueratione pronunciandũ eſt, ut ſit res uarietas: q.d. hic nõ uerba ſunt, ſed res agit, propoſitio eorũ quæ dictura eſt hoc modo, hæc res hic agit, quæ res Pamphilo me facere, ut redeat uxor oportet. Quod ſi per. nõ pœnitet me famæ ſolã feciſſe id quod aliæ meretrices facere fugitant. Multa Terentius fœliciter auſus eſt arte fretus, nam & ſocrus bonas & meretrices honeſti cupidas præterquã prouulgatum eſt facit. ſed tanta cauſſarum uigilantia & rationũ momenta ſubiungit, ut ei ſoli merito uideatur totũ licere. nam hoc contra illud eſt quod alibi ait, Cõmune ita eſſe omibus comicis bonas matronas facere, meretrices uero malas. Non pœnitet.f. hæc figura Liptotes dicitur, minus eñ dicit quã ſignificat. Nam non.p.m.f. pro eo quod eſt magnam famã cupide acquiſiuerim ſignificat. Non.p.m.f. ne quæreremus qui hoc meretrici pdeſſe poſſet. Solam.f. bene ſolam. ne neſciſſe officiũ meretricis poeta uideret. Solam.f.i. reconciliaſſe uxorem marito. Noſtras.m.ſ.f. uel in ſuſpitione poſitas, nam eſſe ſuſpectas ambiguũ eſt, & nunc eius partẽ manifeſtam uidemus. Falſo eñ in re ipſa. nobis aut abundat, aut cũ modeſtia noſtra ſignificat. Porrò hãc nunc experiamur. Porrò nunc. nũc futurũ tempus oſtendit, nam ſi iam inueniſti quod experiaris, & ea quæ reſtant in reliquũ tempus, quia iam de pteritis purgata eſt. Hanc expiamur.i. utamur opera eius. Crimen.t.u.cr. crimen proprie dicitur id quod factũ eſt Cic. Verũtamen actam, & ſi criminoſum ius eſt.i. falſa inſimulatiõe criminis. Crimen nunc pro falſa ſuſpitione poſuit Virg. Formidine crimẽ arcebat, & ſemperq; odi, ſed crimine Drãces infeſtus iuueni Turno.i.& quod tum odiſſe, & quod ſe illius odio eſſe ſuſpicaretur. Cito ab ea.h.i.a. bene in duabus eñ pſonis cauſſa uidetur eſſe turbarũ, ſocrus & Pamphili. Profecto in.h.r.&c. moraliter quaſi quærẽdo & diſcutiendo hoc intulit. Diſſidio, diuortio. Velim qui.h. ut mihi ſit dignũ, hoc eſt nõ peccauerit Pamphilus. Adeſt quod ſatis ſit faciet ipſa.i. quicquid ad plenã dicit purgationẽ ſufficiat. An quia non tute ipſe correptio eſt. nam audiuit. Illis explete animũ.q.d. quæ amaræ ſunt & moleſtæ. Audiſti de hac re animus meus ut ſit, utrum quia dixit manere inter nos affinitatẽ ppetuam uolo. an quia apud uxorẽ defendit adoleſcentẽ in amore meretricis. Quod mi.p.e.t. ut ſerues.i. iuſiurãdum apud mulieres. Quid mihi.

iſta enim repræhenſio eſt quaſi longorũ uerborum Lachetis. Ob eam rem uis ergo introeam, uis dicit, ut oſtendat in hac re conctationẽ ſuam. Nam nupta me. ho. eſt, caute etiam hoc præſtruit poeta, ut non uerisſimi le uideatur potuiſſe meretricẽ concorditer cum pellice agere. Nã nu. me. h. alia. ſ. inimica. At eaſdẽ amicas tibi. f. p. & c. aliæ cauſſæ ſunt quæ mulieres faciunt moleſtas, & hæ autem ſpectatoribus notæ ſunt ex argumẽto. Et ſimul ſuſpitione ex ol. hoc eſt qđ ſupra dixit crimen, nos quoq; ſuſpitionẽ interp̃tati ſumus ex olues. Pudet philo. pudet duo ſignificat, ſiue ille peccaret quẽ pudet, ſiue illa cuius pudet & familiariter tanquã nota ex Pam. Sequimini me intro ambæ ancillis dicit q̃ ſunt *

* Pudet philo. conſcientia crimis uiri & pellicatus. Quid eſt quod mihi malim quã quod huic. Senſus hic eſt, quid eſt ꝙ magis optẽ mihi euenire, quã ꝙ ſimul proderit etiam meretricẽ, ſic hoc ergo intulit pro nouo, mirãdum eſt eñ euenire potuiſſe, ut idem & ſeni, & patri proſit qđ meretrici. Quid eſt. q. m. m. ꝙ amicitia mihi & ſibi proſit, & oſtendit cõmune bonũ ſibi eſſe. Euenire. euenire bis ſubaudiendũ. Vt gratiã in. ſ. ſ. d. difficile eſt eñ gratiam inire ſine damno. Et mihi proſit, mire, quia difficile eſt amicũ ſine damno acquirere, & quia cum uero nõ potuit dicere, & hoc ipſum bonũ fecit, quia ſine dãno, ergo uelut tria ſunt ut gratiam ineat, & ſine damno, & mihi proſit. Pamphilum à ſe ſegregauit, ꝓpriè meretrice ſegregari dicitur, ab uxore diſiungi. Scit ſibi nobilitatem ex ea re natam. quaſi dicatur, ecce quã amauit Pamphilus, ſed hoc ſentire & dicere patris eſt ſtulta pietate magnificãtis filiũ, ut meũ Gnatum rumor eſt amare, & proprie nobilitatem dixit, nam & meretrix & gladiator nobiles dici ſolent. Scit ſibi, quod minus amat ait nobilitatẽ ex eo, utrũ ex Pamphilo an ex ea re. i. quod ſegregauerit à ſe uere Pamphilum, & hoc eſt melius. nam nobilis meretricis eſt nõ timere ne alterũ non inueniat. aut nobilis eſt cognitã fieri etiam ſenibus. Rem natam ex patrocinio & amicitia ſenis. Gloriam ex facto, raro in meretricibus. Et rem natam, quia multa in eam cõtulit, & gloriam eſſe quia defendit eũ apud ſocerum & uxorem, & quod marito meretrix coniugem reddit.

ACTVS QVINTI

SCENA TERTIA.

Septenarij.

PARMENO BACCHIS.

Aedepol

A Edepol ne meam herus eſſe operam deputat parui pretij,
Qui ob rem nullam miſit fruſtra, ubi totum deſedi diem,
Myconium hoſpitem dum expecto in arce Calidemidem,
Itaq; ineptus hodie dum illic ſedeo, ut quiſq; uenerat,
Accedebam, adoleſcens dic dum quæſo, es tu Myconius?
Non ſum. at Callidemides? nõ hoſpitem ecquẽ Pamphilũ
Hic habes? omnes negabant. neq; enim quenquam eſſe arbitror,
Deniq; hercle iam pudebat, abij. ſed quid Bacchidem
Ab noſtro affine exeuntem uideo? quid huic eſt hic rei?
Ba. Parmeno opportune te offers propere curre ad Pamphilum.
Par. Quid eo? Ba. dic me orare ut ueniat. Par. ad te? Ba. immo ad Philumenam.
Par. Quid rei eſt? Ba. tua qđ nihil refert, percontari deſinas.
Par. Nihil aliud dicam? Ba. etiam cognoſſe annulum illum Myrrhinam
Gnatæ ſuæ fuiſſe, quem ipſus mihi olim dederat. Par. ſcio.
Tantumne eſt? Ba. tantum. aderit continuo, hæc ubi ex te audierit.

Sed ceſſas? Par. minime equidem, nam hodie mihi poteſtas haud data'ſt,
Ita curſando, atq; ambulando totum hunc contriui diem.
Ba. Quantam obtuli aduentu meo lætitiam Pamphilo
Hodie? quot commodas res attuli? quod autẽ ademi curas?
Gnatum ei reſtituo, qui penè harum ipſiusq; opera perijt
Vxorem, quam nunquam eſt ratus poſthac ſe habiturum reddo,
Qua re ſuſpectus ſuo patri & Phidippo fuit, exolui.
Hic adeo his rebus annulus fuit initium inueniundis.
Nam memini, ab hinc menſes decem ferè, ad me nocte prima
Confugere anhelantem domum, ſine comite, uini plenum
Cum hoc annulo, extimui ilico, mi Pamphile, inquam amâbo,
Quid exanimatus es obſecro? aut unde annulum iſtum nactus?
Dic mihi. ille alias res agere ſe ſimulare. poſtquã id uideo,
Neſcio quid ſuſpicarier, magis cœpi inſtare ut dicat.
Homo ſe fatetur ui in uia uirginem neſcio quã compreſſiſſe
Dicitq; ſe illi annulum, dum luctat, detraxiſſe.
Eum hæc cognouit Myrrhina in digito modo me habentẽ,
Rogat unde ſit, narro omnia hæc. inde'ſt cognitio facta Philume,

Philumenam eſſe compreſſam ab eo, & filium inde hunc natum.

Hæc tot propter me gaudia illi contigiſſe lætor.

Et ſi hoc meretrices alię nolunt, neq; eñ eſt in rem noſtram

Vt quiſquam amator nuptijs lætetur, uerum ecaſtor

Nunquam animũ quæſti gratia ad malas adducam partes.

Ego dũ illo licitum eſt uſa ſum benigno, & lepido, & comi.

Incommode mihi nuptijs euenit factum, fateor.

At pol me feciſſe arbitror ne merito mihi eueniret.

Multa ex quo fuerint commoda, eius incommoda equum eſt ferre.

A ——— . Edepol ne meam. h. o. de. p. p. In tota hac fabula ſeruus piger & curioſus inducitur, neq; quicquã illi uenit ex ſententia ſua. Aedepol. n. m. hoc totũ à ſtomachante dicitur, quia ſic uim cũ maxima iniuria pſenſerit. Aedepol. n. m. h. In hac ſcena catastropha populo exprimit. Deputat. p. p. quia ſic. ſ. abutitur. Deputat. p. eſſe. qui deputat eã in re nullius precij conſumẽdam. Fruſtra. u. t. d. d. nota accuſatiuo caſu uſum eſſe. Myconium. h. d. ex. memoriter & uigilanter ſeruus Myconiũ hoſpitem & Calidemidem dixit, ne uideretur negligentia uel obliuiõe ſua non inueniſſe ad quẽ miſſus eſt. Myconiũ. h. bene oſtendit ſe memorem ſignorum & nominũ, ut uideatur uere illuſus cum operã dederit. Itaq; in. moraliter ad ditũ ineptus & incœptus, quaſi ineptus. Adoleſcẽs d. d. q. uerniliter Calidemidẽ ſeipſum ſeruus imitatur & eſt *

Es tu mi. nam ut tria mandata ſunt inquirenda, tria inquiſita ſunt ordine. Omes ne. bene tranſit à mimetico ad diegematicon, & * *

Quemquã eſſe ar. i. non puto eum eſſe in mũdo. Iam pu. ſedere. n. interrogare. A noſtro. a. e. u. ſatis moraliter inducit ſeruus dicere ab noſtro affine, cum domini ſint nõ ipſius, ſic & prius eſt noſter ſocer uenit, pro Pamphili ſocerum. Exeuntem ui. docte poeta monſtrat locuturã perſonam. Quid. h. h. r. ſurſus curioſus nihil ſciturus eſt, excurſurus piger.

Parmeno

Parmeno.o.t.m.o.attendendum quod ab initio comœdiæ uſq; ad ſinē Parmeno mittit̃,ut currat,ut celet̃, ut neſciat qđ curioſe deſiderat. Propere.c.a.p. facete poeta inde incipientē facit, quod ille minime uult dicendo curre. Quid eo.i.Pam.Dic me orare ut ueniat,uide curioſum nō recuſare laborem quo cauſſam ſciat. Ad te eo.non ad cōueniendum,ſed * domū ad te ſignificat. Immo ad Phi. mire tota fabula inuenit quāobrē turat Par. Quid rei eſt.totum pro perſona. Tua quod ni.r.p.d. * & eximie dixit,quaſi minus ſit iniuria prohibētis interrogare, quā interrogare reſpondentis, & memento hunc eſſe cui in principio nihil celauerit Parmeno. Nihil.a.d.uult rem per mādata colligere. Etiā co.an. il.m.etiam aduerbiū eſt,uel conſentientis uel reminiſcentis,ſed magis reminiſcentis modo,ſic Cice. Etiā quod pene perij capella quædam eſt mire facta. Scio.non audio inquit,ſed ſcio. Sed ceſſas:hoc eſt tardas & quieſcis, urget autem eum curſu. Minime equidem ceſſo ſubauditur. Poteſtas ha.data eſt ceſſandi.ſ.Ita cur.a.a.eſt enim curſus & nauigantis & equitantis. Quantū ob.ad.meo.reliqua pars argumenti per Monodiam narratur. Quot cōmo.r.at.quot tam multas,ſed more ſuo attuli dixit,ſic alibi.C.ut metum in quo nunc eſt adimā,atq; expleam animū gaudio. Quot autem cō.r.quot autē curas,hæc oīa admirantis ſunt, * ut Virg. Quis nouus hic noſtris.ſ.ſ.hoſpes. Gnatum ei reſtituo * reddo,redditur nobis quod noſtri cupidū eſt.reſtituit̃ nobis cuius cupidi ſumus,bene ergo Gnatum reſtituo,uxorē reddo,quare ſuſpectus ſuo patri & Phidippo fuit,ergo nō unū beneficium ſed tria ſunt. Exolui.narrauit tēpora reſtituo,reddo,exolui. Nam memini ab. h.m.d.menſes decem dixit.ut & recte,& de hoc peperiſſe demonſtret. Recte.p.primis partibus noctis,uel priuate,ut Vidimus obſcuram primus ſub uallibus urbem. Confugere.a.uide ſigna cōiecturalia,q̃ confugere uidit timebat,q̃ anhelantē colluctatus fuerat,q̃ domū celare uolebat,q̃ ſine comite pudendum fuerat facinus, q̃ uini plenū temerariū, q̃ annulum habebat partum indicat, uides igitur hic indicijs ut uirginem adparet uitiatam. Mi Pamphile inquā.a.hæc blandimēta ſunt muliebria. Quid ex.aut unde an.breuitati conſulit Terentius, nam ingrata hæc aguntur nō narrantur. Ille alias.r.a.ſeſe ſimulare,fingere,ac ꝓ uero falſum credere. Ille.a.r.a.i.ſimulantē aliaſq; res agentē ſe fingere,pudebat enim amicæ de alterius ſtupro fateri,& ei amicæ quantū deperibat. Neſcio quid ſu.m.cœ.ꝓ aliquid. Homo ſe fatetur,bene additum homo * & amatorie. Neſcio quā.ex prædicto oīs error eſt natus.nam appone nomen,& nulla fabula eſt. Neſcio quā.uel quia uere neſciebat,uel q̃a ſit dicēdum fuit,ne amare illam uideret̃. Hæc tot.p.me.g.concluſit narrationē fabulæ more ſuo,ne hæc in futuro actu expectaremus. Et ſi hoc m.a.n.color neceſſarius à uериſimili.ſcit ſe.n.alibi dixiſſe bonas matronas facere,meretrices malas meruit. Ego dum il.li. an meruit Pāphilus Neq;.n.eſt.m.r.n.in rem,in utilitatē,i.pro cōmodo. Incōmode mi.n.e.

ſic dixit

ſic dixit quẽadmodum male ei euenit, aut bene ei contingit, nuptijs de-
eſt ex ut ſit ex nuptijs. Incõmode. m. e. n. * & eſt ordo. *
Incõmode mi. e. ex nu. & incõmodo ꝓ incõmode. Factum fa. antipo-
phora. Hem id me. e. ergo hæc dolemus, quæ rite contingant. Multa ex
quo. f. c. e. ratio cur noua omnia fiant, & cõtra officiũ meretricis. Multa
ex quo. f. c. e. in. æquũ eſt ferre, hoc eo tractu uocis, & ea eſt æquanimi-
tate dicendum, quale eſt in Adelphis, quando eũ quæſtũ occœperis ac-
cipienda, & muſſitanda iniuria eſt adoleſcentis.

ACTVS QVINTI

SCENA QVARTA.

Tetrametri, & Trimetri.

PAMPHILVS. PARMENO. BACCHIS.

Vide mi Parmeno etiã ſodes, ut mihi hæc certa, & clara attuleris,
Ne me in breue hoc conijcias tẽpus, gaudio hoc falſo frui.
Par. Viſum eſt. Pam. certon'? Par. certe
Pam. deus ſum, ſi hoc ita 'ſt. Par. uerum reperies.
Pam. Mane dum ſodes, timeo ne aliud credam, atq; aliud nunties.
Par. Maneo. Pam. ſic te dixiſſe opinor, inueniſſe Myrrhinã
Bacchidem annulum ſuum habere. Par. factum. Pam. eum quem olim ei dedi,
Eaq; hoc te mihi nuntiare iuſſit. ita ne eſt factum? Par. ita inquam.
Pam. Quis me 'ſt fortunatior? uenuſtatisq; adeo plenior.

egoñe te

Pro hoc nuntio quid donē quidquid neſcio? Par. at ego ſcio

Pam. Quid? Par. nihil enim, nam neq; in nuntio, nec in me ipſo boni quid ſit ſcio.

Pam. Egon' qui ab Orco mortuum me reducem in lucem feceris,

Sinam ſine munere abire? ah nimiũm me ingratum putas:

Sed Bacchidem eccam uideo ſtare ante oſtium,

Me expectat credo, adibo. Ba. ſalue Pamphile.

Pam. O Bacchis, ò mea Bacchis, ſeruatrix mea.

Ba. Bene factum, & uolupe'ſt. Pam. factis ut credam facis,

Antiquamq; adeo tuam uenuſtatem obtines.

Vt uoluptati obitus, ſermo, aduentus tuus, quocunq; aduéneris,

Semper ſiet. Ba. at tu ecaſtor morem antiquum atq; ingenium obtines,

Vt unus hominum homo te uiuat nunquam quiſquam blandior.

Pam. Ah, ah, he, tun' mihi iſtuc? Ba. recte amaſti Pamphile uxorem tuam,

Nam nunquã ante hunc diem meis oculis eam, quod noſſem, uideram.

Perliberalis uiſa'ſt. Pam. dic uerum. Ba. ita me Di ament.

Pam.

Pamphile.

Pam. Dic mihi harum rerum nunquid dixti iam patri? Ba. nihil. Pam. neq; opus eſt,

Adeo mutito, placet non fieri hoc itidem ut in comœdijs,

Omnia omnes ubi reſciſcunt, hi quos par fuerat reſciſcere.

Sciunt. quos non autem ſcire æquum'ſt, neq; reſciſcent neq; ſcient.

Ba. Immo etiã hoc qui occultari poſſe facilius credas, dabo.

Myrrhina ita Phidippo dixit iureiurando meo

Se fidem habuiſſe, & propterea te ſibi purgatum. Pam. optume'ſt.

Speroq; hanc rem euenturam nobis ex ſententia.

Par. Here licet ne me ſcire ex te hodie quid ſit quod feci boni?

Aut quid iſtuc eſt, quod uos agitis? Pam. non licet. Par. tamen ſuſpicor,

Egon' hunc ab Orco mortuum? quo pacto? Pam. neſcis Parmeno,

Quantum hodie profueris mihi, & ex quanta ærumna me extraxeris.

Par. Immo uero ſcio, neq; hoc imprudens feci. Pam. ego iſtuc ſatis ſcio.

Par. An temere quidquam Parmenonem prætereat, quod

facto uſus ſit?

Pam. Sequere me intro Parmeno. Par. ſequor equidem plus hodie boni

Feci imprudens, quàm ſciens ante hunc diem unquam.

Plaudite.

VIde mi Parmeno etiam ſodes, ut mihi hæc. Bene hæc repetit, uerum eſt enim ut quód miſere cupimus, idem tardius credamus effectum, ſic in Heauton. Ego uereor magis. Mane dum. dum abundat. Sic te di. o. miro adfectu inducitur, uix induci ad credendum qđ gaudet Pāphilus. Ita inquā, quaſi iam late paſſus diu. Quis me eſt for. ob beneficia Veneris, cui cōtra inuenuſtus, cui contra reciderit quod amet. Quid do. neſcio * Vt admonitū. d. q. & c. Nam neq; in nū. magis ſcire uult, & quod minus accipere. Nam neq; in. n. n. in meipſo. t. boni qd ſit ſcio. facete agit Terentius. Quanto magis Parmeno curioſus eſt, tāto magis neſciat illa quæ cupit. O Bacchis. ò mea Bacchis ſeruatrix. bene additū eſt ſeruatrix, ut mea ſupra quod dixit amatoris eſt. Factis ut credam. ſ. difficile em̄ erat credere his rebus gaudere meretricē. Voluptati obitus. obitus occurſus, ob em̄ ſignificat cōtra, ergo obitus aditus legitur & uoluntate obitus. Obitus ſer. ad. r. inter obitū quem caſus adfert, aduentus quem uoluntas & deſtinatus locus. Tu mi. iſtuc. quia blādimētum magis meretricū eſt. Nunquā ante hunc diem. m. o. e. & c. hoc eſt nunquā ſic uiderā, ut eam noſſem. Quod noſſem. i. qđ meminiſſem, quod ſcirem, ac per hoc nunquā uideram, ut alibi. Non equidem iſtuc. Dic ue. bene inſtanter ex meretrice quærit quid de forma uxoris ſentiat. Scit enim hanc iudicem eſſe pulchritudinis poſſe, uel ꝙ fœmina, uel ꝙ æmula. Nunc quid. nunc aliquid acuendum, ergo quid adeo mutito. uel tenui dicto nō fieri. Hoc itidem ut in co. mire quaſi hæc comœdia nō ſit ſed ueritas. Aut deeſt alijs, ut in comœdijs deeſt ſit. Omnia. o. u. re. in fine em̄ comœdiæ nihil unquā celari ſolet. Hic q̊s. p. f. hic in hac comœdia, aut in hac re. reſcire eſt recognoſcere, & uix inuenire quod quis neſcierit. Neq; reſciſcent neq; re. reſciſcunt ad quos ptinent, & reſciſcunt quæ neſciunt quæ negligunt. & reſcimus ex alio. ſcimus etiam per noſtram opinionē. Here licet ne me ſcire ex te. ridicule inſtat ſcire, ignorauit ut Parmeno. Egon hunc ab or. m. uerba ſunt cogitantis. Egon hunc ab or. m. ideo eclypticos loquitur. Neſcis Parmeno. addit ſtimulos curioſitati eius, Immo uero ſcio, nec hoc imprudens feci, Recte, paruū em̄

beneficij

beneficij meritum ſi ab imprudēte præſtitū uideatur. Temere quicquā Parmenonem prætereat. quod interdum nō temere prætereat quod habet faciēdi neceſſitatē. Temere quicquā Parmenonē prætereat ſibi ipſi hoc dicit, & ſe nominat, ut Degeneremq; Neoptolemū narrare memento. Et age nunc Phormionē qui uolet laceſſito. Temere quicquā utrum hoc dicit nō temere, neq; per imprudentiā geritur quicqd utile. An hoc dicit nihil poteſt tranſire temere quod utile factum eſt, qui me in gratiā ſui habet. An quicquā Pamphilus prætereat temere, ita ut non remuneret bonum factum Parmenonis, quod ſibi utile fuerit. Conuenit hoc dictum meretrici abeunti. Feci imprudens quā ſciens ante hunc, quia nō cōuenit ſeruo ſciente recte facere, bene addidit imprudēti ſibi eueniſſe, ut bene faceret quod prudens nunquā fecerit. Imprudens quā ſciens, antitheton ſecundum, nam imprudenti ſcientem reddit non prudentem.

FINIS HECIRAE.

PHIL. MELAN.

ARGVMENTVM PHORMIONIS.

πρότασις.

CVm Antipho, abſente patre in puellam quandam unice deperiret, nec poſſet ea potiri, niſi uxorē duceret (erat enim ciuis Attica) forte nuptiæ confectæ ſunt technis ſycophante, cuiuſdam Phormionis. Is enim ex compoſito, diem dicit Antiphoni, fingit puellam ei cognatam eſſe, neq; quenquam alium propiorem cui nubat. Facile eſt uincere non repugnantē, ita legibus ducere cogitur Antipho.

ἐπίτασις.

Non probatur auaro patri ubi rediјt, factum, ut q malebat filio opulentam aliquam & dotatam obtrudere. Quare cū Phormione expoſtulat, cur in has nuptias ſe abſente filium cōiecerit. Tandem paciſcitur etiam mercedem, minas triginta, ſi receperit ad ſeſe puellā. Ibi uero & Antipho in diſcrimen uenit, ne per eam conditionē, ipſe unice caram & iucundam coniugem amitteret.

καταστροφή.

Interea domum redit & patruus Antiphonis, hic fidem facit, puellā Antiphoni nuptam, ex ſe in Lemno ſuſceptam eſſe, ubi cum muliercula

quadam conſueuerit, gaudetq́; ita caſu cecidiſſe, ſe abſente, ut is duceret quem maxime ipſe generũ cuperet, & paulo antè ambibat. Ita fit, ut & Antipho retineat uxorem, & nuptiæ patri probentur.

Secunda καταστροφῆς pars.

Porrò triginta minæ quos ludos reddiderẽ? Has extorſerat Phormio quanquam diſſimularet, dandas alteri adoleſcenti Phædriæ, qui cithariſtriam mercaretur, & iam perierat pecunia, quã quum repoſcunt ſenes, ſycophanta prodit Chremetem apud uxorẽ, & docet conſueſſe cũ alia quadam peregre, ſimulq́; imperat, ut Phædriæ id argentum condonetur. Eſtq́; ridicula admodum καταστροφῆς pars, ubi mulier maritum obiurgat, parum memorem fidei ſuæ.

AELII DONATI GRAMMATICI CL. IN SEX. P. TERENTIJ Afri. Phormionem commentarium.

POſtquã poeta uetus poetã nõ poteſt. Hãc comœdiam, manifeſtum eſt, prius ab Apollodoro ſub alio nomine, hoc eſt ſub Epidicazomene græce ſcriptam eſſe, quã latine à Terentio Phormionẽ. Quamobrem nulla dubitatio eſt hanc ſolam eſſe cui nomen poeta mutauerit, & errare eos qui in hanc Phormionẽ paraſitũ putant à formula litis, quã intenderit, nominatũ. cum græca lingua lectus ſpartheus, & ſtramẽ nauticũ ſic dicatur. à cuius rei uel capacitate, uel utilitate etiã ab Apollodoro paraſitus Phormionis nomine nũcupatur. Hæc igitur tota motoria eſt, quaſi & in affectibus cõſtituta pene maioribus quã comicus ſtilus poſceret, niſi ꝙ arte poetæ om̃ia moderata ſunt. Primas in ea partes (ut ipſe poeta profeſſus eſt) tenet Phormio, Secũdas Geta, Tertias Demipho. Subinde cæteri prout in proceſſu oſtendit. Prologus Phormionis nimis concitatus eſt. adeo ut ipſe ſemet ueluti reprehendat ob hanc ipſam peruicaciã, & ſimul argumentũ ſuæ purgationis inducat. Atq; in ea cum & Prothaſis, & Epithaſis, & Cataſtrophe magni moliminis & negocij ſint à uarijs leporibus aſperguntur, ut etiã rerum triſtium grauitatẽ poeta lepidus comica ſerenitate tranquillet. Hæc acta eſt ludis Megalenſibus Lucio Cornelio Merula ædili curruli, & L. Poſthumio Albino, agentibus Lucio Caſſio Attilio, & L. Ambiuio. modos faciente Flacco Claudi filio, tibijs Serranis. totaq́; de uerbis facetiſſimis, & geſtum deſiderantibus ſcenicũ, & ſuauiſſimis ornata canticis fuit, editaq́;

eſt quarto

eſt quarto loco. M. Valerio, & Cn. Fannio cõſul. Perſona etiã in huius Prothaſi non una eſt, ſed duæ, quarũ altera extra argumentũ poſita eſt cui narratur fabula, altera in argumento quæ narrat fabulam. Argumẽtum quoq; non ſimplicis negocij habet nec unius adoleſcentis, ut in Hecyra, ſed duorũ ut in cæteris fabulis. Scire enim cõuenit uno die tranſigi Phormionẽ non ut in Heauton. duobus prologis correpte * dicitur non producte * nam officium prologi ante narrationem rei quidem ſemp eſt. uerũtamen & poſt principiũ fabulæ inducit, ut apud Plautum in milite glorioſo, & apud cæteros magnæ auctoritatis ueteres poetas.

FABVLAE PERSONAE.

Phormio	Paraſitus
Chremes	ſenex
Demipho	ſenex.
Phædria	adoleſcens
Antipho	adoleſcens
Dauus	ſeruus
Geta	ſeruus
Sophrona	nutrix
Dorio	leno
Hegio	
Cratinus	aduocati
Crito.	

ACTA

ACTA LVDIS

ROMANIS, L. POSTHVMIO ALBINO, L. Corn. Merula. Aedilib. Cur. Egere. L. Ambiuius Turpio, L. Attilius Præneſtinus. Modos fecit Flaccus Claud. tibijs imparib. Tota Græca Apollodoru. Epidicazomenos facta quarto, Cn. Fannio, M. Valerio COSS.

C. SVLPITII APOLLINARIS PERIOCHA.

Senarij.

CHremetis frater aberat peregre Demipho,
Relicto Athenis Antiphone filio.
Chremes clam habebat Lemni uxorem, & filiam
Athenis aliam coniugem, & amantem unice
Gnatam fidicinam. mater è Lemno aduenit
Athenas moritur, uirgo ſola, aberat Chremes,
Funus procurat. ibi eam uiſam Antipho
Cum amaret, opera paraſiti uxorem accipit,
Pater, & Chremes reuerſi fremere. dein minas
Triginta dant paraſito, ut illam coniugem
Haberet ipſe, argento hoc emitur fidicina.
Vxorem retinet Antipho à patruo agnitam.

PROLOGVS

PROLOGVS.

Senarij.

POſtquam poeta uetus poetam nõ poteſt Recriminatio.
Retrahere à ſtudio, & tradere hominem in otium,
Maledictis deterrere, ne ſcribat, parat.
Qui ita dictitat, quas antea fecit fabulas,
Tenui eſſe oratione, & ſcriptura leui.
Quia nuſquam ſcripſit inſanum adoleſcentulum
Ceruam uidere, fugere, & ſectari canes,
Et eam plorare, orare ut ſubueniat ſibi.
Quod ſi intellegeret, cum ſtetit olim noua
Actoris opera magis ſtetiſſe, quàm ſua,
Minus multo audacter, quàm nunc lædit, læderet,
Et magis placerent quas feciſſet fabulas.
Nunc ſi quis eſt, qui hoc dicat, aut ſic cogitet,
Vetus ſi poeta non laceſſiſſet prior,
Nullum inuenire prologum potuiſſet nouus Occupatio excuſat neceſſitatem.
Quem diceret, niſi haberet cui malediceret.
Is ſibi reſponſum hoc habeat, in medio omnibus
Palmam eſſe poſitam, qui artem tractant muſicam.
Ille ad famem hunc ab ſtudio ſtuduit reijcere.

Hic reſpondere uoluit, non laceſſere.
Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene,
Quod ab ipſo allatum eſt, ſibi eſſe id relatum putet.
De illo iam finem faciam dicundi mihi,
Peccandi, cum ipſe de ſe finem non facit.
Nunc quid uelim animum attendite. apporto nouam
Epidicazomenon, quam uocant comœdiam
Græci, Latini Phormionem nominant,
Quia primas parteis qui aget, is erit Phormio
Paraſitus, per quem res agetur maxume.
Voluntas ueſtra ſi ad poetam acceſſerit,
Date operam, adeſte æquo animo per ſilentium,
Ne ſimili utamur fortuna, atq; uſi ſumus,
Cum per tumultum noſter grex motus loco eſt.
Quem actoris uirtus nobis reſtituit locum,
Bonitasq; ueſtra adiutans, atq; æquanimitas.

ἐπιδικαζόμενος agens de poſſeſſione rei ſeu uindiciarum. ἐπιδικασία lis uindiciarum. φόρμιον tegiculũ quo pauimentũ inſternitur. inde Phormio ſeruile nomen.

POſtquā poeta uetus poetam non poteſt. Hoc initium ad deſtructionē pſonæ aduerſarij ſumitur, coniunctum cum inſinuatione perſonæ Terētianæ. Poſtquā poeta uetus poetā non poteſt. nota poſtquā apud ueteres non pterito modo, ſed etiā præſenti adiūgi, ut poſtquā nos Amarilis habet, Galatea reliquit. Quanquā ſunt qui pro quoniā accipi uelint. Poſtquā poeta uetus poetam nō poteſt, qui iamdiu eſt, nō qui iamdiu fuit. ergo ut uinum uetus, non uetus ennius. Poſtquā poeta. u. p. iucunda repetitio, ut diua deam. Et notos pueri puer indue. u. Poſtquā
* poeta. u. p. non poteſt. * primũ per * primũ ita. ut extrinſecus nouũ audiri poetam oporteat. Retrahere à ſtudio. ſic loquitur. quaſi

tur quaſi rem ſcenicā magis lædere uoluerit Luſcius quàm Terē. Tranſdere. tradere ueteres ſonātius, quod nos leuius dicimus tradere, ut trāſlatum non tranlatum è cōtrario. Et tranſdere hominē, conice & uenuſte inſeruit hominē, ut lenius ter hinc anus cōſeruātam. c. a. t. id dedit. h. u. d. c. dempſerat. Maledictis deterrere. ſenſus hic eſt, ipſe ſe inquit aduerſarius fatetur uictum, qui à rebus excluſus ad uerba delapſus eſt. Maledictis deterrere. deeſt cum, ut Quarū quæ forma pulcherrima deiopeia. Qui ita dictitat. impudentiā oſtendit per frequentatiuū uerbum. Quas antehac ſe. fa. & hic lentū accuſatorem facit, qui p̄terita ingerat, & de quibus iam ſit iudicatū in melius. Tenui eſſe oratione & ſcriptura leui, imperitū inducit criminatorē qui hoc obiiciat, quod proprium debet eſſe comici ſtili. Reuera autē hoc deterior Menandro Terentius iudicabatur quod nimis ſublimi oratione uteretur. qđ ipſum nunc purgat dicens, in tragœdiā altiora tranſire potuiſſe, quia nunquā inſanum ſcripſit adoleſcentē, ideo uidemur ſenes tenueſq; inquit, quia in comœdia ꝓdigia facta ſunt. In tragœdiis concitamus. & callide hic nō ſolum errori Luſcij obuiat rep̄hendētis, ſed etiā imperite ſcripſiſſe ipſum oſtēdit Luſcium lauiniū. Scripſit. legitur & fecit. Adoleſcentulum. ut comicam perſonā oſtenderet artificioſe imminuit adoleſcentulū, quo magis perſona à ſublimitate diſceſſiſſet. Ceruam uidere fugere, & ſe. ca. ambiguitas per accuſatiuū caſum, p̄ſeuerans uſq; ad ultimū de induſtria factum eſt, ut etiā ipſa p̄plexitas odioſa ſit. Et eam plorare. orare ut ſubueniat ſibi. hæc om̄is periphaſis tragica eſt, & ideo in comœdia uitioſe inducitur. Cum ſtetit. o. n. bene hoc poſitū eſt, potuit enim reſponderi cur igitur ſtetit. & non exacta eſt à populo. Cum ſte. o. n. recte olim. q. d. cū adhuc Terentius non ſcriberet penuria meliorum eſt ꝓbata. deinde qđ ait noua. hoc ſignificat om̄ia carmina nouitate ipſa cōmendari etiam ſi nullius momenti ſunt. Actoris ope. ſt. una opera & ſuffragium ſcenicorum comparat, & lædit aduerſariū. Minus. m. a. noue dictū. Minus. m. au. ut cum dicimus minus multo audacter. Qui hoc dicat, aut ſic cogitet, omne quod in mentē uenit, aut cogitamus aut dicimus, ut Virg. Et mihi iam multi crudele canebant. a. ſ. & . t. u. u. hic ſenſus eſt. nunc ſiquis eſt qui hoc dicat aut cenſeat. Improbus eſt Terē. qui om̄es prologos de maledictis habeat, is hoc reſponſum ſibi aduerſariū coegiſſe qui ꝓuocauerit. Nam quid faceret Teren. cum de palma artis muſicæ certādum uideat eſſe ſibi. Laceſſiſſet prior. aut laceſſiſſet abundat, aut prior. Nullum inuenire prologum. prologum modo nō hominē, ſed uerba ſignificat. Nouus hic quod ſupra prætermiſit, ueteri ſuppoſuit nouū. Niſi haberet. c. m. mire haberet, quaſi dubium nō ſit male dicēdum eſſe. Is ſibi re. h. h. i. m. huic rei, pro qualitate reſpondet aduerſariū cogere ut ſic agat. In me. p. o. e. po. ſenſus hic eſt, inueniret inquit, ſed maluit cum de palma certandum ſit aduerſario reſpondere lædenti. Verum oratorie manifeſta ſoluere non curauit, hoc eſt inuenire, & hoc em̄ ſubiiciendū fuit omi-

bus ut nouis & ueteribus poetis. Palmã. ꝓ cauſſa certaminis poſuit, &
ideo non eſſe mirãdum ſi pugnant quibus cauſſa certaminis præſto eſt.
Qui artem.t. Virg. Nec quicquid ubicꝫ eſt Gentis Dardaniæ, m.q.ſ.qui
* orbem & * Comœdias ſcribunt. Ille ad famẽ, hunc ab ſtu
dio, hic maxime incipit ſoluere quod ſibi ſuperius ipſe ꝓpoſuit. Ille ad
fa.h.ab ſtu. quid eſt enim inquit poetã uituperare niſi ad famẽ reijcere.
nam poetæ probi ſuas uendebant fabulas & harum precijs alebantur.
Ille ad.f.h.a.ſt. cur laceſſitus reſpondet certamen eſt inquit. Ab ſtudio.
ſtuduit rei uetuſtæ, & ut iuſſerat ludum & pugnã pugnauit. Benedictis.
ſi cer.tã hoc bene certaſſet. & quia ſupra dixit in medio.o.p.eſſe.p.q.d.
quicquid in certamen uenerit teneo uincendos æmulos eſſe. Si certaſſet
* * ꝓuocaſſet. ab eo quod p̄cedit id qđ ſequitur. Virg. Nec
te certaſſe priorẽ pœniteat. Audiſſet bene. bene audire eſt bene dici, lau
dari. Quod ab illo allatum eſt.i. maledictum. Quod ab illo allatũ eſt ſi
* bi id eſſe re.pu. ꝓuerbiale eſt qđ dedit recepit, & geminauit.l. ut Reliq
as Danaum. De illo iam finem faciã * dicendi mihi.
Peccandi cum ipſe de ſe. idem eſt & de ſe ꝓprie poſitum eſt, & præterea
amphibologia. Peccandi, maledicendi, an peccandi. cum ipſe de ſe finẽ.
non prius inquit ego de illo finem faciam quã ipſe de ſe, & prius eſt dicẽ
di ego faciam quã ille peccandi finem. Non facit pro nõ faciat, ut mirũ
ni egomet turpiter ego hodie dabo. Nunc quid uelim animũ attendite,
deeſt quæratis, ut ſit nũc uelim quæratis animũ attendite. Adporto no
uam ἐπιδικαζόμενον. nouam latinã dicit epidicazomenen. Quam co
mœdiam uocat. hic manifeſte errat Teren. nam hæc fabula quã tranſtu
lit epidicazomene dicta eſt à puella de qua iudiciũ eſt, cũ ſit fabula epi
dicazomene eiuſdem Appollodori, debuit ergo dicere epidicazomenẽ
græci. latini Phormionẽ. Nam Phormionem tegiculum dicunt græci, à
quo inſternitur pauimentũ. unde Phormio correpta prima ſyllaba apđ
Appollodorum eſt, non ergo Phormio à formula, ut quidã putant di
ctum eſt, & inde paraſitus uiliſſimæ cõditionis nomẽ accepit. Quia par
tes primas qui agit. primas nunc maximas, ad actorẽ enim retulit. Cice
ro ſæpe illum qui eſt ſecundarũ aut tertiarum partium. Phormionẽ ſi à
formula eſſet nomen comœdiæ primã ꝓduceremus ſyllabam, ſi à Phor
mione corripere debemus. Per quem res ge.m. quia primæ partes etiã
aliud ſignificant, nõ ergo nunc primũ actum dicit, ſed ſummas partes,
& bene maxime, quia & per alios. Voluntas.u.ſi ad.p.a.d.o. ſi uolũtas
acceſſerit, pro ſi faueritis, noue ſic uoluntatẽ pro fauore poſuit. Adeſte
æquo animo. nũc propoſitio eſt. Ne ſimili.u.fo.atcꝫ uſi ſumus, ne popu
lum læderet fortunã maluit accuſare. Cum per tumultũ noſter. adparet
Hecyram ante Phormionẽ actam eſſe. cui contingit id quod quæriť po
pulum ſubaccuſans. Noſter grex.m.eſt.l. locus eſt diſtributio tempoꝝ,
quæ cuicꝫ in ſpectaculũ uẽturo attribuũtur ab ædilibus, unde locus mo
tus dicit

tus dicitur, qui ſuas horas nõ obtinuerit inter præcedentes & cõſecuturos, ego proprie & ſic. & Cicero. loco ille motus eſt cum ex urbe pulſus. Quem. a. u. qui excluſus totiens animũ non abiecerit, ſed pſeuerauerit agere, ideo uirtus eſt Reſtituit locum. bene repetiuit locũ. ut amphibologiam uitaret, ne quẽ tumultum dicere uideretur. Bonitasq́; ueſtra ad. ac. æqua. Bonitas in omibus generaliter rebus eſt, æquanimitas in ſpectando. An bonitas in pbãdis his quæ bona ſunt, æquanimitas in ignoſcendis uitijs atq; delictis & tantologia eſt. An bonitas circa omnes, æquanimitas circa Teren. Bonitasq́;. u. ut totum actori tribuens nihil populo præter culpã reliquiſſe uideretur honoris cauſſa hoc addidit, qa ſecundũ ueteres adiutas dicere maluerit quã adiuuans.

ACTVS PRIMI

SCENA PRIMA.

Senarij.

DAVVS.

AMicus ſũmus meus, & popularis Geta
Heri ad me uenit, erat ei de ratiuncula
Iampridem apud me reliquum puſillulũ
Numorum, id ut conficerem, confeci, adfero.
Nam herilem filium eius duxiſſe audio
Vxorem, ei credo munus hoc corraditur:
Quàm inique comparatum'ſt, hi qui minus habent,
Vt ſemper aliquid addant ditioribus?
Quod ille unciatim uix dimenſo ſuo,
Suum defraudans genium comparſit miſer,
Id illa uniuerſum abripiet, haud exiſtimans

Quanto labore partum. porrò autem Geta
Ferietur alio munere, ubi hera pepererit,
Porrò alio autem ubi erit puero natalis dies
Vbi initiabunt, omne hoc mater auferet,
Puer cauſſa erit mittundi, ſed uideon' Getam?

AMicus ſummus meus & popularis. Qđ in omnibus ferè comœdijs in quibus ꝑplexa argumenta ſunt fieri ſolet, id in hac quoq; Terētius ſeruat, ut προσατικὸν πρόσωπον, id eſt perſonā extra argumentū inducat, cui dum ob hoc ipſum, uel ꝙ uti aliena tota fabula eſt geſta res narratur, diſcat populus textum ex continentia rerum. ſitq; inſtructus ad cætera. Amicus me. ſum. In hac ſcena quæ docendi atq; inſtruēdi ſpectatiōis cauſſa inducitur mire extrinſecus lepores, facetiæq; cernūtur, & ſales, & comici. Id enim eſt artis poeticæ ut cum narrationi argumenti detur opera, iam tamen res agi & comœdia ſpectari uideatur. Amicus ſummus meus. inſinuatio perſonæ eius quæ inducič ad audiendū, & uide ſeruū oſtēdi Dauum, & nō oſtendi cuius ſeruus ſit. Amicus ſummus meus, cauſſa cur in ſcænam procedat Dauus. Amicus à uoluntate. Popularis à fortuna. Popularis eiuſdem conditionis generiſq;. Salu. Popularis ſui ſceleris. & popularis popùlo amatus eſt. & popularis ciuis, popularis humilis eſt, popularis uilis, populoq; factus, ut ſiquis dicat ſordidum popularem ciuium. Amicus ſum. m. Dauus extra duas familias inducit, quæ in hac ſunt fabula, alienus ac ꝑ hoc ignarus cui narret Geta argumentū. Heri ad. m. u. propter cognationē e & i literarū, non dubitauerunt antiqui & here & heri dicere, & mane & mani, & ueſpere & ueſperi. Erat ei. d. r. deeſt nam, ſed mire ſubtractum eſt. Erat ei. d. r. opportuna diminutiua in re ſeruili ratiuncula & pauxillum. Erat ei. d. r. moraliter litem intulit. Erat ei. magis eſt facetum, & comicū eſt cum aſynthetos infert, quàm ſi diceret nam erat ei. Iampridem. a. m. r. de argumento ſumitur cauſſa colloquij. nam debuit inquit Getæ, & illemet exigit ut numeret dominis ob nuptias factas. Pauxillulum, quartus gradus diminutiōis, paulum, paululum, pauxillum, pauxillulum. Id ut. c. eclypſis prima, & conficerem proprie, nam fieri pecunia dicebatur. Saluſt. Quæ pecunia ad Hiſpanenſe bellum. m. f. e. Conficerē. quia in promptu non erat. Confeci. affero. bene quaſi reddendi mora habere cauſſa fuerit. Nam hæ. f. Trophimon dicūt, atq; haud ſcio an latini quoq; alumnū dicere potuerunt,

runt, niſi hoc mallent. Nam.h.ſ.e.d.a mire adplicat argumento. Ei.m.h. e.mire heri quidem fuerunt nuptiæ, ſed adhuc munus corraditur, quia in nuptijs etiam ſeptima dies inſtauratione͂ uoti habet, ut in funere nonus dies, quo em̄ talia concluduntur. Ei credo. uxori.ſ.munus hoc corraditur. hoc pecuniæ.ſ.munus erit. & eſt figura Epexegeſis. Credo. ꝓ uere ſcio, & ei, an uxori, an abſolute, ut ſit ei rei. Corraditur. apta in uerbo difficultas, ut in Adelphis. Minas decē corradet alicunde, & corraſi omnia. Quā.i.c.eſt. Miro idiotiſmo more͂ pro lege conqueritur. Compacatum conſtitutū ei legi, & his qui minus habent, & ditioribus dixit, ne diceret ſerui dominis. Vult em̄ latius patere quod dicit, & generale͂ eſſe ſententiā. Quàm.i.c.&c. garrulos ſeruos, & ſententioſos amat comœdia, triſtes & parce loquentes. tragœdia. Vt.ſ.a.a. mire nō dent. ſed addunt. & non aliquādo ſed ſemp. Diuitioribus. ꝓ minus pauperibus. Quod ille. docte ad ſingularem numerū tranſit à plurali. Quod il. redit ad Getam. Vnciatim. ſic ueteres multa unciatim, cum expenſa pecunia ferretur more ueterū, non ut nunc annumeraret. Aſſis libra erat, eiusqꝫ partes unciæ, rurſus unciæ duodecima pars libella dicebatur. merito er go non prr ſingulos ſeſtertios, neqꝫ per ſingulos denarios, neqꝫ per ſingulos aſſes, ſed id qđ hypbolicos minimū fuit, per ſingulas uncias unciatim dixit. Et Cice. Quis Vulcano ſi ſua ſponte ueniſſet unam libellā dediſſet. Vnciatim uix. potuit & uinciatim & cito conflari peculium, ut multa pauxillatim, ſed cito fiunt maxima. merito ergo aditum eſt uix, ſed quid ſi & unciatim, & uix, & tamen de lucro, de dime͂ſo ſuo inquit, quid ſi ex abundanti eſt ſuū defraudans genium. deinde nō acquiſiuit, ſed comparſit, & ad poſtremū miſer, ut iniquitas cōſuetudinis comploratione finiretur. Dedi.ſ. ſerui quaternos modios accipiebant frumenti in menſe, & id dimenſum dicebatur, & utrū à menſe, an à metiendo incertū eſt. Suū.d.g. genialia curare diciř qui uiuit lautius. Id illa nupta.ſ. Vniuerſum. ab magna uirtus pene in ſingulis ſyllabis cōtra illud quod ait, illi illa retulit unciatim, uix & de dime͂ſo ſuo uniuerſum. contra qđ ait munus corraditur, arripiet, contra ſuū defraudans genium & cōparſit miſer. Haud exi.q.l.ſ.p. haud exiſtimans, uel intelligens, uel recogitans, ac reputans. Haud exi. pro æſtimans. Quanto.l.p.ſit. hoc ſic ꝓnūciandum eſt. quaſi nunc ei uenerit in mente͂ ſæpius paſſurū Getam qđ ſemel tolerare grauiſſimū iudicauerit. Quanto.l. ut reliquias Troia ex ardente receptas. Partum. proprie dicitur partū de eo quod labore quæſitum eſt. quia nullus partus ſine dolore eſt ac labore. Porro.g. ad paupertatem retulit ferietur. nam & plaga & damnū, & res ſanguis noſter dicitur. Ferietur.a.m. ſignificāter nō fungetur munere, ſed ferietur dixit. Ferietur.a.m. ex conſetudine ferietur. nam & plagā, damnum, & ſumptum ſanguine͂ noſtrum dicimus. Vbi.h.p. quæ ſupra illa dicta eſt. Porro.a.a. & alio quod dicit, pro multis ꝓnunciādum eſt. Vbi.h.p.n.d. cum adiectione temporis cuiuslibet natalis dies dixit, cuiuslibet natalis melius

lius dicitur,ut natalis,& natale aſtrū,ſed Virg.ſeruiens pſonæ ruſticæ. Meus eſt natalis iola,inquit,nec addidit dies. Vbi.in.hoc uultuoſe pronunciādum. Vbi.in.ut quidā cibo & potu,ut quidā ſacris, ubi ita legūt apud Var.initiari pueros eduliæ,& poticę,& cubæ diuis edendi,& potandi, & cubandi, ut primū à lacte & à cunis transferunt, quod Virg. Nec.d.h.&c.hoc adnotauit Probus,ſed Teren. Apollodorū ſequit,apud quē legitur in inſula Samotracum à certo tēpore pueros initiari more Athenienſium,q:ut in palliata probādum eſt magis. Vbi ini.hoc inferendum eſt,non quaſi hoc ſolum ſit,ſed quaſi defatigatus ſit enumerando occaſiones dandorum munerū. Omne hoc.m.a.hoc retulit ad offerētis irriſionē qui putat ſe puero dare:Mater.a.an nutrix.an uera mater. Puer.e.e.m.proprie dixit mittundi de muneribus. Sed.u.g.locuturum oſtendit Getam. Sed uideon Getam.adparet poetā nihil putaſſe amplius addendum ad inſinuandum populo perſonā Daui,& ideo iam induxit exeuntem Getam,ut ſit cauſſa cōmutandæ orationis.

ACTVS PRIMI

SCENA SECVNDA.

Trimetri Iambici.

GETA. DAVVS.

Dauus προτατικόν, πρόσωπον. cui Geta exponit occaſionē fabulæ.

SIquis me quæret rufus,Da.præſto'ſt.deſine.Ge.oh,
At ego obuiam conabar tibi Daue,Da.accipe hem,
Lectum'ſt, conueniet numerus quantum debui.
Ge.Amo te,& non neglexiſſe habeo gratiam.
Da.Præſertim ut nunc ſunt mores,adeo res redit,
Siquis quid reddit magna habenda'ſt gratia.
Sed quid tu es triſtis? Ge.egone? neſcis quo in metu,&

Quanto in periculo ſim? Da. quid iſtuc eſt? Ge. ſcies,
Modo ut tacere poſſis. Da. abi ſis, inſciens,
Cuius tu fidem in pecunia perſpexeris,
Verere uerba ei credere, abi quid mihi lucri eſt
Te fallere? Ge. ergo auſculta. Da. hanc operam tibi dico.
Ge. Senis noſtri Daue fratrem maiorem Chremem
Noſtin'? Da. quid ni? Ge. quid? eius gnatum Phædriam?
Da. Tanquam te. Ge. euenit ſenibus ambobus ſimul
Iter, illi in Lemnum ut eſſet, noſtro in Ciliciam,
Ad hoſpitem antiquum, is ſenem per Epiſtolas
Pellexit, modo non monteis auri pollicens.
Da. Cui tanta erat res, & ſupererat? Ge. deſinas,
Sic eſt ingenium. Da. oh regem me eſſe oportuit.
Ge. Abeuntes ambo hinc tum ſenes, me filijs
Relinquunt quaſi magiſtrum. Da. ò Geta prouinciam
Cœpiſti duram. Ge. mihi uſu uenit hoc ſcio.
Memini relinqui me Deo irato meo.
Cœpi aduerſari primo, quid uerbis opus 'ſt?
Seni fidelis dum ſum, ſcapulas perdidi.
Da. Venere in mentem iſtæc mihi, nam quæ inſcitia 'ſt,
Aduorſum ſtimulum calces? Ge. cœpi his omnia
Facere, obſequi quæ uellent. Da. Sciſti uti foro.
Ge. Noſter mali nihil quidquam primo. hic Phædria

Continuo quandam nactus eſt puellulam
Cithariſtriam, hanc amare cœpit perdite:
Ea ſeruiebat lenoni impuriſſimo.
Neq; quod daretur quicquam, id curarant patres,
Reſtabat aliud nihil, niſi oculos paſcere,
Sectari, in ludum ducere, & reducere.
Nos otioſi operam dabamus Phædriæ,
In quo hæc diſcebat ludo, ex aduorſum ei loco
Tonſtrina erat quædam, hic ſolebamus ferè
Plerumq; eam operiri, dum inde iret domum.
Interea dum ſedemus illic, interuenit
Adoleſcens quidam lachrumans. nos mirarier,
Rogamus, quid ſit. nunquam æque, inquit, ac modo
Paupertas mihi onus uiſum'ſt, & miſerum, & graue.
Modo quandam uidi uirginem huic uiciniæ
Miſeram, ſuam matrem lamentari mortuam,
Ea ſita erat ex aduorſo, neq; illi beneuolens,
Neq; notus, neq; cognatus, extra unam amiculam,
Quiſquam aderat qui adiutaret funus, miſeritum'ſt.
Virgo ipſa facie egregia. quid uerbis opus'ſt?
Commorat omnes nos. ibi continuo Antipho,
Voltis ne eamus uiſere? alius cenſeo,
Eamus, duc nos ſodes. imus, uenimus,

Videmus, uirgo pulchra, & quo magis diceres
Nihil aderat adiumenti ad pulchritudinem,
Capillus paſſus, nudus pes, ipſa horrida,
Lachrumæ, ueſtitus turpis, ut ni uis boni
In ipſa ineſſet forma, hæc formam extinguerent.
Ille qui illam amabat fidicinam, tantummodo.
Satis, inquit, ſcita'ſt noſter uero? Da. iam ſcio
Amare cœpit. Ge. ſcin' quam? quo euadat uide,
Poſtridie ad anum recta pergit, obſecrat,
Vt ſibi eius faciat copiam. illa enim ſe negat,
Neq; eum æquum ait facere, illam ciuem eſſe Atticam,
Bonam bonis prognatam ſi uxorem uelit,
Lege id licere facere, ſin aliter, negat.
Noſter quid ageret neſcire, & illam ducere
Cupiebat, & metuebat abſentem patrem.
Da. Non ſi rediſſet pater ei ueniam daret?
Ge. Ille ne indotatam uirginem, atq; ignobilem
Daret illi? nunquam faceret. Da. quid fit deniq;?
Ge. Quid fiat? eſt paraſitus quidam Phormio,
Homo confidens, qui illum Di omnes perduint.
Da. Quid is fecit? Ge. hoc conſilium, quod dicam, dedit
Lex eſt, ut orbæ qui ſint genere proximi
His nubant, & illos ducere eadem hæc lex iubet.

Occaſio q̃ Antipho amare cœpit.

Ego te cognatum dicam, & tibi ſcribam dicam,
Paternum amicum me aſſimulabo uirginis,
Ad iudices ueniemus qui fuerit pater,
Quæ mater, qui cognata tibi ſit, omnia hæc
Confingam, quod erit mihi bonum, atque commodum.
Cum tu horum nihil refelles, uincam ſcilicet.
Pater aderit, mihi paratæ lites, quid mea?
Illa quidem noſtra erit. Da. iocularem audaciam.
Gradus. Ge. Perſuaſit homini, factum'ſt, uentum'ſt, uincimur,
Duxit. Da. quid narras? Ge. hoc, quod audis. Da. ò Geta
Quid te futurum'ſt? Ge. neſcio hercle, unum hoc ſcio,
Quod fors feret, feremus æquo animo. Da. placet,
Hem iſtuc uiri eſt officium. Ge. in me omnis ſpes eſt mihi.
Da. Laudo. Ge. ad precatorem abeam credo, qui mihi
Sic oret, nunc omitte quæſo hunc, cæterum
Poſthac ſi quidquam, nihil precor, tantummodo
Non addit, ubi ego hinc abiero, uel occidito.
Da. Quid ille pædagogus, qui citharistriam,
Quid rei gerit? Ge. ſic tenuiter. Da. non multum habet
Quod det fortaſſe. Ge. immò nihil, niſi ſpem meram.
Da. Pater eius redit, an non? Ge. nō dum. Da. quid? ſenem
Quo ad expectatis ueſtrum? Ge. non certum ſcio,
Sed epiſtolam ab eo allatam eſſe audiui modo,
Et da

Et ad portitores eſſe delatam, hanc petam.

Da. Nunquid Geta aliud me uis? Ge. ut bene ſit tibi.

Puer heus, nemon' huc prodit? cape, da hoc Dorcio.

SI quis me quærit Ruffus. Mira fide poeta deſideratum Getæ oſtendit Dauum. ſiquidē ipſum loquitur à quo reddi ſibi debitum ſperat. Si qs me q.r. Apoſiopeſis ſecūda. nam adparet plura dicturum fuiſſe. Pręſto eſt deſine. tertia perſona de ſe loquens uſus eſt, quia tale nomē prætulit. At. e.o.eo.t.d. conabar, abſolute an eclypſis eſt, ut deſitire, & eſt aduerbiū loci obuiam. Accipe. p̄uenit petitionē dicendo accipe. & hoc cum geſtu offerētis dicitur, & hoc eſt quod ait cōfeci, adfero. Lectum eſt. abſolute nam nō dicit quid aut uerum debitum, an argentū lectum. Lucilius. Lecti om̄es acticō hoc eſt. Lectum eſt conueniet numerus. ordinem ſeruauit. prius. n. qualitas, deinde numerus pecuniæ ſpectari ſolet. Lectū eſt. cōuenit numerus quantū debui, quippe tribus modis debitū pecuniæ ſoluitur, penſione, ſpectatione, numero, quo circa lectum eſt conueniet numerus quantū debui poſitum eſt. Lectum eſt. lectum bonū uel ſplendidum, ut arma Sereſtus lecta refert humeris, quāuis quidam putant lecta ab eo quod eſt lego dicta. Quantū de. pro debitū tibi à me eſt. Amo te, & non neg. amat, ꝙ reddiderit pecuniā. Agit gratias ꝙ diligēter, & quare, utrum quia dictum non fefellit, an quia lectum attulerit in numero congruenti, & recte dixit, nam redditio debita hoc agit, ut iàm gratias agamus. Amo te & non neg. h. gratiā, hoc pro gratiarū actione ponitur, & oſtenditur uere neceſſariā fuiſſe pecuniā. Non neglexiſſe. in Andria. Et id gratum fuiſſe aduerſum te habeo gratiam. Præſertim ut nunc ſunt mores. Sic & illud dictum eſt. Nanq; hoc tēpore obſequiū amicos ueritas odium parit. quia cōſuetudinis imago eſt uituperare pręſentia. Ad hoc res rediĳt, figurate pro ita loqueris. Ad hoc res rediĳt dixit, & p̄prie rediĳſſe res dicitur, cum aliquid peius ab expectatione cōtingit. Si quis quid reddit, magna habenda eſt gratia. i. & ſi non rem magnā, tamen magna habēda eſt gratia. hoc em̄ ſignificat quid reddit. Si qs quid reddit. in hoc qui interrogatiue pronūciauerit parum belle explicat cōceptam ſententiā. Habenda eſt gratia. deeſt enim. Sed quid tu es triſtis. hic admonemur omnē ab initio ſermonē Getæ quaſi ſatagētis & anxĳ pronunciari, accōmodatis pręſertim ad uultū uerbis. nam & ſi quis me quærit, &, at ego obuiam tibi conabar Daue. & amo te, non neglexiſſe habeo gratiā. in ſe quoddā contradictionis animi occupatiq; ſignū habent. Sed quid tu es triſtis, ſed particula tranſitū ſignificat ad mentionē alterius rei. Sed quid tu es triſtis? ego ne; neſcis quo in metu. deſcenſus.

ad argumentum ab eo ſermone qui extrinſecus à poeta informatus eſt iam manifeſte adparet. Ego ne? neſcis, Apoſiopeſis comediæ. Neſcis quo in metu, & quanto in periculo, pronunciantis & interrogantis eſſe poteſt. Neſcis quo in metu, duæ perturbationū bigæ ſunt, à malo una, & cupitis altera. ergo à malo bigis præſentis tēporis periculum eſſe dicimus, & futuri metū. Neſcis quo in metu. pronunciatiue magis quàm percontatiue efferendum eſt. Sic enim ſolemus de magnis rebus dicere. Neſcis quo in metu &. q. i. p. ſ. uix alterꝫ ſuſtineri poteſt eorū quæ utraq; poſuit nunc metus & periculum. Quid iſtuc eſt. fac hunc ſcire, & narrandi nō erit locus, neceſſario igitur ignarus inducitur Dauus. Modo ut tacere poſſis, ut pro ne non, ꝙ ſi eſt, ſubaudiendnm eſt uide, aut quid tale. Modo ut tacere poſſis, modo pro tantūmodo, ut modo Iupiter adſit. Abi ſcis, inſciens. nunc pro inſcio poſuit, uel inſcientē modo ſtultum dicit, aliâs ignarum. Cuius tu. f. i. p. p. ſententioſe dixit, quaſi in omnibus credendum ſit ſeruaturū fidem eſſe eū qui in pecunia ſeruauerit, & hoc ideo interpoſuit, ne longus eſſet dum perſuadet ut dicat, quemadmodū in aliјs fabulis. Cuius tu. f. i. p. p. proprie locutus eſt de pecunia, & fidē dicendo, & credere. nam fides eſt eorum quibus datur, creditores dicūtur qui dant. In pecunia. à maiore ad minus. Perſpexeris, nō inſpexeris, ſed ꝑſpexeris quod plus eſt dixit. Verere ei. u. c. uerba cum ꝓnunciatiōe dicit, ut oſtendat multū diſtare inter pecuniā & uerba. Vbi quid. m. l. e. te. f. a. coniectura cui & bene, & ſeruus nihil de honeſtate dicit. Vbi qd. ſignificantius dixit, quā ſi diceret nihil. Ergo. a. ergo nunc uelut increpatio eſt tarde facientis, quia hic igitur obloquēdo impediuerat narraturꝫ ergo dixit, Sic. Virg. Ergo. a. c. p. c. imp. n. Hanc operā. t. d. auſcultādi & audiendi, plus eſt dico, quā do, dicitur ꝑpetuo, datur ad tempus. Senis noſtri. d. f. dicendo ſenis oſtendit & adoleſcentē ſe dominū habere. dicendo noſtri oſtendit & alienū fore. dicendo fratrē non unū eſſe monſtrauit. dicendo maiorē, etiam minoris fecit indiciū. ſic argumenti partem maximā nondū narrans iam in ipſa interrogatione tranſegit. Hæc autem omia propter populū ſic arguunt, ideo ut ille aliquid uideat ne ſit opus pluribus uerbis. Senis. n. d. e. f. Mirū compendiū narrationis quaſi per interrogationē fecit, ne ex alio repeteret. Sic Virg. Fando. a. ſi. f. & c. & in Eunu. Noſtin. hanc quā amat frater. Quidni. quid eius Gnatū Phædriam. non dixit quid Phædriā, ſed addidit eius Gnatū, ut magis docere quā interrogare uideretur. Quid eius ge. Phæ. deeſt noſtin. Tanquā te. o. uarietas illud quidni tanquā te. Euenit. a. f. ſ. iter, non inuenit iter, ſed euenit ut iter eſſet. Simul uno tēpore. Illi Lēnū ut iret. recte tacet cur Chremes ierit, & dicitur cur Demi. utrūq; pro argumento eſt. Ad hoſpitem antiquū. Sic Virg. Veteremq;. a. a. a. hoc autē addit, ut eſſet idonea cauſſa nauigandi ſeni. Senem p. e. p. epiſtolas dando oſtendit eum nō ſemel ſcripſiſſe. Pellexit, induxit. Sic Virg. pellacis Vlyſſi. Modo nō. m. a. prouerbialis hyꝑbole facta per exceptionē, aut ſuꝑlationē, aut æquā collationem.

ſationem.Eiuſmodi eſt illud Demoſthe. Modo nõ.m.a.S.Maria.m:p.c.
Modo non.m.a.p. more ueterũ, quia hoſpites hoſpitibus multa dona-
bant. Cui tanta.e.r.cui datiuus caſus.domino ne tuo inquit pollicebat
hoc.Cui.t.r.e.deeſt cum,ut ſit cum pellexit.Cui.t.r.e.& ſic plus eſt ſup-
eſſe quã eſſe.Deſinas.ſ.e.ing.neceſſaria eſt ad fabulæ περίστασιν aua-
ritia Demiphonis,ut maiore periculo illo abſente duxerit filius indota-
tam,nã mox dicturus eſt.ille ne indotatã,atq; ignobilẽ daret illi.Sic eſt.
i.recte.non.n.inquit fortuna auarus eſt,ſed natura.Sic eſt.i.o.an domi-
ni,ſed magis domini.Oh regem me eſſe oportuit.oſtendit ei pauperum
adfectiones,qui ſe ſolos uti diuitijs ſcire aiunt ſi eas habeãt. Regẽ me.e,
o.acue me. Abeuntes.a.h.t.huic,& eſt ordo hinc relinquunt filijs.Relin
quunt.i.non ſecũ abducunt.Quaſi.m.bene quaſi, qui non cõplebit hoc
ipſum,nec uult eſſe. Magiſtrum ſic.l.quẽ græci pædagogũ appellant.
Filijs,propter filios.Geta.pro.c.d.acquiſitæ bello longe ab Italia regio
nes,puinciæ dictæ ſunt à porrò, uel procul uincendo, ad quas prætores
quia cum officio mittebantur,officia quoq; puinciæ nominãtur.O Ge-
ta pro.ſplendide prouinciã,dixit.Memini.r.m.d.i.m.Sic Virg. Nec dij
texere cupetũ Aenea ueniente.In hoc aſper, ſed mihi uidetur ad hoc ad-
dixiſſe meo,ne eſſet Amphibolon cui diceret irato deo.Neuius in Stalag
monis.A deo meo propitio meus homo eſt. Memini.r.m.d.i.m.domi-
no dicit.an uero deo.& bene meo,ne eſſet Amphibolõ.nec ſic dixit.Me
mini relinqui,ut in Andria.Memini me uidere & memini me fieri par-
uum.Ennius. Quid uerbis.o.eſt repente infertur, quid opus eſt uerbis,
& ſatis moraliter.Semi fidelis ſum.fidus eſt amicus,fidelis eſt ſeruus.
Scapulas perdidi,plus eſt perdidi,quã ſi diceret dolui,& bene retulit.
* fidelis enim officium ſeruare aliquid. Venere in.m.m. *
uenire in mentẽ non ad recordationẽ tantum dicitur, ſed ad reputatio-
nem & intelligentiã.Namq; in.eſt ad, hoc dictum & ſuperioris perſo-
næ eſſe poteſt & alterius. Aduerſus ſti.c. παροιμία cũ eclypſi. deeſt enĩ
iactare ſtimulũ,pro domino adoleſcente poſuit, Calces. modo calces,
nõ partes plantæ,ſed percuſſiones pedũ plagasq; ſignificat. Aliter Vir.
Calcemq; terit,iã calce Diores. Sciſti uti foro.ſecundũ illos negociato-
res qui ante locum cõmercij non præſcribunt quãto uendant quæ adue
hunt, ſed ſecundum annonã fori quã dep̃henderunt conſiliũ de uenden
dis aut non uendendis mercibus ſumunt.Sciſti uti foro. forũ pro tribus
intelligitur,loco,tempore,& pſona. Sciſti inquit his uti, & eſt uulgare
prouerbiũ,ſenſus autẽ hic eſt.ſciſti inquit quid facere te oportet.Primo
hic Phędria bene additum primo, quia nõ perpetuo.Noſter nihil.m.q.
quartum parelcon, ut in Hecyra,nam nemo quiſquã illorum.t ſ.a.u.
Noſter ni.m.q. * Phædriæ qui nõ noſter.Continuo quandã *
bene cõtinuo quaſi uix expectauerit profectionẽ patris.Puellulã citha-
riſtriam.iſtis nominibus hic agit,ut cauſſa amoris & ex ætate,& ex ar-
te puellæ

te puellæ uideretur, nam ideo puellam dicit. Occœpit amare perditus. legitur & perdite, & amare perdite, ut puta puellã & citharistriã. Ea ſeruiebat lenoni & honeſte, & cito dixit. Seruiebat lenoni impuriſſimo. & quare non fuiſſet libera, & cuius fuiſſet ancilla, & qualis hominis fuerit demõſtrauit. Magna præparatio ad rerũ difficultatẽ imminẽtiũ puella citharistria, auarus leno, amator ꝑditus inopia. Id curãt patres. Expedite dixit patres. ſi.n. patrẽ eius tantũ dixiſſet, reſtabat ut ei ꝑ patrui filium ſuccurreret, ideo dixit ambos nõ habuiſſe niſi oculos paſcere. hoc eñ ſolum erat ꝙ leno nõ uenderet. Sectari, in ludum ducere, & reducere. bene cauilatus eſt, ut iculariter in adoleſcentẽ cui ætas ad ſectandos philoſophos apta erat. hinc etiã philoſophorũ ſectæ, ſed ſectari proprie eſt ut taurus bucculam, ut aries ouẽ. Virg. Tra.ſ.q. uoluptas. Reducere ſyllepſis. à ludo.n. ſubauditur. Nos oc.op.d. cũ typo dixit nos, uelut magiſter excuſans obſequentẽ ei cui cuſtos ſit datus, & ideo addidit ocioſi. Nos ocioſi. relatio ad illud ꝙ mox ocioſi non erunt. Nos oc.o.d. aut ad pudorem ſumitur hoc pronomẽ in ſingulari numero, aut ad dignitatẽ, ſed nõ poteſt nos, & ꝓpterea typos eſt dixiſſe nos. Nos.o.o.d. Apollodorus *

* Operam.d.p. illi amicæ. nos illi. In.q.h.d.l. figurate. In.q.h.d.l. eſt additũ ei loco, ex aduerſo ei loco, legitur & ilico, & adnotatur ex abundanti additũ, ut apud ueteres multa ſunt. Ex ad. ei lo. parelcon quartũ. Tonſtrina erat, apta ſedes ocioſis. Tonſtrina.e.q. parelcon tertium, quædam. Hic ſo.ſ.p. parelcon tertiũ. Fere.p.dũ.i.r. ad ſe.ſ. iter domũ pro rediret. uel certe iter, parelcon figura. Dum ſe. proprie ſedemus & in tonſtrina. Illi in. illi pro ibi, ut illi mea triſtia facta. Et nota illi pro ſi lic. Interuenit.a.q.la. Apollodorus tonſorẽ ipſum nunciũ facit, qui dicat ſe nuper puellæ comã obductam abſtuliſſe, quod ſcio mutaſſe Teren. ne externis moribus ſpectatorem romanũ offenderet. Nos mirarier. recte mirum.n. in adoleſcentibus lachrymæ, ut contra triſtisq́; ſenectus. Nos mirarier. ut ſolã, nam perfidus ille te colere. Ro.q.ſ. ꝙ lachrymet, non quid ſit ipſe ut ſtulti putant. Nunquã æque in.ac.m. mire oſtendit ſemꝑ ſibi hoc uiſum quod dicit, ſed nunquã æque. Pau.mi.o.u. ſtatim ſit mentio paupertatis, ut ſit cauſſa fallaciæ Phormionis. Mõ.q.u.u. bene quãdam, ne ad familiaritatẽ laudare uideretur. Huic ui. aduerbiũ in hoc loco eſt cuius ad locũ huic uiciniã, & ſtatim proximitas inſinuatur, ut ſit ſpes & cauſſa uiuendi. Miſeram. ab adfectu, & ſub diſtinguendũ eſt, ut ad uirginẽ referatur. Lam.m. à probitate quæ pijs attribuitur, & lamentari mortuã. ambiguitas, ſed ſenſum manifeſta. Et ſi.e. ſita, apoſita. Sal. cũ adiectione poſita eũ, cum prædixero poſitũ inſulæ, & hoc ei reciprocũ eſt. Et ſita.e. ex ad. expoſitio paupertatis, & quã facile uirgo uideri poſſit. Nec no.n.u. auxeſis ſit, quia res minuitur, creſcit ſententia. Salu: non repugnãtibus modo, ſed ne deditis quidẽ.a.b.e.m. Nec.u. anaphora. Nec.n. nec ui. Extra unã.a. hæc præſtruuntur, ut ſit ſpes potiendæ uirginis. Nec.n.n.u. hæc deſcriptio paupertatis adiuuat argumentũ. ut

uiſere

uiſere uideant & adoleſcentes uirginem, & amet Antipho. Qui ad fu. ipſum officium funus dixit. Miſertum eſt, hoc eſt miſertus ſum eius, & hoc uidetur oſtēdiſſe quū lachrymauerit. Virgo.i.f.e.a.formā, indignatio. Virgo ipſa. bene ipſa, quia quæ ſupra dixit nō ad ipſam ſed ad euentum eius pertinebant. Quid.u.o.eſt? ſic dicit Teren. ubi ad effectum ꝓperat. Cōmorat.o.n. figura ſyncope pro cōmouerat. & bene omnes. quares ad Antiphonē tm̄ ſpectat. Ibi cō.a.an. hic reddit nomē adoleſcentis, & eſt * Vultis ne.e.u. ut populare penates uenimus. Vultis ne ea. Ipſe hortari inducitur qui amaturus eſt. Alius cenſeo eamus. Phædria uel quilibet. Virgo.p. bene, non dixit uidemus uirginē pulchram, ſed * Virgo.p. illud.n. frigidus. hoc cōcitatius. Et hic magis di. Diceres pro crederes. ut audacter dicito ſæpe Plautus. Alius cē.e. duc nos.ſ. imus ue. hæc om̄ia diuerſi dicunt, & adparet tot eſſe homines. quot per mimiſim ἀσύνθετα demōſtratur relatione grāmatica. Modo quandam uidi uirginē, uide ſic agi, ut non tam morte mulieris quā ſolitudine pulchræ uirginis moueatur adfectus. Simul & ea deſcribi, q̄ matronæ futuræ magis cōueniant, quā quæ temere amanda ſit. Nā hic obitus fœminæ ad comicū exitum ſpectat, quandoquidē plus ex eius morte ſecuritatis quā moleſtiæ ſentiat argumentū. Nihil.a. proprie aderat. adeſt enim id quod adiuuat. Capillus.p. ſingularē numerum pro plurali poſuit. Sic & alibi. Capillus pexus, ꝑlixus circū caput, reiectus negligenter. Paſſus temere diſperſus, ut pars magna.m.a. græca oratione ꝓfluxit hæc dictio. Ipſa.h. & la. ad luctum pertinent. Nudus pes & ueſtitus turpis ad pauperiem. Imus. uenimus, uidemus uirgo pulchra. ἀσύνθετα κατὰ βραχυλογίαν uirgo pulchra. ἀπὸ τοῦ τῆς κατὰ πλήξεως. duo ingentia, & uirgo & pulchra. Imus, uenimus, uide. u.p. Aſyntheton primū ꝑ * Capillus nudus, quaſi extra ipſam. eſt em̄ qđ dicitur nudus pes, & capillus paſſus eſt, tale eſt apud Virg. illum autem quamuis aries ſic candidus ipſe. Nigra ſubeſt nudo tantū cui lingua palato. Reijce. ſic alibi de arbore. Tū fortes late ramos & brachia tēdens. Huc illuc media ipſa ingentē ſuſtinet umbrā, & ipſe arduus. Capillus.p. n.p. facetius quā ſi pluraliter dixiſſet Virg. Quibus ſacer erit in prœlia ſuetus, Ferre manū. Lachrymæ. Veſtitus turpis. aſyntheton tertiū. Vt ni uis bo. plus eſt uis boni quā bonū. Vt ni uis bo.in.i.in.f.h.f. Veteres ignem & calorē quendam quaſi feruorē dixerunt formā. & ideo fornaces, forcipes, formā, & formoſos ex quibus ignis amoris exoritur. Laudandus eſt ergo Teren. proprietate ſeruata, qui cū forma ꝑtuliſſet, ſubiecit extiguere. Ergo & Virg. ſic ait. At mihi ſeſe offert ultro meus ignis Amyn. In ipſa ī.f. hæc formā extinguerēt figura πλοκή. Aliud em̄ ſupra aliud, infra forma repetita ſignificat. In.i.in.f. geminauit præpoſitionē, ut alibi, in amore hæc omnia inſunt uitia, Extinguerent. bene extinguerent, quia

rent,quia ab igne & calore forma dicta eſt. Ille qui il.a. bene illam, quia iam ſupra inſinuauit perſonā cithariſtriæ. Ille qui il.a. ratio cur amauerit uirginē. Fidicinā. ſupra cithariſtriā. ergo indifferenter. Tantūmodo ſ.i, ſenſus eſt, laudauit tantūmodo non etiam captus in amorē. ſatis inquit ſcita. magna laus formā amanti aliam placuiſſe. Noſter uero, apoſiopeſis. iij. quæ ſuccurrit quotiens uerba rebus minora ſunt. Satis in.ſ.f. bella, ut in And. Scitus puer eſt natus è Pam. Amare. c. ille inqt laudauit tm̄ hic amare cœpit, & bene cœpit non amauit, ut oſtendat uim amoris nō parū eſſe, & rem q̄ ſemel ſuſcipi poſſit. Scin, Apoſiopeſis qua in narrationibus in compendiū Teren. uti ſolet. Scin quā. amare cœpit ſubauditur. Quo.e.u. euadat perueniat, nam euadere eſt per obſtantia uenire. Poſtridie ad.a.re. pergit, hoc præſtruens aniculæ intulit, de qua nullam ſupra mentionē fecerat; & bene memor & uirgis, & honeſtæ nō ipſam adiri facit, ſed anū. nec̨ ab ipſa petit fructum uoluptatis, ex cuius perſona maior deſperatio naſcebatur, ſed à nutrice potius per quā ſuaderi puellæ poſſe creditur quicquid libet. Poſtridie ad anum.r. emphaticos ad anum ſtatim, ut qui poſt habuerit omnia alia. Recta. quia non per nuncium. Vt ſibi eius faciat copiā. uide ut nihil de uirgine ſperet, quia omnia ab anicula petat. Illa enim ſe negat. copiam facturam ſubauditur. Nec̨ eum æ. ait fa. quod peteret. Illam ciuem at. illam cum emphaſi dixit. q.d. quā ſic contemnāt. Ciuem bo. eſſe. ciuem quod ad iura ꝑtinet, bonā quod ad ipſam pertinet. Bonā. non uilem, quia boni nō uiles ſunt, unde ſuperlatiuus gradus optimates facit, quia bonus melior optimus dicitur. Bonis prognatā. ꝙ à maioribus eius. Si uxorē uelit, recte ſubiūxit ſi uxorem uelit poſtquā in uirginē ea prætulit quæ ſolent ornare nuptias. Lege. id dicere facere incerta diſtinctio eſt, utrū uxorem uelit lege, an lege id licere facere. Sin aliter negat. & pudice anus, & tamē illecebroſe licere dixit, quod ille impudentius petit ut ſibi eius faciat copiā. Sin ali.n. ſyllepſis facta ex eo quod ſequit̄ facere. Noſter quid ageret neſcire. ꝓpoſita deliberatio, cuius tamē altera pars uincet. nam dicturus eſt per abſentiā patris. Quid ageret neſcire. ꝓ neſciebat, ſed recte ſic ait, quia ſubiuncturus eſt cupiebat & metuebat. metuebat proprie, metuimus enim eos qui nos amāt, timemus etiam inimicos. Illam ducere cupiebat, & metuebat, uide ambiguitatē quā ſequentia non cogunt. Num ſi rediſſet ei pater ueniā daret. bene interrogat Dauus hoc em̄ ſperari ne poſſit, non opus erat fraudibus Phormionis. Num ſi rediſſet ei pater.u. ſi pro cum rediſſet. Virg. Præterea ſi noua diem.m.a.a.e. Ille ne indotatam uirginē. Emphaticos ille de quo dixerat. Deſinas, ſic eſt ingenium, & ſi propter ſpem lucri nauigauerat ſenex, inſinuandum igitur fuit, hoc enim erit oīe periculum fabulæ. Ex ordine Teren. prius inſinuauit perſonam ſenis, ut grauiora fierent quæ dirimebāt nuptias. Ille ne indotatā uirginē atq̨ ignobilē. duo dixit & indotatā & ignobilem, hæc em̄ duo principaliter petuntur, quāuis ſint quatuor quæ in his ſpōſis quærunt, forma, probitas, dos, nobilitas, & manifeſtū eſt cur de forma & ꝓbitate nihil dicat, quippe cum deſuper magnopere ea laudauerit in puella.

Virginē.

Virginem. ſimpliciter accipimus uirginem an ſubaudiamus quamuis,
ut ſit quamuis uirginem. Daret illi. bono adfectu dixit daret illi. filius
enim familiæ non tam ducit uxorem quam à patre accipit, quippe cum
patri committatur puella potius in huiuſmodi conditionibus quam ma
rito. Daret illi, nunquam faceret. Apoſiopeſis. ij. hic enim non tran-
ſit ad aliud, ſed inſtitit incœpto, ut & per interrogationem diceret daret
illi, & per reſponſionē inferret nunquā faceret. & nota nunquam pro
non in maiorem negationis ſignificationē poni ſemper. Daret illi, mire
daret, ut oſtenderet nihil eſſe poteſtatis in filio. Quid fiet deniq;, more
ſuo Teren. deniq; poſuit in fine ſenſus, & eſt aduerbiū ordinis. ſic in He
auton. Fodere, aut arare, aut aliquid facere deniq;, ut ſit deniq;, uel dein
de, uel ad poſtremū. Quid. f. deeſt rogitas, & eſt Apoſiopeſis. Eſt. p. q.
Phormio. Phormio nō à formula ſed à Phormione dicit ſpartheo, quē
nos erronem dicimus triuialiter, & pro cōſuetudine. Quid is. ſ. ſeruat
adfectus triſtis ut ſupra ait. ſed quid tu es triſtis? Confidens homo. ho-
mo comice dictum. nam quis ignoret paraſitū hominē eſſe. Confidens.
hic confidens pro improbo, audaci, ac temerario poſuit, ut. omnigen-
tem confidentiam. Qui illum. qui utinam eſt. ut Luci. in. ij. Qui te mon-
tane malum ad cætera pergit, aut per hoc conſilium quod dicam de-
dit. Qui. i. id. o. p. q. qui aut expletiuū eſt, aut pnomē quo incipiēs Phor
mionem deſcribere cohorruit conſideratione eius, & in hanc uocē qua-
ſi confuſus erupit, hoc autem certum genus eſt. * *
Quid is. ſe. correxit interrogationē errantem ut rediret ad nominatiuū
caſum qui aberrauerat. & illū dixerat. Lex hæc eſt. lex ut in palliata re-
cte ponitur, nam græcorū fuit, & ideo in Andria ſic ait. Inopia & cogna
torum negligentia coacta eſt. Lex eſt. alia cauſſa narrationi interponit
& dicitur * Lex eſt à cauſſa litis, potuit. n. dici non habens
cauſſam. Hoc. c. q. d. ſecundū quoſdam ordo eſt, qui hoc conſiliū quod
dicam dedit. Vt orbæ. q. ſ. g. pro. orba proxima nubat, orbā proximus
ducat, atticū ius eſt, & eſt ordo. lex eſt ut orbæ his nubant. Eadem. h. l. i.
nō duas res iubet hæc una lex. ſed puellis permittit nubere, cognatos co
git ducere. Eadem. h. l. i. bene iubet, minorē. n. uim habet ea lex quæ ali-
quid permittit. quā illa quæ aliquid iubet. Et il. d. bene additū. nihil. n.
ad rem ſi ducendi neceſſitas non fuiſſet. Ego te. c. d. & t. ſe. dicā, à perſo-
na iuſtum quoq; agitur, potuit. n. dici quid mecū eſt tibi. Ego te. c. d. &.
t. ſ. * hæc narratio eſt quā dicit Tullius conſtitutā, & ipſe *
tibi uni parcam inquit. in Verrinis. repente. n. tranſitur ad uerba perſo
narum ab earū deſcriptione, ſed hoc ipſum ad cōmouendos auditores
ualet plurimū. Et. t. ſ. à denunciatione in perſonā ne diceret nō mihi de-
nunciaſti. Et. t. ſ. dicā. Cic. ſcribitur Eraclio, dicā ſupra uerbū, infra no-
men eſt totidem literis aduerſo accentu. Dicam. p. a. a. m. ea dicit à per-
ſona litigantis. potuit. n. adponi perſonā non habens, qui fuerit pater, q
hic pronomen eſt, infra quomodo ſignificat. Quæ mater uirginis. ſ. qui
cognata tibi ſit, qui quomodo, ex qua ratione. Omnia hæc. c. omnia hęc
nō ex abūdanti poſuit. ſed oratorie quaſi tam multa, & eſt archaiſmos,
nam poſt enumerationē ueteres hæc dicebant, Salu. in Iurgur. Hæc om-

nia præſidio adſunt, quid erit totū confingā. Quod erit. m. b. a. c. *
quod mihi inquit fauſtum ac fœlix erit. hoc eſt confingere atq́ mentiri. Quod erit. m. b. a. c. totū iocularíter paraſitus, quippe qui confingam dicit, quaſi nō ſolum nō erubuerit de falſiloquio, ſed quaſi præclari facinoris inceptionē etiam auſpicatus ſit, omnēq́; ſuſceperit dicendo, quod erit mihi bonū atq́ cōmodum. ſic. n. ueteres, quod fauſtum fœlixq́; ſit dicebant aliquid aggreſſuri. Cum tu horū nihil refelles uincā. ſ. hoc interrogatione pronunciandū eſt. Refelles. refutabis, redargues. nā prorſus refellere eſt redarguere falſitatē. Pater aderit, mihi paratæ lites.
* quid mea. mire. * quo maxime aliter metueret, hic pro ridicula re contempſit. Pater aderit & paratæ lites. exquiſite aūt ſubiectū eſt, cū ſupra dixerit mihi paratæ lites, qd mea, pater & lites, & Antiphoni formidanda iſta ſint ridicula paraſito. Illa qui. n. e. κοίνως *
Noſtra, cum Antiphonis tantū eſſe debeat. Iocularem. a. *
hoc eſt minime iocularem, an quæ ex ludo, & ioco in periculū ueniat. Perſuaſit. h. hic iam de Antiphone quæritur cui perſuaſum ſit. Factum eſt. adeo audax Phormio. Verum eſt. epexegeſis, quomodo factum eſt. Ventum eſt. uincimur, duxit, iocularē audaciā, & deeſt audio ex te aut dicis. Factum eſt, uētum eſt, uincimur duxit ἀσύνθετον ut ſupra. Imus, uenimus. Factum eſt. uentum eſt, uincimur. duxit, amat hoc Terē. ut it. latuit, redit, imus uenimus, uidemus, & funus interim ꝓcedit, ſeqmur, ad ſepulchrū uenimus, in ignem poſita eſt. fletur. his nōn modo breuis & comis narratio eſt. ſed etiam auditoris animū ad id quod reſtat intēdit. Quid em̄ admirantis uox eſt nō interrogantis. Hoc qd'. a. ſic pronūcia quaſi periturū contempleris Getam, etiam cum ſub incerto interitu defleat. O Geta. q. de te. f. eſt. ſ. qui magiſter relictus ſis Antiphoni. Neſcio. h. u. &c. ethicos deſperatione rerum fortis eſt ſeruus, & ſimul uigilauit poeta, ne ſi & hæc eiularet, res tota migraret in tragœdia. Quod. f. f. f. æ. a. graues ſententiæ ex perſona ſeruorū cum dicūtur ridiculæ ſunt, & eo conſilio interponunt̄. Feremus. æ. a. hoc ſecundum ſeruos qui futura contemnunt, & mire meritū culpæ ſuæ ad fortunā retulit. Hem. i. eſt u. o. compendium cōſolationis quod hic libenter accepit, & ideo ſtatim approbat. In me. o. ſ. m. eſt. quomodo: an ſtrenue ut ſe defendat, an ut fugiat, an ut patiēs ſit plagarū. Ad p̄. a. bene poeta omīa tractat, quæ in tali re tacenda ſeruo eſſent, niſi aliud poſceret argumentū. Ad p̄. a. ſic in Heauton. Nec tutorem tibi, nec p̄catorem pararis. Qui. m. ſic oret. i. pro me oret. Nunc. a. q. h. μίμησις dicitur ubi nō uerba modo. uerum etiam geſtum, uocemq́; fingamus alienam. Nunc. a. q. h. quod nos dicimus dimittte. antiqui etiā dicebāt amitte. Virg. Et amiſſos. h. i. o. Graios. & Saluſt. Pactione amiſſa publico legato. Poſthac ſi. q. n. p̄. facile impetrat q. non omīa extorquet, ergo ars præcatoria eſt mitigare præſentia, futura omittere. Simul etiā quia omīs cauſſā in hoc eſt ne uideat̄ ſeruus ob impunitatē

punitatem in delictis amplius peccaturus. Poſthac ſi. q. ut ſolet eleganter per eclypſim, & ſimul non ſi tantūdem peccauerit, ſed ſi uel minimū tale eſt & illud. Si ſenſero hodie quicquā te in nuptijs fallaciæ conari. & ſi quicquā inuenias occidito. Nihil p̄ nihil pro non, ſed plena negatio. Vbi. e. h. a. hic oſtendit nullum præcatorē ex animo poſtulare ueniā ſeruo. Vel oc. uel pro etiā, occidito tu, tantū cedere uolebas, ego dicam etiā occidito. Quid. p. i. qui. c. moraliter quærit uolens audire de Phædria poſtquā de Antiphone cognouit, maxime quia hæc interrogatio reſpōſionem elicit, qua ſpectator inſtruit ad cognoſcenda cætera. Quid peda gogus ille qui. ci. quia dixit ſectari, in ludum ducere, & reducere, & qa puellam dixit ab ætate, pædagogus eſt ille ait qui citharīſtriā Phædria. ſ. qui neq; abſcedit à cuſtodia puellæ, neq; illā ipſe contingit. Qui citharīſtriam. eclypſis, ſectatur, amat, uel quid tale ſubaudiēdum eſt. Sic tenuiter δεικτικῶς ſic dicendum eſt cum aliquo geſtu. Non multū habet quod det fortaſſe, cum cōmiſeratione amatoris adoleſcentis p̄nunciandum eſt. Immo nihil niſi. ſ. m. bene ſpem, quia amat, nemo em̄ cū ſpem non habet non amat. Meram. ſolām. Pater eius redit an non? Chremes ſ. Nondum. quia ueniet. iam non plena negatio eſt. Quid ſenem quoad expectatis ueſtrum? animaduertite quid ſecūdum morem quottidianū tum dici cum fit tranſitus à mentione alterius rei ad alterā, ſic & ſupra, quid pædagogus ille. Quoad expectatis. quoad quādiu, & recte locutus eſt, quia aduentus finis eſt expectationis. Sed epiſtolam ab eo. a. c. a. mire paratur inopinatus ſubito aduētus ſenis, nam ipſe ueniet cuius epiſtolam ſperat. Ad portitores eſſe delatā. more ueterū magiſtri tributorum ideſt publicani, operā in portu dabant inferendarū rerum, & efferendarum, uectigal exigentes. Ad portitores, ad eos qui in portu ſunt, ex quo more hoc dixerit uide Attico, an Romano. Nunquid Geta aliud me uis? abſq; illo quod argento tibi à me opus fuit. Vt bene ſit tibi ἀνελλιπισμὸς pro nihil. Puer heus nemō huc prodit? moralis expreſſio. nam eos uocat quibus initio egrediens dicebat, ſi quis me quærit ruffus. Cape. da hoc Dortio· κωφὸν πρόσωπον loquitur. Dortio. dortium fœmininum nomen eſt, ut Planeſum, Glycerium.

ACTVS PRIMI

SCENA TERTIA.

Octonarij, & unus dimeter.

ANTIPHO. PHAEDRIA.

Querela adoleſcentis, continens. πρότασιν & peccati expoſitionem.

ADeon'rem rediſſe, ut qui mihi conſultũ optime uelit eſſe
Phædria, patrem ut extimeſcam, ubi in mentem eius aduenti uenit?
Quod ni fuiſſem incogitans, ita eum expectarem, ut par fuit.
Ph. Quid iſtuc eſt? An. rogitas? qui tam audacis facinoris mihi conſcius ſis.
Quod utinam ne Phormioni id ſuadere in mentẽ incidiſſet.
Neu me cupidum eò compuliſſet, quod mihi principium'ſt mali.
Non potius eſſem, fuiſſet tum illos mihi ægre aliquot dies
At non quotidiana cura hæc angeret animum. Ph. audio.
An. Dum expecto quàm mox ueniat, qui adimat hanc mihi conſuetudinem.
Ph. Alijs quia deſit, quod amant, ægre'ſt, tibi quia ſupereſt, dolet,
Amore abundas Antipho.
Nam tua quidem hercle certo uita hæc expetenda optandaq́ eſt.
Ita me Di bene amẽt, ut mihi liceat tam diu quod amo frui,
Iam depaciſci mortem cupio, tu conijcito cætera,
Quid ego ex hac inopia nunc capiã, & qd tu ex iſtac copia.

Vt ne

Vt ne addam, quod ſine ſumptu ingenuam, liberalem na-
ctus es,
Quod habes, ita ut uoluiſti, uxorem ſine mala fama, palàm
Beatus, ni unum hoc deſit, animus qui modeſte iſtæc ferat
Quod ſi tibi res ſit cum eo lenone, quo cum mihi eſt, tum
ſentias.
Ita pleriq; ingenio ſumus omnes, noſtri noſmet pœnitet.
An. At tu mihi contra nunc uidere fortunatus Phædria
Cui de integro eſt poteſtas etiam conſulendi quid uelis,
Retinere, amare, admittere. ego in eum incidi infelix locũ,
Vt neq; mihi eius ſit amittendi, nec retinendi copia,
Sed qd hoc eſt? uideo' nego Getam currentẽ aduenire huc?
Is eſt ipſus. hei timeo miſer, quã hic mihi nunc rem nuntiet.

ADeon rem rediſſe. ut qui mihi cõſultũ optime uelit eſſe. In hac ſcena color uitæ eſt eorũ, qui quicquid immodice cõcupiuerint ſpernunt poſtquã uenerit. quod apertiore ſententia oſtendit dicendo. Noſtri noſmet pœnitet. Adeon rem rediſſe. u. q. m. cõparatiua qualitas in hac ſcena eſt inter Antiphonis uitã, & Phædriæ. genus cauſſæ demonſtratiuũ, contendunt autẽ uter magis miſer ſit. Vt qui mihi conſultũ &c. mira ſententia, qua oſtendit adoleſcentulos in peccatis neminẽ magis metuere, quã eos à quibus maxime diliguntur, ſimulq; inducitur rerum imminentiũ præſtructio, in qua ſic audax inducit Phædria, ut defenſor futurus ſit timidus Antipho. Patrem ut extimeſcam. ferienda pronunciatio, in eo quod ait patrẽ, ut qui futurus ſit. hoc enim magis mirũ eſt, ideo patrẽ timeri, quia conſultũ optime uelit. Vbi in mentẽ eius aduenti uenit. nota uenire in mentẽ ueteres nõ recordationis cauſſa tantũ, ſed etiã recogitationis conſiderationisq; poſuiſſe. Vbi in mentẽ eius aduenti uenit. ſic ueteres genetiuo caſu proferebant in mentẽ ueniat. Cice. Fac tibi paternæ legis auxiliũ ueniat in mentẽ. Aduenti uenit. multipliciter decli-

ter declinatur, & aduentus, ſic in Andria. Nihil ornati. nihil tumulti. Ve
nit. legitur & aduenit. Incogitans. temerarius, improbus, non cogitans
inquit in uſu eſt, an non eodem modo cogitãs. Ita expectarem ut par fu-
it. nota expectarẽ nunc operier, aliâs ſperarẽ. Quid iſtuc eſt? hæc inter-
rogatio ſtomachoſa eſt, extenuare uolentis metũ fratris, diuerſa ẽm ſen
tit ob diuerſum amoris euentũ. Qui tam audacis facinoris mihi conſci-
us ſis, proprie ad terrorẽ qui de facinore loquit̃, conſcium dixit. Rogi-
tas qui tam audacis facinoris. bene timens inducitur Antipho, ut ſit cau
ſa fugiendi. ad hoc enim fugiet ne ad dimittendã coniugẽ cogatur à pa-
tre ante errorẽ fabulæ patefactum. Quod utinã Phormioni, gratiſſime.
non Phormiom ſuccenſet, ſed Phormionis inuento. & uide ut & ipſe ſe
culpæ ſubtrahat. Quod utinã. & familiare eſt initia accuſare rerũ quos
alicuius negocij pœnitet. Vtinam Phormioni. i. uetus elocutio utinã, ut
Ennius in Medea. utinã ne in nemore pelio nunquã cecidiſſent ad terrã
trabes, & ne pro nõ accipiendũ. Ne me cupidum eò. i. bene hoc addidit
ad excuſationẽ, potuit enim dici non cõſentire. Eo impuliſſet, eò ad uxo
rem ducendã, an eo in tantũ. Quod mihi principiũ eſt mali. bene quaſi
caput mali. nõ in amore ſit, ſed in nuptijs. Non potius eſſem. more homi
num loquitur. credi ẽm ex conſequenti ſatietate, quod potuerit abſtine-
re à moribus ſuis. Non potius eſſem. antipophora, ut uerũ anceps pug-
næ fuerat fortuna fuiſſe, hic enim utraq; pars ponit̃. Non. p. e. *μονομερης*
non ut illa, ſed potiri uoluiſſet poſuiſſet. Fuiſſet tum illud ægre aliquot
dies. quidam totũ interrogatiue pronunciãt, nempe fuiſſet. t. i. e. &c. At
non. q. c. h. a. animũ, amatorie loquitur Antipho. Errant qui putant eum
pœnitere ſui deſiderij. nam ſi hoc eſt, nec maritus firmus uidebitur fore,
ſed hoc dicit, facilius fuiſſe abſtinere uirgine intacta, quã ea cum qua iã
conſueuerit, & ideo ſubiungit, Dum expecto quã mox ueniat, qui hanc
mihi adimat conſuetudinẽ. Audio. audio per ironiam dicitur, modo à
continente. dictum Antiphonis. Audio. omnia deridet Phædria cupiẽs
fructum amoris, uel periculis adipiſci. eſt ergo audio, ironia, pro non
audio, hoc eſt, ſi nihil dicis. Dum expecto quam. m. u. non quando, ſed
quã cito, quia timet. Qui adimat. h. n. c. mire nõ amorem, tanquã amore
carere potuerit, conſuetudine non poſſit. Et nota proprietatẽ dicti. nam
conſuetudo ſpecialiter de coitu dicitur. Alijs quia deſit quod amãt, ma-
gnificentius alijs dixit quã ſi diceret mihi. Tibi quia ſupereſt do. labora
uit ut oſtenderet plus eſſe dolet quã ægre eſt. & ideo inſanũ ait Antipho
nem, qui in ea fortuna poſitus, quæ aduerſa & cõtraria eſt, idem patiat̃
quod miſer. & eſt figura. * Nam ad utrũq; ægre eſt, ſuffi-
* cere potuit. ſcire autẽ debemus ꝓnunciatiue, & per interrogationẽ hoc
ipſum pronũciari poſſe. Amore ab. an hoc ſic ꝓnunciandũ quemadmo
dum ſolet cum ſtomacho dici uituperanti cibũ, ut pleno uentre eſt, uult
enim oſtendere ſatietatis hoc eſſe nõ ratiocinationis quod nunc quærit̃
Antipho.

Antipho. Tibi quia ſupeſt.i.eo quod deſideres abūdas,ordo eſt tibi do let. Amore abundas Antipho , abundare dicitur qui ſucceſſu proſpero adfluit. Lucil.lib.iij. Ille alter abundans cum ſeptē in locum Hiſpanus. r.a.r.p. Amore abundas Antipho.hoc cum ꝓnunciatione infert. Nam tua quidem hercle hæc uita certe.bene certe,quia ſupra omnia cum ironia dixit. Vita hæc expetenda,uita dixit ut oſtenderet etiā ſi non fœlicitas,ſed uita dicatur optanda eſſe,uita autē & mors ſignificat, & animā & alimentum,& ſpatium uiuēdi,& fortunā accidentem uiuentibus,ut modo. Expetenda.optandaq́ꝫ. & proprie dixit expetenda optandaq́ꝫ. oīa enim quæ amamus,aut induſtria,aut uoto proueniūt,hoc eſt aut in nobis ſunt,aut in fortuna poſita.Ita me dij bene ament ut mihi liceat, neceſſario iurat,quia quod dicturus eſt,ſolis amatoribus ueſter eſſe credendum. Ita me dij bene ament, ut mihi liceat tamdiu quod amo frui, opportunus locus in quo oſtenditur quàm magno amore ſit poſſeſſus Phædria, cui par impenditur argumentum. Tamdiu quod amo frui. qui diu uxore fruitur Antipho. an tamdiu dictum, quod tantum diu,& tantiſper,hoc eſt uel tantillo tempore. Quod amo frui, deeſt eo.ut ſit eo quod amo frui.Iam depaciſci mortem.pactione tranſigere. Tu coniicito cætera,aut cætera abundat,aut deeſt per, ut ſit per cætera. Quid ego ex.h.ino.n.c.infortuniū.ſ. Et quid tu ex iſta.c.fructum ac fœlicitatem. Vt non addam.paralyſis figura , in qua uelut abundanti enumerantur adiecta. Ingenuam & liberalem.hoc natalium,id morum eſt. Vt ne addam* ut ne quod græci ἵνα μή. Quod habes ita * ut uoluiſti, uoluiſti ſubdiſtinguēdum eſt, & ſic legēdum.uxorem enim erit ut uoluiſti uxorem.* bona præparatio uxoris futuræ. Sine mala fama palam , multi ſuperius iungunt palam ſine ſumptu ingenuā,liberalē,cōtra eam quæ patitur.iſta poſuit oīa huius in amore copiam ſuā inopiam.Huius deſideriū nullo conſtitiſſe ſumptu,ſibi à lenone emēdam puellam. Huius ingenuā,ſuam ſeruam,huius liberalē. ſuam cithariſtriam,hūc nactum eſſe.ſe ſectari tantū huius uxorem amicam ſuam.huius amorem maritalē eſſe. ſuum uelut prodigi, uelut ſcortatoris. Ni unum hoc deſit animus , qui modeſte iſtæc ferat. modeſte, moderate. Salu.lib.ij.Modeſtus ad oīa alia niſi dominationē.Modeſte.cum modo.Quod ſi tibi res cum lenone ſit. & modo non cōnexiua, uel inceptiua coniunctio eſt.Salu.lib.ij. Et poni ferē aduerſus.a.n.c.m. Sentias,ſic alibi,ſic rogas,ſenſi.Ita plæriqꝫ ingenio.ſ.o.n.n.p.parelcon tertium,in And.Quod plęriqꝫ omnes faciunt adoleſcentuli,& eſt archaiſmos,ut accede ad ignem hunc.iam caleſces plus ſatis. Cui de integro. p.deinceps an de integro.i.de integris rebus.Noſtri.n.p.pœnitet eū qui parum putat,ergo ipſi nos inqt noſtra cōtemnimus,ſic in Heau. At em dices me quantū hic operis fiat pœnitet. Retinere,amittere,amare,an cōiuncte legendū eſt qđ uelis retinere,ut duo ſint amare,amittere, quia & infra duo reddit. Vt neqꝫ mihi ſit amittendi, neqꝫ remittendi copia, amittendi ꝓpter amorē,retinendi propter patrē. Et hei interiectio ingemiſcentis eſt.ut hei mihi quantū ꝓſidiū Auſonia,& quantū tu ꝑdis Iule. Hei timeo miſer,quā recte iā timet,qa in metū ſemꝑ eſt ꝑſaga mali mēs

ACTVS PRIMI

SCENA QVARTA.

Tetrametri, partim trimetri, & dimetri tres.

GETA. ANTIPHO. PHAEDRIA.

πρότασις & conſultatio quomodo placent ſenẽ.

NVllus es Geta, niſi aliquod iam tibi conſilium celere repereris.
Ita nunc imperatum ſubito tanta te impendent mala,
Quę neq; uti deuitem ſcio, neq; quo modo me inde extraham,
Nam non poteſt celari noſtra diutius iam audacia.
Quæ ſi non aſtu prouidentur. me aut herum peſſundabunt
An. Quid nam ille cõmotus uenit? Ge. tum temporis punctum mihi.
Ad hanc rem eſt, herus adeſt. An. quid iſtuc mali eſt?
Ge. Quod cum audierit, quod eius remedium inueniam iracundiæ?
Loquar ne? incendam, taceam? inſtigem, purgem me? laterem lauem.
Eheu me miſerum, cum mihi paueo, tum Antipho me excruciat animi,
Eius me miſeret, ei nunc timeo, is nunc me retinet, nam

absq;

absq; eo eſſet,

Recte ego mihi uidiſſem, & ſenis eſſem ultus iracundiam

Aliquid conuaſaſſem, atq; hinc me conijcerem protinus in pedes.

An. Quam hic fugam, aut furtum parat?

Ge. Sed ubi Antiphonem reperiam? aut qua quærere inſiſtam uia?

Ph. Te nominat. An. neſcio quod magnum hoc nuntio expecto malum.

Ph. Ah ſanus ne es? Ge. domum ire pergã, ibi plurimum eſt Ph. reuocemus

Hominem. An. ſta ilico. Ge. Hem,

Satis pro imperio quiſquis es. An. Geta. Ge. ipſe eſt, quem uolui obuiam.

An. Cedo qd portas obſecro? atq; id (ſi potes) uerbo expedi

Ge. Faciam. An. eloquere. Ge. modo apud portum. An. meumne?

Ge. Intellextin? An. occidi. Ge. hem.

An. Quid agam? Ph. quid ais? Ge. huius patrem uidiſſe me patruum tuum.

An. Nam quod ego huic nunc ſubito exitio remedium inueniam miſer?

Quod ſi eo meæ fortunæ redeunt, Phaniũ ab te ut diſtrahar

Nulla'ſt mihi uita expetenda. Ge. ergo iſtæc cum ita ſint Antipho, (uat.
Tanto magis te aduigilare æquom'ſt, forteis fortuna adiu
An. Non ſum apud me. Ge. atqui opus eſt nunc cum maxime ut ſis Antipho,
Nam ſi te ſenſerit timidum pater eſſe, arbitrabitur
Commeruiſſe culpam. Ph. hoc uerum'ſt. An. non poſſum immutarier.
Ge. Quid faceres, ſi aliquid grauius tibi nunc faciundum foret?
An. Cum hoc non poſſum, illud minus poſſem. Ge. hoc nihil eſt Phædria, ilicet,
Quid conterimus operam fruſtra? quin abeam? Ph. & quidem ego. An. obſecro.
Quid ſi aſſimulabo. ſatin'ſt? Ge. garris. An. uoltum contemplamini, hem,
Satin'ſic eſt? Ge. non. An. quid ſi ſic? Ge. propemodum. An. quid ſi ſic eſt? Ge. ſat eſt.
Hem iſtuc ſerua, & uerbum uerbo par pari ut reſpondeas,
Ne te iratus ſuis dictis protelet. An. ſcio.
Ge. Vi coactum te eſſe inuitum, lege, iudicio, tenes?
Sed quis hic eſt ſenex, quem uideo in ultima platea? An. ipſus eſt,

Non poſ-

Non poſſum adeſſe. Ge. ah quid ais? quo abis Antipho?
manc,
Mane, inquam. An. egomet me noui, & peccatum meum,
Vobis commendo Phanium, & uitam meam.
Ph. Geta quid nnnc fiet? Ge. tu iam lites audies,
Ego plectar pendens, niſi quid me feſellerit.
Sed quod modo hic nos Antiphonem monuimus,
Id nos metipſos facere oportet Phædria.
Ph. Aufer, mihi oportet, quin tu quod faciam impera.
Ge. Meminiſtin' olim uti fuerit ueſtra oratio,
In re incipiunda ad defendendam noxiam,
Iuſtam illam cauſſam, facilem, uincibilem, optumam.
Ph. Memini. Ge. hem nunc ipſa'ſt opus, aut ſiquid poteſt,
Meliore, & callidiore. Ph. fiet ſedulo.
Ge. Nunc prior adito tu, ego in inſidijs hic ero
Succenturiatus, ſiquid deficies. Ph. age.

NVllus es Geta niſi iam tibi aliquod conſilium. In hac ſcena ſerui currentis officiū eſt tendens ad perturbationem Antiphonis, quē oportet abeſſe cōſpectui patris, uſq; ad cognitionē rerum, & καταςροφὴν fabulæ. Conſilium celere. hoc celere neutrale dicitur. Subito tanta te impendent mala accuſatiuo caſu impendent * pro in te pendent mala, cū ſupra nullus es Geta dixerit, hic tranſitum fecit ad primā perſonā. Quæ neq; uti deuitē. ruina aut deuitanda eſt, aut extrahēda ſunt ex ea corpora quę oppreſſerit. Nam nō p. c. n. d iā au. bene noſtra, quia ipſe partem maximam culpæ ſuæ tenet, ut magiſter, Deuitē, cum iniqua irruant, inde ex-

 traham

traham cũ irruerint. Celari. Nigidius quærit utrũ plenum ſit an expreſ-
ſum. Quidnã il. c. u. modo cõmotus perturbatus atq; cõterritus. Quid-
nam il. c. hic oſtendit poeta idcirco confuſum Getã, ut de eius metu An-
tipho terreatur. Tum. t. mi. punctum. punctum pro momẽto, ut Luci. in
xiiij. Puncto una hora, & qui quoq; inuaſit. Punctum anguſtiſſimũ ſpa
tium. Ad hanc rem. ad deliberandũ quod ago. Herus adeſt. uultu triſti
& ſupercilijs arduis hoc dicendum eſt. Quid iſtud mali. mire præſto he-
rus adeſt. Quid iſtud mali eſt, poſuit ex perſona Antiphonis, cui pro ca
lamitate eſt patris aduentus. Quod cũ audiuerit. ſ. q uxorẽ duxit Anti-
pho. Quod eius. r. plus eſt quã ſi diceret nullum. Quod cũ au. quod eius
remedium inueniã. bene nõ addidit quid. ſecũ. n. loquitur. quod eius re-
medium inueniã? proprie remediũ quaſi iracundia morbus ſit. Loquar
ne? incendã. quia iracundia ignis eſt. Taceã, inſtigẽ. inſtigare proprie ſe
ra dicitur. Purgem. laterẽ lauem. παροιμία Loquar ne? taceã, inſtigẽ *

* Loquar ne, incendã, duo ſunt quæ fieri in peccando ſolent,
aut loqui, aut tacere, ſed quid uult ſibi, purgẽ ne, cũ idem ſit loquar, an
quia poteſt purgatio & per defenſorẽ & patronum induci, ſic quidã pu
tant, ſed melius eſt hoc, & perturbatæ, & ſeruilis, imperteritæq; perſo-
næ uerba ſine arte eſſe, & uim ſignificati non habent. Tum mihi paueo
tum præterquã quod ſignificat modo. Tum Antipho me excruciat ani
mi. *

* pro eo quod eſt præter Antiphonẽ me
excrucior animo. ſic in Hecyra. Fecit animi ut incertus foret gener eius,
uiſu ueteres figurabant hanc locutionẽ. Eius me miſeret. ei nunc timeo,
miſeret me preteritorũ, timeo de futuris. Eius me miſeret. ei nũc timeo,
Is nunc retinet. nam abſq; eo eſſet figura Polyptotõ, eius, ei, is. Nunc re-
tinet me. ſi retinet quomodo excruciat? Nam abſq;. e. e. ſi ad eum res nõ
ꝑtineret. i. Si meum tantũmodo peccatũ eſſet hoc ipſum. Recte ego. m.
u. & ſe. e. ul. ira. facete ſeruus occaſiõe melioris cõditionis eſſe exiſtimat
fugæ cauſſam, tanquã ſibi peccanti & libertatis genus præſtare poſſet
& prædam. Recte. e. m. u. & dicimus uide tibi, & uidete uobis, & recte
uidiſſem pro ꝓuidiſſem. Et ſenis. e. ul. ira. ſenis maluit quã domini dice
re, ut in ipſo nomine & hortamentũ impune fugiẽdi adpareat. Et ſimul
quia non iram, ſed iracundiã dicturus eſſet. nam ira de cauſſa, iracũdia
de moribus. Et ſenis. e. u. i. non dixit euaſiſſem, ſed ultus eſſem. Faciunt
enim ſerui fugiendo, ut dominos pœniteat iratos fuiſſe. Vltus eſſem. ſic
Virg. Vlta uirum. Aliquid conuaſaſſem, figuratũ eſt à colligẽdis uaſis.
Hic me. c. pro. i. p. recte ego mihi uidiſſem ꝓtinus in pedes. protinã fuit,
ſic Nigidius legit. Quã hic fugã conijcerem in pedes. Aut fur. p. aliquid
conuaſaſſem. Quã hic fu. aut. f. p. iucunda ἀπώδοσις. Prius enim furtũ
quã fuga occurrere debuit. Sed ubi. an. r. ſed ꝓ ergo, ut ſit ergo ubi An-
tiphonem reperiã, an ſed finis ſuperioris ſententiæ eſt. ut Salu. Sed me-
tellus in ulteriore prouincia. Reperiam. ſi alicubi ceſſat. Aut quã. q. i. u. ſi

alicubi

aliſcubi ambulet. omnis eſt̄ qui quæritur aut ceſſat, aut ambulat. Te nominat, ad hoc dictū̄ auditur Geta, & ipſe non uidet adoleſcētes, ut plus illis terroris incutiat dum ſecū loquitur. Neſcio qd.m.h.&c. diſerte locutus eſt, neſcio quod magnū hoc nuncio expecto malum, pro eo quod eſt neſcio quod magnū malum hunc mihi nunciaturū arbitror. Domū ire. hoc nos ἐκλειπτικός dicimus domū pergā. Vbi plurimū eſt. oſtēdit ab nūcio ſe domū pergere, & ſi uideri delibeaſſe, quare ibi plurimū eſt. ſ. ꝓpter amorem uxoris ſuæ. Sanus ne es. * ſanus ne es. * Reuocemus. h. comice & moraliter addidit hominē. Sta illico. ille reuocemus hominē dixit, hic nō progredi iuſſit. Satis pro imperio quiſquis es. hinc oſtendit culpæ conſcientia nullā auctoritatem reliquā in magiſtro Geta. Satis pro imperio. i. imperioſe. Cedo quid. p. ob. atq; id ſi. p. u ex. mire expreſſit adfectum de timore properātis. Cedo quid. p. ob. ut ſi uera feram ſi magna rependam. nam ferre & portare de negocijs maioribus dicitur. Verbo expe. deeſt uno. Eloquere. aliter oſtēdit quid eſt uerbo expedi dicendo, eloquere. Modo apud. p. p. u. dicturus Geta præuentus eſt ab eo quē timor intelligentē fecerat. Hem. propriæ & ſuam cuiq; perſonæ exhibuit celeritatē ex præſagio metuenti Antiphoni, & tarditatē intellectus quieti pectoris ſecuro Phædriæ. Quid agam? iam flet Antipho, & adhuc nō intelligit Phædria. Huius patrē. u. m. p. t. reddit utriq; propriū. ut ille qui timebat paucis intelligeret, & qui ſecurus erat pluribus edoceret. Nam qd' ego huic nūc ſubito. nam aut ſubiunctiua coniunctio eſt ſuperiori dicto, quod ait quid agam, aut Anaſtrophe eſt, nam quod pro quodnā. Huic ſubito exitio remediū, ſubito aduerbium & nomē eſt. Cum ſubito aſſurgens fluctu nimboſus orion. Inueniā. miſer. cū ego ſupra dixerit Emphaticos addit miſer. Quod ſi eo. m. f. r. tragice amator hoc negociū fortunas oēs dixit eſſe. Fortunæ. r. bene redeunt quaſi in peius, & à proceſſu retro in deterius. Phaniū abs te ut diſtrahar, amatoria, προσφώνησις p Apoſtrophen. Abs te ut diſtrahar. non dixit à me diſtraharis, & uide uerbū uim coherētis oſtendere. Nulla eſt mihi uita ex. nulla pro non. aut nullius cōditionis. q. d. ne deorum quidē uita mihi dulcis eſt ſine te. Nulla eſt mihi uita expetenda, ſine Phanio. Tanto magis te aduigilare, ad uim actiuā nunc habet, ut adlaudabile admirabile. Forteis fortuna adiuuat. παρόμοιον & forteis accuſatiuus pluralis eſt. Nō ſum apud me. id agitur ut ſupra diximus queadmodum Antipho præſens nō ſit, quem neq; conuenit contra patrē aliquid dicere, neq; rurſum præſentem opprimi à patre ex argumēto eſt. Atqui opus eſt nunc quāmaxime, ut ſis Antipho apud te ſubaudit. Nam ſi ſenſerit te timidum pater eſſe, arbitrabitur cōmeruiſſe culpam. Sic Saluſt. in hiſtoria. Ita fiducia quā argumentis purgatiores dimittūtur. Nam ſi ſenſerit te. ti. timidum pro timētem. ut Addit ſe ſociam timidiſq; ſuperuenit Aegle. Virg. Cōmeruiſſe culpā, pro cōmiſiſſe. Hoc uerum eſt. cōgrueſſe,

grue ſit, ut & Geta & Phædria audaciores ſint, q̃ & abſq; amore ſunt, & hoc oportet obijci pro Antiphone irato ſeni. Non poſſum im. uim negantis hoc habet, quod ait immutarier. oſtendit enim naturæ ſuæ timiditatem nullius adhortationibus eijci poſſe. Quid faceres ſi. a. g. t. n. f. foret. bene grauius, quia hoc graue, ut uideas ipſam hortationẽ uim habere concedentis graue eſſe quod geritur. Quũ hoc non. p. il. mi. p. hoc intulit. * Nam uidebatur hac interrogatione adduci poſſe ad ſententiã ꝑcontãtis, & hæc ars eſt dialectica contra ἐπάγον cũ male reſpondendo callidæ interrogationis interrũpamus argumentũ. Hoc nihil eſt Phædria illicet. utrum hoc relatiuũ, an hoc cum cõtemptu pro hic Antipho. Nihil eſt, ſic Cic. in Verrinis. Et ſi hoc neſcio quidem nugatorem ſciebam pro hunc. Illicet. ſemp ilicet finem rei ſignificat, ut actũ eſt. Ilicet per Syncopen, ſiciudices de cõſilio dimittebant ſupma dicta, cum præco pronũciaſſet ilicet, quod ſignificat pro ire licet. Quin ab ea. hic terrore cõmouet Antiphonem, & quin dicit pro cur non. Et quidẽ ego, ordo, & ego quidẽ, & deeſt ab eo. Quid ſi aſſ. audacẽ. Obſecro qd ſi aſſimulabo ſatin eſt? adeo morale uitium eſt ex conſcientia pauor, ut ipſe quoq; Antipho nitatur cõtra, neq; quicquã promoueat. Satin. ſ. eſt, hic locus auctoris magis eſt quã lectoris. oſtẽditur em̃ conari ad ſimulandam audaciã, quo magis ridicula formidoloſa perſona eſt. Propemodum, & hoc non plenæ conſenſionis eſt, qđ ait propemodũ. Sat eſt. non dixit bene eſt. ſed ſat eſt, & uide uix ad hoc ipſum eſſe peruentum. Hem. i. ſ. & uerbum uerbo. par pari ut reſpondeas. dicendo ſerua. oſtendit iam incipere deperire, qđ finxit atq; ſimulauit audaciæ. Hem iſtuc ſerua. & uerbum. u. p. p. animaduerte & quid doceat, & cõmachinetur artifex poeta, qui debitum reddat rebus atq; perſonis. Verbum uerbo, par pari. duo dixit, non tantũ uerbum uerbo, ſed par pari. Ne te iratus ſuis ſeuis dictis. cauſſalem uim habet quod ait iratus, hoc eſt qui ob pręſentem iram uehemẽtius tecum agat. Protelet. & protelũ à pro & cedẽdo dictum eſt, quod eſt ante & trahere. Alij aſſiduo telorũ iactu exiſtimant dici ut Luc. Vndiq; protelo plagarum continuato, hoc eſt tenore. Protelet. protrahat, præueniat, exagitet. Vi coactum eſſe te. mira breuitas in qua tota defenſio cõtinetur, & ſubaudiatᷣ ſic reſpõdeas, aut quid tale. Inuitum. bene id repetit ad confirmãdam memoriam trepidantis, non enim diuerſa ſunt, ſed repetũtur ut teneri poſſit id qđ cauſſæ opus eſt. Nam ui coactũ eſſe idem ſignificat quod inuitũ. an ideo. Scio. adparet hoc uerbum eo uultu dici, ut manifeſtum ſit abſenti animo eſſe cum eo cum quo loquitur. Tenes. exquiſite addidit tenes, ut adpareat Antiphonem uultu oſtẽdere. ꝙ horum nihil perturbatus aduertat. Sed quis hic ſe. eſt? ſed ut diximus tranſitũ ſignificat. ad aliã rem, quã ad eã quæ agebatᷣ. Quem ui. in. ul. pla. ſic dixit ultima platęa. quẽadmodum Virg. Imas obſedere fores. Ipſus eſt. & quia timidior eſt, & qa poſtea de ꝓximo ipſe agnoſcit magis. Nõ poſſum adeſſe, adparet ex cõſpectu patris

magis

magis confundi, quã ex nuncio aduentus eius filium. Quo abis Anti, ſic Virg. Quo fugis Aenea, & quẽ fugitis ſocij. Sic enim loquit qui uult oſtendere conditionẽ locorum, in qua peruerſo modo alius petatur, ali us linquatur. Mane mane inquã. omnia hæc habent ſingularẽ uim in ſe reuocantis. Ah quid agis, & perturbati interceſſoris eſt dicere qd agis? ut alibi. mea Glyceriũ quid agis? cur te is perditum? Egomet noui me, & peccatum meum. duo dixit, & hominẽ pauidum, & peccatũ graue. Vobis cõmendo Phanium & uitam meam, comice duobus duo retulit me, & peccatũ meũ. Phaniũ & uitam meã. Et animaduerte quod ama‑tor prius ponit Phanium quã uitam ſuam. Ge. quid nunc fiet, adparet hæc ſic, pronuncianda quaſi à deſtituto dicantur. Tu iam lites audies. ego plectar pendens, non intulit quid quærebatur, ſed uerba ſunt homi nis deſperantis. Tu. iam. l. a. e. p. p. tu. audies. ego uerberabor, ut alibi. Tibi erunt parata uerba, huic demũ uerbera. quod ipſum mire, tu nõ fa cies lites, ſed audies. Ego plectar pẽdens, plectar feriar, unde & plectrũ & plagæ dictæ. Sed quod modo hic nos. deeſt tamẽ, ut ſit ſed tamen. Id nos fac. o. quia nos ſupra dixit in ſignificatione actus proprij, ipſos ad‑dit. Aufer mihi oportet * addidit mihi. & ſine hoc enim ple * na ſententia eſt. Quum tu quid. f. i. mire ad oĩa paratum ſe indicat, qui impera dixit ſeruo. Meminiſti. o. ut. f. n. o. mire & conſilio & oratione compendioſus eſt, quo magis Phædriã proprijs conſilijs ac domeſticis permoueret. Vt fuerit. n. o. ut magis excitaret, non modo noſtra dixit, ſed ueſtra. In re in. incipiunda proprie, quaſi diceret magna dixit. ſic ali‑bi, Vide quod incœptet facinus. Ad de. no. noxiam nunc culpam, aliâs pœnam, & eſt Epentheſis ab eo quod eſt noxam, & hoc factum eſt pro‑pter iambum. Iuſtam illam cauſſam facilem, uincibilem, optimam, cõ‑ſidera ſingula, & inuenies & naturali ordine, & p auxeſim dicta, cauſ‑ſam pro defenſione poſuit, & uincibilem quæ facile uincat. Nunc ipſa. o. eſt. ſi. m. & c. bene callidiore, quia tunc proluſio fuit, nunc ipſum prœ lium. Fiet ſe. parel con ſedulo, nam ſuffecerat fiet. Nunc primo adito tu. adito quaſi ad prælιũ. Virg. Nec quiſquã ex agmine tãto audet adire ui‑rum. Ego in. hic ero. tota metaphora de re militari eſt. Succenturiatus. ſuccenturiati dicunt qui explendæ centuriæ gratia ſubijciunt ſe ad ſup‑plementũ ordinũ, & eſt translatio à re militari. Age. potuit dicere uero, aut ita, ſed age dixit, qđ uerbũ uim hortãtis maximã præbet.

ACTVS SECVNDI SCENA PRIMA.

Octonarij, ſenarij, unus catalecticus, & unus hypermeter.

DEMIPHO. GETA. PHAEDRIA.

Turbę gli ſcunt, Pater em adueniēs q̄ritur de filij peccato.

Itane tandem uxorē duxit Antipho iniuſſu meo?
Nec meum imperium. age mitto imperium, non ſimultatem meam
Reuereri? ſaltem non pudere? ò facinus audax, ò Geta
Monitor. Ge. uix tandem. De. quid mihi dicent? aut quam cauſſam reperient?
Demiror. Ge. at qui reperi iam, aliud cura. De. anne hoc dicent mihi,
Inuitus feci, lex coegit? audio, & fateor. Ge. places.
De. Verum ſcientem, tacitum, cauſſam tradere aduerſarijs
Etiam ne id lex coegit? Ph. illud durum. Ge. ego expediam, ſine.
De. Incertum'ſt quid agam, quia præter ſpem, atq; incredibile hoc mih obtigit.
Ita ſum irritatus, animum ut nequeam ad cogitandum inſtituere.

Amplificat querelam γνώμη.

Quamobrem omnes, cum ſecundæ res ſunt, maxume
Meditari ſecum oportet, quo pacto aduorſum ærumnam ferant,
Pericla, damna, exilia, peregre rediens ſemper cogitet,

Aut fi-

Aut filij peccatum, aut uxoris mortem, aut morbum filiæ,
Communia eſſe hæc, fieri poſſe, ut ne quid animo ſit nouũ,
Quidquid præter ſpem eueniat, omne id deputare eſſe in lucro.
Ge. O Phædria. incredibile eſt, quanto herũ anteeo ſapiẽtia Facetum.
Meditata mihi ſunt omnia mea incõmoda, herus ſi redierit
Vſq; molendum eſſe piſtrino, uapulandum, habẽdæ compedes.
Opus ruri faciundum, horum nihil quidquam accidet animo nouum,
Quidquid præter ſpem eueniet, om̃e id deputabo in lucro.
Sed quid ceſſas hominem adire, & blande in principio alloqui?
De. Phædriam mei fratris uideo filium mihi ire obuiam.
Ph. Mi patrue ſalue. De. ſalue. ſed ubi eſt Antipho?
Ph. Saluum te uenire. De. credo, hoc reſponde mihi.
Ph. Valet, hic eſt. ſed ſatin' omnia ex ſententia?
De. Vellem quidem. Ph. quid iſtuc? De. rogitas Phædria?
Bonas me abſente hic confeciſtis nuptias.
Ph. Eho an id ſuccenſes nnnc illi? Ge. ò artificem probum.
De. Ego ne illi non ſuccenſeam? ipſum geſtio dari
Mihi in conſpectum, nunc ſua culpa ut ſciat
Lenem patrem illum factum me eſſe acerrimum.

Ph. Atqui nihil fecit patrue, quod ſuccenſeas.
De. Ecce autem ſimilia omnia, omnes congruunt,
Vnum cognoris, omnes noris. Ph. haud ita'ſt.
De. Hic in noxia eſt, ille ad defendendam cauſſam adeſt,
Cum ille abeſt, hic præſto eſt, tradunt operas mutuas.
Ge. Probe eorum facta imprudens depinxit ſenex.
De. Nam ni hæc ita eſſent, cum illo haud ſtares Phædria.
Ph. Si eſt patrue, culpam ut Antipho in ſe admiſerit,
Ex qua re minus rei foret aut famæ temperans,
Non cauſſam dico, quin, quod meritus eſt, ferat,
Sed ſi quis forte malitia fretus ſua,
Inſidias noſtræ fecit adoleſcentiæ.
Ac uicit, noſtran' ea culpa eſt, an iudicium?
Qui ſæpe propter inuidiam adimunt diuiti,
Aut propter miſericordiam addunt pauperi.
Ge. Ni noſſem cauſſam, crederem hunc uera loqui.
De. An quiſquam iudex eſt, qui poſſit noſcere
Tua iuſta, ubi tute uerbum non reſpondeas,
Ita ut ille fecit? Ph. functus adoleſcentuli eſt
Officium liberalis, poſtquam ad iudices
Ventum'ſt, non potuit cogitata proloqui,
Ita eum tum timidum obſtupefecit pudor.
Ge. Laudo hunc, ſed ceſſo adire quamprimum ſenem?

δίκαια pro iure.

Here

Here ſalue, ſaluum te aduenisſe gaudeo. De. ob
Bone cuſtos ſalue, columen uero familiæ,
Cui commendaui filium hinc abiens meum.
Ge. Iamdudum te omnes nos accuſare audio,
Immerito, & me omnium horum immeritiſſimo,
Nam quid me in hac re facere uoluiſti tibi?
Seruum hominem cauſſam orare leges non ſinunt,
Neq; teſtimonij dictio eſt. De. mitto omnia, adde
Iſtuc imprudens timuit adoleſcens, ſino,
Tu ſeruus. uerum ſi cognata eſt maxume,
Non fuit neceſſe habere, ſed, id quod lex iubet,
Dotem daretis, quæreret alium uirum.
Qua ratione inopem potius ducebat domum?
Ge. Non ratio, uerum argentum deerat. De. ſumeret
Alicunde. Ge. alicunde? nihil eſt dictu facilius.
De. Poſtremo, ſi nullo alio pacto, uel fœnore.
Ge. Hui dixti pulchre, ſiquidem quiſquam crederet,
Te uiuo. De. non? non ſic futurum'ſt, non poteſt,
Ego ne illam cum illo ut patiar nuptam unum diem?
Nihil ſuaue meritum'ſt, hominem commonſtrarier
Mihi iſtum uolo, aut ubi habitet demonſtrarier.
Ge. Nempe Phormionem. De. iſtum patronum mulieris.
Ge. Iam faxo hic aderit. De. Antipho ubi nũc eſt? Ph. foris.

De. Abi Phædria, eum require, atq; adduce huc. Ph. eo
Recta uia equidem illuc. Ge. nempe ad Pamphilam.
De. At ego deos penateis hinc ſalutatum domum
Deuortar, inde ibo ad forum, atq; aliquot mihi
Amicos aduocabo ad hanc rem qui adſient,
Vt ne imparatus ſim, cum adueniat Phormio.

ITa ne tādem uxorē duxit Antipho iniuſſu meo? In hac ſcena accuſatio eſt, & contradictio per remotiuam qualitatē, ergo controuerſia. Ita ne tandem. u. d. an. hic exēplum uitæ eſt, in quo ſpectatur nullā eſſe tam iuſtam, & gratā iracundiam patris, quin & fiducia defenſoris, & interuallo temporis euaneſcat. Ita ne tam. u. d. non potuit uehementius incipere quā ut ipſe crimen quod obĳcit miraretur. Ita ne tam. u. d. tandem hic expletiua coniunctio, ut Cice. Quouſq; tādem abutere Catilina, Ita ne. t. hic totus uerſus in hoc eſt, an factum ſit, q̄ factum ſit, & à quo factū ſit, & in cuius iniuriā factum ſit. Nec meū imperiū * * quā non ſequitur ſed, intulit eñi age ſubaudiat reuereri, ſic Lucre. Nōne uidere. Age mit. i. non ſimultatē. ut Virg. Cuius ob auſpiciū infauſtū moreſq; ſiniſtros. Ag. m. legitur & ieci. Simultatē, iurgium, contentionem. Non pu. hoc abſolutum eſt, & nulli anxium. Non pu. Nigidius adnotauit neminē uideri pudere ante delictum. Vix tandem, conuenit hoc dictū ei qui iampridē ſe male audiri putat, & ideo ſero uidetur ad hunc ſenem perueniſſe, cum ille metuēs ſe primū ad accuſationē crederetur, an uix tandem ad hoc pertinet, quia ille monitor dixit. q. d. uix tandem factum eſt, ut me ſenex laudare cœpiſſet, quia monitor, & uix in contrarium, dixerit tamē nomen eſt laudis. Vix tādem, ironia, quaſi pene mei oblitus eſt, an quia tarde ad ſuum puenit ſenem quē ille ob conſcientiā à ſe cœpturū eſſe credebat. Quid mi. d. aut quā cauſſam dicent ſi negare uoluerint, cauſſam reperient, ſi purgare, omne enim crimen à defenſore aut negatur, aut purgatur. Demiror, pro neſcio, nam admirationē ignorantia facit. Atqui repperi iam. à. c. eo animo hoc dixit quo ſupra dixit tādem, & cum ille pluraliter reperient dixerit, hic ſingulariter repperi reſpōdit. quaſi in ſe dolo ſit crimē. Inuitus feci, lex coegit. bene poeta iam ſcire facit ſenē quod iſti dicturi ſunt, ut uideatur frangi poſſe qui iam partem defenſionis admittit. Illud durū. illud durum dicit, quia ſupra atqui repperi iam aliam cauſſam reſpondit. Illud durum ego expediam

diã ſine,uide præparationẽ futuræ defenſionis, quã niſi hoc modo Teren.intuliſſet,incredibile uideretur ſubito ſedatũ ſenem. Incertũ eſt qd agam, non nihil iam fracta indignatio eſt cum his uerbis.non iam ira, ſed admodum mœror eſt.Quia p̃.ſ.atq; in hoc Virg.Hunc ego ſi potui t.ſ.d.Atq; incre.hoc.m.o.grauius eſt incredibile quã præter ſpẽ,& ideo poſterius & in actu eſt.Obtigit,pro accidit.ob cuius reciprocũ eſt,ſiqs bonum accidiſſe dicat non obtigiſſe. Ita ſum ir.irritatus,ꝓuocatus,in iram impulſus,hoc eſt cõmotus & ꝑturbatus.Animũ ut ne.ad co.in.bene inſtituere dixit,quo uerbo quies oſtendit cogitatiuę mentis,q̃ nunc non adeſt.Quũ ſe.res ſunt ma.tum maxime ut,Nudus ara, ſere nudus, & bona ſententia tum maxime ſapienti metuendum,quo tẽpore maxime ſecurus eſt ſtultus. Meditari.o.ſe.bene additũ ſecum.inſane eñ uidebitur hoc palã agere. Aduerſam e.f.ab.aduerſam. Pericula.d.e.&c. aut ſi.pec.aut ux.m. ſuperiora Aſyntheta inferioribus intermixta ſunt coniunctionibus intermixtis.Salu.Nam quidem Pyrrho Hannibale equor & terra. Peregre re.ſemper co.mire à genere ad ſpeciem nõ ſemel tranſit.Nam cum dicit peregre rediens,de ſe loquitur,ſed latenter. Semper co.à ſingulari ad pluralẽ trãſit.ſupra dixit omẽs & ſic cogites nũc. & eſt ordo ſemp peregre.rediens quicũq; peregre redit. Aut ſi.pec.&c. quãuis iratus filio, non potuit tamẽ dicere filij mortẽ. conuenit autem ſeni,uxoris mortẽ non putare magnũ incommodum. Aut.ſi.pe.&c.uarie poſt enumerationẽ concluſam cætera intulit. Virg. Sed neq; Medorum ſyluæ ditiſſima terra.n.p.g.&c.Cõmunia eſſe hæc ſi.poſ,ordo eſt, ſemper cogites cõmunia eſſe, & fieri poſſe peccatũ filij, uxoris mortẽ, filiæ morbũ.Cõmunia eſſe.cõmune eſt quod accidere omĩbus poteſt. Quicquid p̃.ſ.e.omẽ.deputare id eſſe in lucro.uide iam ſenem fractum non culpam filij magnã dicere,ſed ideo indignari,quod non crediderit peccatũ in quo ipſe rep̃hendat ſe,quod à peccatoribus dici ſolebat.hæc dicit omnia eſſe & fieri poſſe.Herum anteeo ſa.legitur anteeo, ſed pronunciatiuũ anteeo pro anteeam. Meditata ſunt mihi om̃ia mea incõ.nimis comice non clades,aut erũnas poſuit ſeruus,ſed incõmoda. Molere.in.p.uapulare,habere cõpedes & cætera. cum hoc nomẽ leue quoddam ſignificat,ut in Eunu.Immo eñ infœliciter, nam incommoda alia ſunt dicenda Parmeno.Herus Sire.ſi autẽ pro cum ſeruiliter ut dubitet ex uoto ſuo,utrum dominus redeat an non,quod cupit.Molẽdum uſq; eſſe pi. facete enumerat ſeruus uniuerſa ſupplicia ſuæ cõditionis,excepta cruce de furca,quarum pœnam uerbis extenuare nõ potuit. Habendæ cõ.uitioſam locutionẽ ſeruili ꝑſonæ dedit Teren. nam integrũ eſſet, ſi diceret habẽdas cõpedes,unde quidã non eſſe, ſed uſq; legunt. Opus ruri ſa,uarie molendum,uapulãdum, compedes.h.opus.ſ.& ſupra uerba gerundia ſunt,& infra participia. Horum quicquã ni.a.n.recte addidit animo.Omne eñ quicquid acciderit nouũ erit,ſed nõ animo.Horũ quicquã nihil.Par el cõ quartũ. Horum nihil quicquã accidet animo nouum,tale

uum.tale eſt illud ſapientis Aeneæ. Nonnulla laborum. O uirgo noua mi facies inopinaue ſurgit,& arma parate animis & ſpe præſumite bellum.& Hunc ego ſi potui tantū ſperare dolorem. Quicqd præter ſpem euenerit id deputabo eſſe in lucro.totidem in uerbis eſt uſus quot ſenex ad irriſionem eius,ſic & in Adelphis,Inſpicere tanquā in ſpeculū in patinas Demea iubeo.omne id deputabo eſſe in lucro.hoc idem ſenex nō oportere fieri dixit quod hic fecit, ergo ſapientior Geta, ſed quid ceſſas hominē adire.bene adire quaſi terribilem & pugnaturū,ut audet adire uirum,& hominē comice addidit.Et blande in prin.al.recte monuit nō perpetuo blande,ſed in principio agēdum ſecundum prçceptum Socratis qui ait. * Phædriam mei fratris,hæc uerba oſtendunt quod miti pectore ſuſcipiatur Phædria.Mi patrue ſalue.mi.uim blandimenti habet,nam ſignificat meus.Salue ſed.u.eſt.a.bene expreſſit prōptum animū alligandum partim addita ſalute,&potius ad iurgiū peruertendo.Saluū te ad.Eclypſis uel Apoſiopeſis. gaudeo em̄ ſubauditur quod niſi acciperis,non intelliges cur hic reſpōderit credo.Saluū te ad. iracundiam frangere conatur obſequio & mora.Saluū te ad.'altera ſalutatio ad leniendum,& ad criminis diſſolutionē.ſed & tertio addit ſatin om̄ia ex ſententia.Vellem equidem,hic em̄ oratorie diſſimulat,atq; ita quaſi ſenex non iratus quærat,ſed de ſalute ſollicitus ſit Antiphonis. Credo hoc reſponde mihi, hoc incerta diſtinctione ꝓnunciatˀ, ſed ſatin omnia ex ſententia,quod uulgo om̄ia recte, & deeſt quæris aut quid tale. Vellem equidem. ſemper hoc uerbū dolentis eſt ac negantis euenire quod uoti ſit. Quid iſtuc eſt? magnā uim habet contra iram huiuſmodi interrogatio.Bonas me.a.mire conſuetudine expreſſit dicendo bonas. Me.a.ſumma criminis. Bonas me ab.hic confeciſtis nuptias.crimen in duobus eſſe demonſtrat,& non bonas,& abſente patre. Eho an id.ſ.n. il.huc tendebat interrogatio, ut tam integris rebus admirareť iraſci ſenem.Artificem pro ironia.nam nō eſt artifex cuius rep̄henditur locus, geſtio,plus geſtio quā uolo.Dari.m.in.c.nō dixit uenire ut filiū,ſed dari ut reum.Lenem.p.illum.f. omne artificiū poetæ in media patris ſæuitia mentionem lenitatis induxit,ut oſtendat ꝙ placari facile poſſet.Lenem.p.i.f.a.nota Antitheton.non em̄ leni aſperrimū ſed acerrimū reddidit, & mutauit gradum poſitiuo ſuperlatiuū opponere. Lenē.p.il.f, ſic Virg.quantū mutatus ab illo Hæctore.Atqui nihil ſe.pa.ſumma cōtradictionis,& non [illegible]ixit leniter peccauit,ſed nihil fecit,neq; quod punias,ſed quod ſuccenſeas id quod leniſſimū eſt.Ecce autē ſi.o.ecce autē uox eſt apta his quæ noua & improuiſa animo accidunt.ſic Virg. Ecce autem gemini à Tenedo trāquilla per alta.Similia om̄ia omnes cō.more ſtomachantis omnia & om̄es de his dicit quæ ad duos pertinēt.Vnū co.omnes noris.iterum non duos ſed omnes, & uarie cognoris noris. Vnum co.o.n.omnes.ſic Virg.Et crimine ab uno diſce omnes. Hic inoxia eſt,ille ad defendendā cauſſam adeſt,hoc Demipho nō ſine quadam dile-

dam dilectione dixit, quam tamen præmit ob iram præſentem. Cum ille abeſt, hic præſto eſt, huic loco reddiderit Cice. illum locum in Verrinis qui ciues Romani erant ſi Siculi eſſent, tum ſi eorum legibus dari oporteret qui Siculi, qui ciues Romani eſſent, nam ſubauditur, atqui ciues Romani erant, iudices dabantur, ad Siculi eſſent ſubaudit̃ ei. Cum il.a. * Nam & ſic ſubaudiendũ eſt innoxia. Hic.p̃.eſt. ad defendendam cauſſam ſubauditur. Probe homo.f.i.d. ſenex ideo imprudens quia neſcit in amore cithariſtriæ eſſe Phædriã. Imprudens. modo neſciens. Nam ni hæc ita eſſent cũ illo haud ſtares Phæ. uide quẽadmodum iam præſtruat poeta ad ea quæ futura ſunt ad adiuuãdum amorẽ Phædriæ. Cum illo haud ſtares Phædria. cum Antiphone. ſ. & cum illo * pro illo, in eius parte ſtamus pro quo facimus. ſic Virg. Iuppiter hic ſtat. Si eſt patrue culpam Antipho ut in ſe admiſerit, principiũ per inſinuationẽ ſubtilem, & honeſta locutio. Si eſt ut admiſerit. qui ſi admiſit. Si eſt.p.c. ut Antipho. adhortatoriũ * in ſe admiſerit: bono ornatu addidit in ſe, cum & ſine hoc planũ uideri poſſit. & hic eſt quem Cice. ſuccũ orationis adpellat. Ex qua re minus rei aut famæ fo. nota hic cõparatiua qualitas eſt pauperis neq; ſtrenui, & docui in negocio nuptiarum duabus rebus conſuli rei & famæ, hoc eſt facultatibus dotis, honeſtatiq; natalium. Ex qua re minus foret hæc tractatio eſt criminis oratoria, in qua defenſor adcuſat crimẽ, reumq; purgat. Minus rei aut famæ uenuſte inſertũ rei cum præpoſuiſſet, & culpã, minus rei foret, quia pauperẽ. Famæ quia ignobilem. Obtemperans conſulens, prouidẽs, moderatus. ut iam ſubitũ curuis male temperat unda carinis. Nõ.c.d.&c. rethoricũ Theorema in huiuſmodi exceptionibus quo uti ſolet, qui ꝓpoſitæ cauſſæ fiduciã gerit, ſic hoc aut illud, nõ oro ueniam, non deprecor pœnam. Quin.q.m.ſit, quin hunc defenſorẽ magis & non iudicem dicam, ſed hic colligitur patrocinantis auctoritas, non enim dixit quod uoluerit, ſed meritus ſit manente eo ſi peccauit tamen. Sed ſi quis.f.m.ſ.ſ. forte quaſi non defenſurus, ſed ſimul cauſſam cogniturus aduenerit, non cõtendit uerum eſſe quid dicit, ne ſollicitum faciat ad credendum, ſic apud Virg. Sinon, Dum uela darent ſi forte dediſſent. Sed ſi quis.ſ. bene ſe adiungit ad crimẽ ut leuet culpam. Inſidias noſtræ fecit adoleſcentiæ. mire inſidias dixit, ut diu cõparata cauſſa per ignorantiam doloſq; capti uideant, adoleſcentiæ opportunæ ætatis cõmemoratio. Noſtra ne culpa eſt an iudicum.p.ſ.q.i. potentior facta ſententia eſt * Noſtra ne culpa.a.i. duplex metatheſis, altera in accuſatorem, altera in iudices, & bene miſcuit perſonã ut reum ſubleuet & ſuo merito, & multitudine reorũ. Noſtra ne culpa a.i. mire aſſurrexit in fiduciam defenſoris, nam ſupra cum de Antiphone dixerit, nũc intulit noſtra. Qui ſæpe propter inuidiã adimunt diuiti. Notum alterari qui inuidẽt. Aut propter miſericordiã addunt pauperi. poſteriorẽ cãm honeſtiorem poſuit, ne non Antiphonẽ defendere ſed accuſare iudices uideretur, aut propter miſericordiã, primũ antithetum, & oratorie na-

* turam iudicum * expediuit. Ni noſſem cauſſam credere uera hunc loqui. ſuauiſſime laudauit oratorem, qui omnia ad perſuadendum idonea adnotans, ſolum conſiliū non adduxit ad credendum. Ni noſſem cauſſam. c.u.h.l. oblique poeta ſe laudauit. An qſquā iudex eſt. qui p.n.&c. adparet iam perſuaſum ſeni eſſe uerum aduerſarium fuiſſe Phormionē ſubiectum atq; adpoſitū ſycophantam, unde ad aliud trāſit, ut accuſet ſegnitiem in reſpondēdo, quæ lenior culpa eſt, ita ut credētibus mos eſt paulatim ſeni ſingula extorquētur è manibus. Tua iuſta. diſerte magis & abſolute iuſta quā ſi aliter diceret. Vbi tute uerbū non dixit parum dicas. ſed uerbū. Ita ut ille fecit, unde ſit an hic poetæ uirtus eſt, q̃ oīa ante inducit cognouiſſe, ne in ſcena hæc ut noua audiens tragicis motibus inſaniret. Functus adoleſcentuli eſt officiū. oratorie crimen quod obiectum eſt non purgauit modo, ſed etiā ad laudem cōuertit, quod rethores * dicunt. & hoc de Apollodoro Functus adoleſcentuli officium liberalis. deriuatio cauſſæ, & eſt uenialis ſtatus. Functus. a.o.l. ingenioſe nō negauit hoc crimen occaſionē laudis de cō- * feſſione ſumpturus. Officium liberalis. potenter officiū nominat. quod ille crimē adpellat & nota functus officiū accuſatiuo caſu quod nos ablatiuo. Poſtquā adiu.u. eſt non.p.c.p. hæc apud oratores * dicitur, hoc eſt translatio cauſſæ facti quē uulgo colorē nominant. Non potuit cogitare, proloqui. ergo quod cogitauit induſtriæ eſt, quod nihil dixit pudoris. Ita eum. tum.t. timidum pturbatum Getam. Laudo hūc. ſed ceſſo adire. ſatis defenſionis ubi Geta iam adire nō timeat dominū. Here ſalue, ſaluū te. ad.g. principiū à beniuolentia, & uide uernilitatem aptiſſimā ſeruo callido. Credas ne hunc eſſe qui ſupra dixerit Herus ſi redierit molendum eſſe in priſtino, uapulādum. O bone cu.ſ. quā ab initio idem modus ſeruatus eſt ſeni. ne idem nunc eſt qui ſupra dixit ò Geta monitor, quanquā auxeſi plus ſignificat quod dixit bone cuſtos, quiq; ſupra monitor. Columē. u.ſ. columē. columem an columen, columnā. unde columellæ apud ueteres dicti ſerui maioris domus. Luci. xxij. Seruus neq; infidus domino, neq; inutilis, quanquā Lucilij columellæ hic ſitus, tu uerbo hunc. m.n. an columine ciuitatis continebatur. Hora. contra pro columine columnā iniurioſe. Ne pede proruas ſtantem columnā, Ennius. x. regni uerſatum ſummā uero columnā. Columen uero fama. ſuſtentatio, uel decus, unde columnæ dictæ, & moralis auxeſi ironia. Cui. cō. ſ.h.a.m. duplex accuſatio eſt de eo quod fecerit, hæc conueniunt in eas perſonas quas ſpectare non oportuerit. Iamdudū te. o.n. ac. au. im. uide quā in his uerbis etiā uultus quidā ſerui cōtumacis adpareat, & uerſute mali, & hoc eſt quod dixerat, ego in inſidijs hic ero ſuccenturiatus. Immerito & me omniū horum immeritiſſimū, tantum impudentiæ ſupeſt ut nō ſolum ſe, ſed alios etiā defendat. Horum cōmer- * cio * Horum, & ſic nos hanc & hunc dicimus. Nam quid me in hac re uoluiſti facere. bona exceptiōe locutus eſt, quaſi

in alijs

In alijs om̃ia fecerit. Immerito, ut paruo. falſo, de aduerbijs eſt in o deſi-
nẽtibus. In hac re uoluiſti tibi. quã contemnat iram domini uide. ut hoc
ipſo purgatior uideatur, & hic adparet quod addidit tibi. Sic em̃ dicere
ſolemus, quid tibi uis faciã, cum alieno negocio fuſtra nos oſtendimus
laborare. Seruũ. h. c. l. o. nõ ſi. hoc nõ quaſi ignorãti dixit ſed ſtomacho-
ſe admonet, uelut ſtultũ. qui rem manifeſtam nõ cogitet. Seruũ. h. c. l. o.
nõ ſi. uenuſte hominẽ. Salu. in Iugurtha. Cum interim Hyempſal reperi
tur occultans ſe in tugurio mulieris ancillæ. Seruũ. h. c. l. mire extenua-
uit coditionẽ ſuam dicendo nõ me ſed ſeruũ, & addendo hominẽ mora
liter locutus eſt, ſic Vir. Venerat antiquis corinthi de finibus acrõ. Gra
ius homo. Cauſſam orare leges. nõ improprie, ſic Virg. Orabunt cauſ-
ſas melius. Neq; te. di. eſt. uis ſcire inquit quã non liceat ſeruo, pro domi
no ne teſtis loco produci poteſt. Neq;. t. d. eſt. uarie, non enim dixit neq;
teſtimoniũ dicere. Mitto om̃ia, & iam ꝑdidit ſenex, quod uidebatur ua-
lidum ad accuſationẽ, ita gradatim illa ſingula ſubducũtur, & accuſa-
tionis impetus euaneſcit. Adde iſtuc imprudens, timuit adoleſcẽs. hæc
nõne uerba cauſſalem ad argumentãdum uim hebent. Mitto, ſino, uim *
habent contra uoluntatem concedentis. Imprudens. t. a. ſ. *
& ſingula pronuncianda ut plura uideãtur. Tu ſeruus, uerum ſi cogna-
ta eſt maxime ſub obtentu huius ꝓpoſitionis in qua pars legis oſtendi-
tur, iam poeta præparat locum fallaciæ Phormionis de dote accipiẽda.
Verum ſi cognata eſt maxime* addidit maxime. nam ſi-
ue eſt cognata, ſiue non eſt, nõ recipit* hoc eſt non dicitur *
maxime cognata, & cognata minime. ſed aut eſt, aut non eſt. alij ſic or-
dinant, non fuit neceſſe maxime habere, alij ſed id quod lex iubet maxi-
me dotem daretis. Sed quod lex iubet dotem daretis. id quod lex iubet,
ordo ſic Virg. Verum id quod multo tuteipſe fatebere maius. Quæreret
alium uirum. quæreret quã idoneum eſt ad ſignificationẽ odioꝝ. Virg.
Quærat ſi fœdera Turnus. Qua ratiõe inopem potius. d. etiam dicebat
magno ſonitu, intulit quod minus momenti habet aduerſus eos qui ac-
cuſantur, quã illa ſuperiora. Inopem potius ducebat domũ, inopem po
tius, & potius ducebat ſubdiſtinguẽdum eſt. Non ratio, uerum argen-
tum deerat, hoc ita ludibundus abſoluit Geta, ut etiã quaſi per iocũ re-
ſpondeat. Alicunde, nihil eſt dictu facilius. hoc quaſi ſubridens & auer-
ſo ab illo uultu ꝓnũciauit Geta, quod genus actionis ſecuritatẽ oſten-
dit hominis manifeſta dicentis. Alicunde Demipho. alicunde ad facili-
tatem retulit, & hoc ſic intelligi fingunt, ut quaſi nõ habens ipſe Demi-
pho de proximo à quo dicere incipiat dixerit alicunde. nihil eſt dictu fa
cilius, & mire ut ſolet ꝓuerbio uno diſſoluit totã ſenis intentionẽ. ut in
Heauton. Quid ſi hoc pater reſciuerit. Quid ſi redeo ad illos qui aiunt.
Quid ſi nunc cœlum ruat. Poſtremo ſi nullo alio pa. uel fœnore oſtẽdit
ſe ſenex hæc perdere, cum ab his alia tranſcẽdit excluſus. Dixti pulchre,
ſiquidem quiſquã crederet, uide ſi nõ laboret ad reſpondendum Geta,

ſiquidem illi per ironiam reſpondit. Crederet.pecuniam committeret. Non? non ſic futurum eſt nō poteſt. hic iam palmæ locus eſt debitæ poetæ. Siquidem ut om̄ia obiecerit Demipho, & omnia ſoluerit Geta, quibus actis, ſola irrationabilis exclamatio relinquitur ſeni. Non? non ſic futurum eſt, non poteſt. Moralis abnegatio frequenti repetitione firmata. Egóne illam cum illo ut patiar nuptam, hic eſt de quo ſupra dictum eſt, ille ne indotatā uirginem, atq; ignobilem daret illi, nunquā faceret. Egóne illam cum illo ut patiar nuptam. hic iam præſtruitur quā facile xxx. minas perditurus ſit Demipho dum illam uult excludere. Nihil ſuaue meritum eſt, ordo & eſt ſenſus hic eſt, nihil mihi mercedis ſuaue eſt, ut ego illam cum illo nuptam feram, ſuaue meritum enim ſuauem mercedem ſignificat. Nihil ſuaue eſt meritū hominem commōſtrarier. bono ordine peruenit ad Phormionem à quo magis cōfutabitur. Aut ubi habitet demonſtrarier. mire oſtendit quā hic ſenex cōtemnat Phormionem modo, à quo mox ſuperabitur. Iſtum patronū mulieris, hic & contemptum aduerſarij, & ſui fiduciam monſtrat. Antipho ubi nunc eſt? mitius nunc quærit ubi ſit Antipho, & utrum amatæ adhæreat, ſubtiliter quærit quod ſeruus intelligens reſpondit, foris. Iam faxo huc aderit. Virg Haud ſibi cum Danais rem faxo & pube Pelaſga. Foris. foris dixit cum fugiſſe eum ſciat. Abi Phædria eum require, atq; adduce huc. oportuna & aperta ſimplicitas attribuit Demiphoni nihil tale de Phædria ſuſpicāti. Eo recta uia quidē illò. & amatorē oſtendit Phædriam, & ſimul id agit ne in conſpectū patris ueniat Antipho. Nempe ad Pamphilam. niſi hoc Geta dixiſſet, nō intelligerent ſpectatores quid dixiſſet Phædria. At ego deos penates hinc ſalutatum domū deuertor. nulla mētio fit uxoris apud Demiphonem, non em̄ conuenit argumento ut abeat, neq; quid in Sicilia geſſerit demonſtratur, ideo quia iam dictum eſt noſter in Siciliam ad hoſpitem antiquū. cauſſa enim quæſita eſt cur abeſſet dum uxorē ducat Antipho, & cauſſa ex argento. i. auaritia, & quo minus uideatur pati uirum pauperem, qui ob ſpem lucri ab Attica in Siciliam nauigarit. Hinc ſalutatum ab hoc loco, Salutatum adoratum, qđ eſt primū poſt redditam precem. Deuertar. bene deuertar, quaſi de uia. Atq; aliquos mihi amicos aduocabo. iam præparat ridiculam aduocationem, quæ plures adhibendo iuriſconſultos incertior reddetur. Amicos aduocabo. amicos & pro teſtibus, & pro aduocatis ueteres poſuerunt. Adſient. proprie adſient, adeſſe enim dicuntur aduocati. Vt ne, id eſt pro non.

ACTVS

ACTVS SECVNDI SCENA SECVNDA.

Septenarij Iambici,

PHORMIO. GETA.

ITane patris ais conſpectum ueritũ hinc abiiſſe? Ge. admodum

Ph. Phaniũ relictam ſolam? Ge. ſic. Ph. & iratum tum ſenem?

Ge. Oppido. Ph. ad te ſumma ſolũ Phormio rerum redit.

Accerſitur Phormio ut defendat factum.

Tu te hoc intriſti, tibi omne eſt exedendum, accingere.
Ge. obſecro te. Ph. ſi rogabit? Ge. in te ſpes eſt. Ph. ecce rem
Quid ſi reddet? Ge. tu impuliſti. Ph. ſic opinor. Ge. ſubueni
Ph. Cedo ſenẽ, iam inſtructa ſunt mihi corde cõſilia omnia
Ge. Quid ages? Ph. quid uis, niſi ut maneat Phanium atq; ex crimine hoc
Antiphonem eripiam, atq; in me oẽm iram deriuem ſenis?
Ge. O uir fortis, atq; amicus, uerum hoc ſæpe Phormio
Vereor, ne iſtæc fortitudo in neruũ erumpat deniq;. Ph. ah,
Non ita eſt, factum'ſt periculum, iam pedum uiſa'ſt uia
Quot me cenſes homines iam deuerberaſſe uſq; ad necem.
Hoſpites, tum ciues? quo magis noui tanto ſæpius.

Cedo dum, en nunquam iniuriarum audiſti mihi ſcriptam dſcam?

Ge. Quid iſtuc? Ph. quia non rete accipitri tenditur, neq; miluio,

Qui male faciunt nobis, illis qui nihil mali faciunt tenditur

Quia enim in illis fructus eſt, in his opera luditur.

Aliis aliunde eſt periculum, unde aliquid abradi poteſt

Mihi ſciunt nihil eſſe. dices, ducent damnatum domum.

Alere nolunt hominem edacem, & ſapiunt mea quidem ſententia,

Pro maleficio ſibi beneficium ſummum nolunt reddere.

Ge. Non poteſt ſatis prø merito ab illo tibi referri gratia.

Ph. Imò enim nemo ſatis pro merito gratiam regi refert.

Te, ne aſymbolum uenire unctum, atq; lautum è balneis,

Otioſum ab animo, cum ille & cura & ſumptu abſumitur?

Dum tibi ſit quod placeat, ille ringitur, tu rideas,

Prior bibas, prior decumbas, cœna dubia adponitur.

Ge. Quid iſtuc uerbi eſt? Ph. ubi tu dubites quid ſumas potiſſimum.

Hæc cũ ratione ineas, quàm ſint ſuauia, & quàm cara ſint,

Ea qui præbet non tu hunc habeas planè præſentem deum?

Ge. Senex adeſt. uide quid agas, prima coitio'ſt acerrima,

Si eam ſubſtinueris, Poſt illam iam ut lubet ludas licet.

Itane

ITane patris ais conſpectum ueritũ hinc abijſſe. In hac ſcena de paraſitis uilioribus Terentius ꝓponit imaginẽ uitæ, ut in Eunucho de potioribus & his qui nuper proceſſerint, ideſt de aſſentatoribus. Animaduertendum aũt huiuſmodi genus hominũ magis à Terentio lacerari. Ita ne patris ais conſpectum ueritũ hinc abijſſe. adhuc narratur fabula de Terẽtio & Ambiuio ebrio, qui acturus hanc fabulam oſcitans, temulenter, atq; aurem minimo inſcalpens digitulo hos Terentio pronunciauit uerſus, quibus auditis, exclamauit poeta ſe talem cũ ſcriberet cogitaſſe paraſitum. & ex indignatione qua eum ſaturum potuq; deprehenderat delinitũ, ſtatim hæc labia lingens ut ebrius, ut ructans, ut potu ſatur pronunciauit actor bonus. Admodũ, admodum annuendi uim habet duntaxat modo, & ſubauditur ueritũ. Phanium, relictam ſolam ſubauditur ais. Oppido. non aio, ſed iratum intellige. Iratũ ſenẽ, iterum ſubauditur ais. Ad te ſolũ ſumma Phormio. r. r. t. h. intriſti. ideo uelut expergefactus ad has cauſſas accedat Phormio, quia non diu ſollicitum conuenit eſſe paraſitum, nec quicquã aliud niſi de conuiuio, uel propter conuiuiũ cogitare, adeo nihil à Geta cogitatur, modo etiã negociorum Antiphonis negligẽs eſt atq; ſecurus. Tute intriſti. hoc tibi omne exedendum * apta paraſito, quæ de cibo eſt. hoc autem * inter ruſticos de alleato mortario dici ſolet, & bene intriſti. proprie ẽm intrita dicitur huiuſmodi cibus. Accingere, adpara te atq; expedi. Ecce rem, quid ſi reddet, totũ hoc quaſi alia gẽs loquitur paraſitus, ut ex hoc adpareat quid interſit inter audaciã ſycophantæ improbi, & patrisfamilias perturbationẽ minime litigioſi. nam ille in bona cauſſa aduocatos quærit, & ipſe ſollicitus in toto actu eſt, hic in puncto temporis ſe ad calumniã præparauit. Quid. ſi. r. bene iam ad illud reſpicit fabula quod futurũ eſt propter Phædriã. Sic opinor, nõ id tu impuliſti. hoc pertinet ad id quod ſecũ tacitus uoluit Phormio. Quid ſi red. hoc eſt quod reſpõdebit, an mulierẽ reddet. Cedo ſenem hic alij excluſiſſe torporẽ ſomni inducunt paraſitum. alij tranſglutiſſe quod in ore mandebat. quaſi hoc in ore fuerit ad uincendum ſenem. Cedo ſe. Non paruum uulgus molimen impendet, cũ ſenex dicat hominẽ cõmonſtrari, paraſitus dicat cedo ſenem. Quid agis, non interrogantis ſed metuentis hoc dictum eſt. Quid uis niſi ut maneat Phaniũ. atq; crimine hoc Antiphonem eripiam e. t. m. o. i. d. ſ. tria promittit in quibus omnis cauſſa Antiphonis eſt conſtituta. Atq; cri. ſit dixit crimine eripiã, quaſi ex incendio conſidera trium rerum quas promittit gradus per auxeſim eſſe ſeparatos. Phanium uxorem. ſ. Antiphonis. Antiphonẽ eri. bene eripiã dixit: quod cauſſam ſignificat doli. pro eo quod tenebatur oppreſſus. Virg. Tu ne hinc ſpo. indute meorũ Eripia re mihi. In me. o. iram deri. ſe. Deriuatio dicitur in-

flectio

paraſitus maxime optat duci ab aliquo domū, addit aūt damnatū quaſi qui irrideat genus damnationis. in qua uictor paſcere cōpellitur, & paſcitur uictus. Alere. n. h. e, ſenſus eſt. ſciunt edacē, & ideo nolent alere. & hoc ſic pronunciandū, ut facete totū uideatur illatum, quādo accuſatus ſit ſub huiuſmodi pœna. nec accuſari ab aliquo queritur. neq; damnari hominē edacem ſe ſignificat. Sapiunt, ſibi conſulunt. Pro maleficio. ſi. b. paraſitice beneficiū ſummū dixit alere. Pro maleficio. pro iniuria. Reddere, retribuere reponere. Non poteſt ſatis pro merito ab illo tibi referri gratia, multum promittit Ge. paraſito, cum dicat nihil futurum quod pro merito poſcit. Non poteſt ſatis pro merito ab illo, huiuſmodi ſententiam infert poeta parentheſi cum his quæ uoluit inferre. Ab illo tibi referri gratia. immo enim ſatis nemo gratiam non ab eo qui te damnatum duxerit; ſed Antiphone de quo ſermo eſt. Immo enim ſatis nemo gratiam pro merito regi refert. bene paraſitus quicquid præſtat, debere ſe dicit. & eſt proprium perſonæ inferioris. Virg. Tu mihi quodcunq; hoc regni tu ſceptra Iouemq;. Concilias. t. d. e. a. di. Gratiam, uicem. Nemo pro merito ſatis. r. g. r. rex aliâs regnator, aliâs dominus, aliàs diues ſignificat, ſed nunc rex nomen habet nominis ad aliquid dicti, ad ſignificandum paraſitum, ut enim paraſitus regis eſt, & libertus patroni, ſic è contrario rex paraſiti eſt, & patronus liberti. Quod ſi non eſſet, non nemo tantūmodo, ſed nemo paraſitus diceret. Te ne aſymbolum uenire unctum atq;. l. de. b. * nondum ab Apollodoro, ſed è ſexto ſatis translata ſunt omia, quippe ſine cura lætus, lautus cum aduenis, inſertis malis, expedito brachio, alacer, celſus lupino impetu expectans, mox cum alterius obligurias bona, quid cenſes dominis eſſe animi? prò diuū fidem ille triſtis cibum dum ſeruat, tu ridēs uoras. Te ne aſym. ue. & hoc nomen conſtat inter paraſitos confictum atq; compoſitum eſſe contra illud in Andria. Symbolum dedit, cœnauit. Ocioſum ab animo * addidit cum ſufficeret animo. Cum ille. c. &. ſ. a. cura in adparando, ſumptu in comedēdo. Dum tibi. ſ. q. p. acuenda uox in eo quod ait tibi, & hoc eminēter adiectum eſt, nō ſui cura, ſed conuiuarū, ut gereret illum qui uocat. Ille. r. t. r. poetico lepore iiſdem ſyllabis diuerſa ſignificātia pro ſe inuicē poſuit ringitur & rideas. Ille. r. tu. r. uarie. nam ꝓnunciatiuū cōiunctiuo miſcuit. non enim dixit ringatur, ringi eſt ſtomachari, tracta eſt enim translatio à canibus latraturis. Prior. b. prior decumbas. hoc ad procacitatē paraſitorū retulit. Prior decumbas. ſic alibi. Mature ueniunt, diſcūbitur inquit. Cœna. a. dubia, & hoc adeo paraſiticū uerbum eſt, ut id non intelligat Geta. Quid iſtuc em̄ eſt? ut intelligat populus idcirco? & nō intelligit, & uult doceri Ge. oſtendit autē poeta pro una quaq; re uerba ꝓpria eſſe, neq; cōmunia cum his qui diuerſi ſunt actus. Vbi tu dubitas quid ſu. po. non potius ſed potiſſimū dixit, ut in re omnia aliis alia monſtraret potiora. Plau. ſtandum eſt in lecto ſiquid de ſumma petas. Hæc cum ratione inieas, intelligas, æſtimes. Quā ſint ſua, & quā cara, nihil philoſophatus eſt poeta oſtendēdo multis ſuauia eſſe quæ cara ſint. Cara magna ꝑcij.

Ea quæ præbeat, non tu hunc haheas plane præſentẽ deum, hoc eſt qđ ait, immo enimuero ſatis. Nemo ſatis pro merito gratiã regi refert. Non tu.h.eũ.h.p.p̃.d. præſentes dij ſunt, uel qui ſtatim præſtant, uel qui colũtur & uidentur, ut ſol & luna. alij præſentẽ pro potentiſſimo accipiunt, ut Virg. Quo non præſentius ullum. Senex.a.u.quid.a.interuenit ſenex ultimo quidem, qđ eſt extra argumentũ per inuentionẽ dici potuit conſumptum eſt. Vide quid agas. non terrentis eſt ſed excitantis. Prima coitio.a.eſt. translatio eſt à prælio, nam & congredi milites, & coire dicuntur. Si.eam ſuſtinueris. multũ de illo exigit, quando nõ dicit, ſi eã repuleris, ſed potius ſi eam ſuſtinueris. Poſt illam iam ut lubet ludas, licet in officio militari omne negocium uel pugna, uel ludus eſt.

ACTVS SECVNDI SCENA TERTIA.

Senarij omnes.

DEMIPHO GETA PHORMIO.

Concertatio Phormionis & Demeæ.

EN unquam cuiquam contumelioſius
Audiſtis factam iniuriam, quàm hæc eſt mihi?
Adeſte quæſo. Ge. iratus eſt. Ph. quin tu hoc agis.
Iam ego hunc agitabo. proh deûm immortalium fidem,
Negat Phanium eſſe hanc ſibi cognatam Demipho?
Hanc Demipho negat eſſe cognatam? Ge. negat.
Ph. Neq; eius patrem ſe ſcire qui fuerit? Ge. negat.
De. Ipſum eſſe opinor, de quo agebam, ſequimini.
Ph. Nec Stilphonem ipſum ſcire qui fuerit? Ge. negat.
Ph. Qnia egens relicta eſt miſera, ignoratur parens,

Negligi-

Negligitur ipſa uide auaritia quid facit.
Ge. Si herum inſimulabis malitiæ male audies.
De. O audaciam, etiam me ultro accuſatum aduenit.
Ph. Nam iam adoleſcenti nihil eſt quod ſuccenſeam,
Si illum minus norat, quippe homo iam grandior,
Pauper, cui opera uita erat, ruri ferè
Se continebat, ibi agrum de noſtro patre
Colendum habebat, ſæpe interea mihi ſenex
Narrabat ſe hunc negligere cognatum ſuum.
At quem uirum? quem ego uiderim in uita optumum.
Ge. Videas te, atq; illum ut narras. Ph. abi in malam crucē
Nam ni ita eum exiſtimaſſem, nunquam tam graueis
Ob hanc inimicitias caperem in noſtram familiam,
Quam is aſpernatur nunc tam illiberaliter.
Ge. Pergin' hero abſenti male loqui impuriſſime?
Ph. Dignum autem hoc illo eſt. Ge. ain' tandem carcere?
De. Geta.
Ge. Bonorum extortor, legum contortor. De. Geta.
Ph. Reſponde. Ge. quis homo eſt? ehem. De. tace. Ge. abſenti tibi
Te indignas, ſeq; dignas contumelias
Nunquam ceſſauit dicere hodie. De. ohe deſine.
Adoleſcens primum abs te hoc bona uenia expeto,

Si tibi placere potis eſt, mihi ut reſpondeas,
Quem amicum tum ais fuiſſe iſtum, explana mihi,
Et qui cognatam me ſibi eſſe diceret.
Ph. Proinde expiſcare quaſi non noſſes. De. noſſem? Ph. ita.
De. Ego me nego, tu quid ais? redige in memoriam.
Ph. Eho tu ſobrinum tuum non noras? De. enecas,
Dic nomen. Ph. nomen? maxume. De. quid nunc taces?
Ph. Perij hercle, nomẽ perdidi. De. hem quid ais. Ph. Geta
ὑποθέσθαι Subijcere admõere. Si meminiſti quod olim dictum'ſt ſubijce hem:
Non dico quaſi non noris, tentatum aduenis.
De. Egon' autẽ tento? Ge. Stilpho. Ph. atq; adeo, quid mea:
Stilpho'ſt. De. quem dixti. Ph. Stilphonem inquã noueras:
De. Neq; ego illum noram, nec mihi cognatus fuit
Quiſquam iſtoc nomine. Ph. ita ne? non te horum pudet?
At ſi talentûm rem reliquiſſet decem.
De. Di tibi malefaciant. Ph. primus eſſes memoriter
Progeniem ueſtram uſq; ab auo atq; atauo proferens.
De. Ita ut dicis, ego tum ſi adueniſſem, qui mihi
Cognata eſſet dicerem, itidem tu face cedo
Qui eſt cognata? Ge. heu noſter recte, heus tu caue.
Ph. Dilucide expediui, quibus me oportuit,
Iudicibus, tum ſi id falſum fuerat, filius
Cur non refellit? De. filium narras mihi?

Cuius

Cuius de ſtultitia dici ut dignum'ſt non poteſt,
Ph. At tu, qui ſapiens es, magiſtratus adi,
Iudicium de eadem cauſſa iterum ut reddant tibi,
Quandoquidem ſolus regnas, & ſoli licet
Hic de eadem cauſſa bis iudicium adipiſcier.
De. Et ſi mihi facta iniuria'ſt, uerum tamen
Potius quàm lites ſecter, aut quàm te audiam,
Itidem ut cognata ſi ſit, id quod lex iubet,
Dotem dare, abduce hanc, minas quinq; accipe.
Ph. Ah, ah, hæ, homo ſuauis. De. quid eſt? num iniquom poſtulo?
An ne hoc quidem adipiſcar ego, quod ius publicum'ſt?
Ph. Ita ne tandem quæſo. meretricem ubi abuſus ſis,
Mercedem dare lex iubet ei, atq; amittere?
An ut nequid turpe ciuis in ſe admitteret
Propter egeſtatem, proximo iuſſa'ſt dari?
Vt cum uno ætatem degeret, quod tu uetas.
De. Ita proximo quidem, at nos unde, aut quamobrem? Ph. ohe,
Actum, aiunt, ne agas. De. non agam? immo haud deſinã
Donec perfecero hoc. Ph. ineptis. De. ſine modo.
Ph. Poſtremo tecum nihil rei nobis Demipho'ſt,
Tuus eſt damnatus gnatus, non tu, nam tua

Prætereat iam ad ducendum ætas. De. omnia hæc
Illum putato, quæ ego nunc dico, dicere.
Aut quidem cum uxore hac ipſum prohibeo domo.
Ge. Iratus eſt, tu te idem feceris melius.
De. Itan'es paratus facere me aduorſum omnia
Infelix? Ph. metuit hic nos, tametſi ſedulo
Diſſimulat. Ge. bene habēt tibi principia. Ph. quin quod eſt
Ferundum feras, tuis factis dignum feceris,
Vt amici inter nos ſimus. De. egon' tuam expetam
Amicitiam, aut te uiſum, aut auditum uelim?
Ph. Si concordabis cum illa habebis quæ tuam
Senectutem oblectet, reſpice ætatem tuam.
De. Te oblectet, tibi habe. Ph. minue uero irā. De. hoc age.
Satis iam uerborum'ſt, niſi tu properes mulierem
Adducere, ego illam eijciam. dixi Phormio.
Ph. Si tu illam attigeris, ſecus quam dignum'ſt liberam,
Dicam impingam tibi grandem, dixi Demipho.
Si quid opus fuerit, heus domo me. Ge. intellego

Acerbe ludit Phormio.

N unquam cuiquā. c. a. f. i? In hac ſcena ut rhetoribus placet ueluti quædā controuerſia eſt, quæ uno tempore ex utraq; parte tractatur, ut ſiqs dicat legem eſſe ne de eadem re bis agatur, & item ut orbam ꝓximus ducat, quidam abſente patre ſub hoc nomine uxorē coactus erit ducere, uult illam pater adueniens eijcere matrimonio, cōtra dicitur. Meminiſſe autem debemus in om̄i contētione ea maxime dici, quæ ſimplici patrifamilias, & calumnioſo ſycophantæ, improbiſſimoq; paraſito

paraſito congrue poeta miſcet inter ſe. En unquã, c.a, f.i. Iam inſtructi ſunt aduocati, & recte, longũ enim fuerat omnia hæc poſt ſcenam geri. En unquã. en uim habet indignatiõis poſt enarratã iniuriam. Quã hæc mihi facta ininria ſubauditur. Adeſte quæſo, interim aduocati inducũtur, & ridicule tacent peius poſtea locuturi, & adeſte ꝓprie, adeſſe enim cauſſæ proprie dicũtur patroni & amici. Iratus eſt. hoc ad excitandum Phormionem dicitur. Quin tu hoc age. annuit ut taceat, & ſignificat ſilentium. Iam ego hunc. modo iam celeritatis eſt ſignũ, hunc cum contẽptu dixit. Agitabo ꝑturbabo. Proh. d. in Eclypſis. deeſt fidem, aut quid tale. Cice. œconomico. Quid igiť proh deũ immortalium, primũ eam docebas quęſo. Proh deum artificioſe prior exclamat, ut Demipho qui iniuriam paſſus eſt, ultro impetũ accuſationis incurrat. Adeſte quæſo. proprie aduocatis dixit, & quia ipſe properãtius pergit, rogat ut aſſeqꝫrentur. Sequimini me. ſeqmini dicit, qui ꝓperantius & cõcitatiore gradu pergit iratus, & parens pater. nam ut uariaret parentẽ dixit quẽ ſupra dixerat patrem. patrem ergo dixit puellæ à Demiphone ignorari. Negligitur ipſa. quia ignoret parentes puellæ id ignorare ſe dicat, & tamen ipſe non negligat puellam. uel utrũqꝫ conqueſtus eſt. Vide quid. a. ſa. hæc cõuerſus ad circulum & coronã circumſtantiũ dixit, & cõqueſtus eſt. nulla enim re magis populus cõcitatur, quã ſi quis egenum cõtemnat, & inde bonis inuident, & malos extollunt. Salu. Vide auaritia, proprie uide ſtomachantibus cõuenit qui indignatione cogũtur, quaſi cum aliquo colloqui. ſic in Adel. Illud ſis uide exemplũ diſciplinę. Si herum inſi. inſimulare eſt crimẽ ingerere. Inſimulatio eſt & falſi, & ueri criminis incuſatio. inſimulo genitiuo iũgitur. ſic Cic. Nihil eorũ quæ galli inſimulabant negarunt. Male audies. ſ. à me. O audaciã. hæc exclamatio oſtendit ꝙ abſente patre offenderit filius. Nihil eſt. q. ſ. ſuccẽſere dicimus eum, qui cũ amare debeat, læſus iraſcitur. uide quã ueteratorie oſtẽdat contradixiſſe adoleſcentem. Cui in. o. u. e. opera pro metu poſuit. & opera hic ablatiuus caſus eſt. Ruri. f. fe. cõ. continere dicitur qui contra uoluptatẽ ſe continet. Sæpe interea mi. ſe. n. habet miſeriã ocioſa narratio. Quem ego ui. in. ui. op. modo in uita, in actu, in moribus. Videas te atqꝫ il. ut. n. hoc eſt parentẽ te illi exiſtimo, atqꝫ illum tibi, an potius ſeruus ſciens hanc perſonã fingi, uel certe etiam mortuũ hominem induci malepræcatur paraſito, ut etiam ipſe ſit, aut nuſquã ſit, ut fictus, aut pereat ut mortuus, an ſic accipiẽdum ut ſeruus ſubmiſſa uoce hoc per iocũ dixerit, tantũ in uita te uideas optimũ quantum fuit ille quẽ narras, an ſic intelligẽdum, ut ſeruus hoc dicat, ſi optimũ eſt uictum opera quærere, & in alio agro eſſe uideas, atqꝫ illum uidiſti quem ad hunc modum narras uiuere, & alluſit ad illud quod ait. Quem ego ui. in ui, op. nã eum ita exiſtimarem ut in uita optimũ iudicarem. Nunquã tam ge. hoc non quaſi timidus, ſed quaſi religioſus & fidelis loquiť Phormio. Ob hanc. tanquã pręſens mulier, de qualis eſt. ſic demõſtratiua particula uſus eſt

dicendo,

dicendo hanc. Inimicitias ca. capere dicimus cum id quod in nobis eſt
aſſumimus. unde capere ꝓ eligẽdo ponitur. Quã is aſpnatur. *
quã enim ſupra reuocauit ad puellã referens. ut Quem regno heſperio
fraudo. & Salu. Nam Syllæ dominationẽ audebat, & interpoſitis qui-
buſdam. neq; eſt offenſus dominationẽ Syllę. Illiberaliter. apud ueteres
illiberaliter dicebãt factum, ſiquis exceſſiſſet omne genus maleficij. ſic
in Adelphis. Factum à uobis duriter, immiſericorditerq;, atq; æquũ ſic
eſt dicere magis aperte illiberaliter, uides amore auxeſis ꝓ magno hic
ultimũ poni. O au. hic iam oſtenditur ꝑſuaſum eſſe Demiphoni, & uim
adhibitam filio ſuo uxorẽ ducere unà cum hunc audacem adpellat, alte
ro ꝙ dicit etiam, quæ cõiunctio eſt, Antiphonẽ complectitur, & ſic ad-
cuſat. Nam iam ad. n. e. q. ſ. ſic ſubtiliter ac latẽter purgatur à Phormio-
ne. nam quũ dicit nihil eſt quod ſuccenſeã adoleſcenti, oſtẽditur adhuc
ſuccenſiſſe & inimico fuiſſe animo. cumq; addidit, ſi illum minus norat,
oſtenditur contradixiſſe ſibi, & reſtitiſſe iudicio, & ſic dicit ꝙ ſi adole-
ſcens non agnoſcens puellam ueniã meruit, pater negata cognata ferre
non poſſit. Si. il. m. n. non dixit non norat, ſed minus norat, quaſi & ipſe
noſſe debuerit. Quippe homo. repẽte trãſit ad nominatiuũ, cum ſupra
dixerit illum, & deeſt erat, quod aſſumit ab inferiore. Iam grãdior, hic
comparatiuus nõ habet ſignificationẽ quod magis, ſiue minus à poſiti-
uo ſignificet, ut iam ſenior. ſed cruda deo. u. q. ſ. Quippe homo iam gra-
tia. argumentalis narratio dicitur quæ nõ ſubiecta eſt ad fidem facien-
dam, & cõſtituendam ꝑſonã defenſoris, & grandior nõ grandis, quaſi
qui dicat grãdior fuit quàm ut illũ adoleſcens optime noſſe poſſet. Iam
gratia. proprie grandis ad ſpeciẽ refertur ætatis, ut grandis puer, & grã
dis natu ſenex dicitur. Cui. o. u. e. hic oſtendit quã pauꝑ fuerit, & opera
ablatiui caſus eſt, & uita nominatiui. Ruri. f. i. ruri operã faciẽdo quære
bat cibum, & bene addidit ferè. nõ enim ſemꝑ ſed plærunq; ruri ferè ſe
continebat, expreſſe oſtendit miſeriã hominis qui in urbe natus interdi
xerat ſibi acceſſus eius ob pudorẽ inopię. nam hoc ſignificat cõtinebat,
unde contenti dicũtur in malis durantes. hoc autẽ ueteres faciebant no-
biles cum ad paupertatẽ redacti eſſent. Colẽdum. h. Virg. Conductãq;
pater tellure ſerebat. Sæpe in. m. ſ. n. miſerabiliter & inuidioſe poſitũ ſe-
nex. & maiore fide quã narrabat dixit nõ quærebat, & uide congeſtio-
nem argumentorũ, & ordo eſt, ſæpe narrabat ſenex. Se. h. n. c. Amphi-
bologia, ſed in ſenſu diſſoluitur. Cognatũ ſuum, hoc eſt crimen, & cauſ
ſa eſt quod cognatũ addidit. At. q. u. qualitas iniuriæ ad dignitatẽ perſo
næ. multi enim tales ſunt ut cognitione abdicandi ſint. Vt enim deeſt ui
diſti. ſic enim illũ nõ uera dicere. In ma. c. aduerbialiter ut hui cuiciniæ.
Quem. e. u. in uita op. in actu ac moribus & in uita, hoc eſt cum uiueret,
& qđ à uiuo fit. Videas te. n. i. u. n. melius, hoc clare dictum à ſeruo acci-
pimus, ut defendiſſe dominũ uideretur. Ob hanc. i. pro filia ipſius. Quã
is aſper. tam il. aſpnari eſt auerti nõ ſolum corpore ſed etiã animo, aſp-
nari

nari recuſare.auertere.nõ agnoſcere.eſt autẽ dictum ab aſpero. Pergin maleloqui.pro maledicere. & quærit Probus quis ante Teren.dixerit, Impuriſſime,improbiſſime.Hero ab.argute,aut abſente, ut uideať fidelior qui defendat abſentẽ,quod præſtans argumẽtum eſt id animo habuiſſe Getam etiã peregrinante domino.Dignũ autem hoc illo eſt.non negat male loqui.ſed hoc eſſe dignũ contendit malo homine. Ain * nota eſt q̃ ſeparat.e.ab.u.& interimit.s.literæ ſonũ,eſt enim integrum ais ne. Ain tandem carcer.nõ carcerarium ſed carcerem aſperius adpellauit.ſic Lucillius.Carcer uix carcere dignus,& uix pro nõ. Bonorum ex.l.c.ingenioſe de ipſo negotio ſunt inuẽta conuitia.& fingit illi criminãdi cauſſa,& de negotio.Reſpõde,timuit poeta ne huiuſmodi uociferatio Getæ quaſi ueram diſcordiã apud populum fingeret. & ideo facit iam à Pho.ipſum admoneri. Quis.h.eſt hem. mire ſeruus finxit ſe nõ uidiſſe ſenem, ut ea quæ dixerit in Phor. ſyncere dixiſſe credatur,& mira diſſimulatiõe addidit homo, ut uideatur nihil de præſentia domini cogitaſſe. Abſenti tibi.nunc fidelis opera eſt ſi abſens aliqs defendatur,hoc ergo confirmat uelut indicãdo,ſic in Andria.ò Chreme per tempus huc aduenis.auſculta.Seqꝫ di.cum.i.quas ipſe debet audire. Deſine.imponit ſilentiũ Getæ,quaſi ualidiora dicturus ſit,& ſupra tacce dixit ſenex. Ohe iam deſine.hac uoce oſtẽdit plus iuſto pro ſe locutũ uideri Getam.nam ohe interiectio ſatietatẽ uſqꝫ ad faſtidium deſignãs. Proinde. ita ſimilitudinis aduerbiũ eſt modo, non coniunctio,ut proinde tona eloquio ſolitum tibi. Adoleſcens primũ abs te.eſt auctoritas hæc in ſenibus, ut qui minoris ætatis fuerint, illos appellatione pueri, uel adoleſcẽtis,uel iuuenis adpellent,etiã oſtendit ætatem, ut hoc de nomine illis quidem detrahant ſibi nõ auctoritatem tribuant.ſic Virg.O præſtans animi iuuenis quantũ ipſe.f.&c. Bona uenia.ſine ira. ſine diſcordia.Si tibi pla.po.eſt.ꝓ poteſt. Mihi ut reſpondeas.bene mihi ut pote patri adoleſcentis.uel domino Getæ,uel etiã ſeni.& uerbum eſt ſcrupuloſe aliquid interrogantiũ, ſic Virg. Mihiqꝫ hæc ediſcere uera rogãti,& Dic mihi Damœta cuium pecus? Quem ami.ais fu.ais dicimus de his qui uana loquũtur.dicere autem de his qui ualidiora. Explana.manifeſta,expone.Et qui co.qui,quomodo unde.Proinde expiſcare quaſi non noris , expiſcari eſt diligentiſſime quærere ubi nam piſces lateant, ergo uerbum eſt tractum à piſcatoribus. Ego me.n.q.t. ſubauditur ad omnia noſſe. Eho tu conſobri.t.populari quadam uulgariqꝫ fatigatiõe utpote ſcurra reſpondit.Nomen maxime.falſa non habet memoriã.hic ergo deeſt neſcio uel neceſſariũ eſt.Quid nunc taces.urget ſenex qa intelligit eum nomẽ neſcire.Subiice.ſuggere. Nõ dico.q.n.n.t.mire.nam uidetur arte celare id quod inuitus neſciebat. Stilpho ſyllepſis. nã redit ad nominatiuũ,eſt itaqꝫ Stilpho,ut rurſus ad accuſatiuũ, noueras Stilphonem.ſ.At ſi talentũ rem.more Romanorũ apud quos hæreditas pecuniæ erat talentũ,aut qđ dixerat more Græcorũ admiſcuit. Qui mi.

QQ co,ſche

* co.ſchema. * Quàm.l.ſ.aut quã te au.bis poſuit quã qđ genus figuræ.primo ſchemati eſt contrariũ.ut in Heauton. Propter quã in ſumma infamia ſum,& meo patri minus obſequens. Item cœpi ratio nem,ut neq; tu egeres,neq; hoc poſſes perdere. Sulphonẽ inquã.nõ no. figura Epitrocaſmos. eſt autẽ Epitrocaſmos uerborũ ſuper ſe inuicẽ ef fuſio.uel ſupmenſio,quæ fit aduerſarij cauſſa turbandi.ſ.Conuincam ſi
* neges. Virg. Non longe.ſ.hoſtes. Quærẽdi nobis circũſtant undiq; mu ros,Imus in aduerſos.quid ceſſas. At ſi ta.rem * illud fecit. Ita ut dicis ego tum ſi.a.ita ſum inquit ut dicis auarus & ſupbus,& ui de ſenẽ de iniuria nõ agere, quia iuſte cõfidit,& nititur cauſſæ. plerũq; enim hac conſtantia animi fulciũtur qui iuri confidunt. ac contra q nul lo iure freti ſunt litigant, ad iniurias proſiliunt, ut his ſaltem perturbẽt aduerſariũ qui iure nõ ualent. condono igitur tibi omne cõtumeliæ ge nus. Ego tum ſi ad. deeſt ad iudiciũ. ut ſit cum ad iudiciũ ueniſſem. Qui mi. co. quí,unde,quomodo. Heus noſter re Geta ſic laudat ſenẽ. ut op tet uincere Phormionẽ. Heus noſter. plaudit ſibi Teren. ſuppoſita perſo na,quaſi recte dixiſſet. Iudicibus, quibus probaui iudicibus inquit. Fi lius cur non re. refellere eſt arguẽdo falſum oſtendere. Cuius de ſtul. di. ut di. compendium cõuitiorum eſt nihil inuenire pro magna iniuria qđ reſpõdeas. Quandoquidem ſo. re. quoniã regnum ſolutum legibus eſt, & opprimẽs libertatem. ſic alibi. Regnũ ne hic Eſchine poſſides. Hic de eadem cauſſa. hic uidelicet apud Athenas ubi leges, ubi libertas cõmu nis eſt. Id quod lex iu. id pro ob id dotem dare. Abduce. h. mi. q. modo id agit quod rephendit à filio non eſſe factum. Dotem. d. ne. quæreret a lium,& dotem uoluit cuſtodem eſſe pudoris. Ha. ha. he. hic riſu deſtru xit quod prætẽdebat ſenex. Homo ſua. præſcriptio quũ iam alterum fa ctum ſit fieri utrũq; nõ poſſe. An ne. h. q. &c. quia enim à lege recitat tã tum id quod à lege ſcriptum. Ita ne. t. q. itidem maiora argumenta ſunt quæ interrogatiõe pferũtur, Vbi ab. ſis. ſcriptũ. Vtimur cum honore, abutimur cum iniuria. Atq;. a. bene amittere. quia finis cupiditatis amiſ ſio eſt. An ut ne quid. t. i. ſ. a. idoneum teſtimoniũ bonorum eſſe nataliũ ciuem dixiſſe. nam apud ueteres peregrinæ mulieres in meretriciũ nu mero habebãtur. ſic ipſe alibi. Adeon eſt demens ex peregrinà. & alibi Samia mihí mater fuit, ea habitabat Rhodi. & Parmeno cõprobãs re ſpondit. Poteſt taceri hoc. i. meretricẽ matrem te habuiſſe. An ut ne qd. t. in ſe ad. à uoluntate. Vt cum. u. æta. de. quid enim eſt pudicitia, niſi uni us ſcientia uiri. Actum aiunt ne. a. actum dicimus quũ pverbium ſigni ficamus. acta res eſt de qua ſententia prolata ſit. Donec p. hoc Virg. Do nec me flumine uiuo abluero, perfecero, perficiã. Ineptis. ut à ſapiẽtia ſa pis dicimus, ita ab ineptia ineptis. Sine modo. hęc minantis ſunt uerba, & bene imitatus eſt modum cõminantis. Tuus eſt dam. ludit Phormio cum dicit non tu,& contemptibiliorẽ in hac cauſſa ſibi ſenem quã Anti phonem fuiſſe dicit, ſimulq; ætatem in illo eſſe deſpectam. Tute. i. m. ſ.

quidam

quidā ſic intelligunt, tute idem melius feceris, ut ſenex potius exeat quā eijciat filium. artificioſe autem loquitur Phormio, ut adimat ſuſpitionē ſeni conſenſionis & conuentionis inter paraſitum & filium. Tuus eſt. g. non tu. pro uoluntate concedentis eſt probatio. Illum. p. quæ. n, d. d. deſiniti ue reſpōdit. Cum. u. hac. i. tali. Tute. i. m. f. locus eſt hic, ut oſtendat Phormio de compacto egiſſe cum Antiphone. Sedulo. ſine dolo inſtanter. Diſſimulat fingit, mentitur. Quin quod eſt. f. f. cur non inquit accōmodas neceſſitati uoluntate quæ tuam ſenectutē oblectet, non te, ſeneſtutem tuam. Minue. u. i. contemnētis eſt iracundia, diſſuadētis eſt ira. Hoc. a. annuentis eſt. Dixi Ph. dixi ſolet dici pacta cauſſa. Dixi de. mire comminationē & ferocitatem eius imitatus eſt ſimili uerbo. Siquid. o. f. p. m. hæc repentina diſceſſio habet aliquā maiorem litigaturi denunciationem. & bene breuiter ne multiloquio infringeretur ſuperior cōminatio. Hanc ti. c. additum pronomē eſt, quaſi notam omibus diceret. Phanium hanc eſſe ſibi. c. magno ingenio Teren: imprudentiam calumniatoris expreſſit, nam & prior incipit, & prior accuſat, & quia nō poteſt dicere expellit Phanium Demipho, negat cognatā, inquit, negare una opera Geta, in duplici uerſatur dolo, nam & audiēte iam ſene ſe eius deſenſorem tanquā abſentis aſſimulat, & irritat ad uociferationem Phormionem, qui clamandi ulterius cauſſam nō habet ſi taceret Geta. Necꝫ. e. p. & c. ambiguitas, quæ tamē ſenſu diſcernitur. Cognatam de. hæc eſt flagitatio quæ etiam tumultuoſe nomen perſequitur atꝗ exagitat. ideo callidus Sycophāta patrisfamilias ꝓprium nomē. non ſolum inuidioſe infert, ſed etiam repetit. Nec Stilphonem ipſum. hæc aſſeueratio mentis mutata ueritate. Negat. ſyllepſis prima, nam extrinſecus audiēdum eſt pater. Sequimini. adparet Demiphonem, ut patremfamilias perturbari non mediocriter, quippe & aduocatos conquiſiuerit aduerſus hominē ſine aduocatis agentem, & progredi non audeat niſi illi ſequantur. Nec Stil. ipſum. ſ. q. ſ. multa calumniatoris clamandi cauſſa dicunt & uociferandi, ut ipſum ſtrepitu terreant. Nec Stilphonē ipſum, tantūdem quod ſupra. Necꝫ eius patrem, ſcire debemus hoc nomen non fictum à paraſito, ſed auditum à puella, ꝙ uxor ducta ſit dici, quia egens relicta ſit miſera, communis locus in auaricia generalitate adprobatior. facilius enim hoc de omibus quā Demiphone credatur, & ideo ignoratur dixit, & negligitur. non ignorat & negligit Demipho. Ignoratur. non agnoſcitur, ignoratur quod fingitur, hoc enim ſignificat modo.

ACTVS SECVNDI. SCENA QVARTA.

Senarij.

DEMIPHO. GETA. HEGIO. CRATINVS. CRITO.

Conſultatio cū amicis

QVanta me cura, & ſolicitudine afficit
Gnatus? qui me, ſeq; hiſce impediuit nuptijs.
Neq; mihi in conſpectum prodit, ut ſaltem ſciam,
Quid de hac re dicat, quidúe ſit ſententiæ.
Abi tu uiſe redieritne iam, an nondum, domum.
Ge. Eo. De. uidetis quo in loco res hæc ſiet.
Quid ago? dic Hegio. He. ego Cratinum cenſeo,
Si tibi uidetur. De. dic Cratine. Cra. me ne uis?
D. Te. Cra. ego quæ in rem tuam ſint, ea uelim facias, mihi
Sic hoc uidetur, quod filius te abſente hic
Egit, reſtitui in integrum æquomſt & bonum,
Et id impetrabis, dixi. De. dic nunc Hegio.
He. Ego ſedulo hunc dixiſſe credo. uerum itaſt,
QVOT HOMINES, tot ſententiæ, ſuus cuiq; mos eſt.
Mihi non uidetur, quod ſit factum legibus,
Reſcinde poſſe, & turpe incœptuſt. De. dic Crito.

Cri. Ego,

Cri. Ego amplius deliberandum cenſeo,
Res magna eſt. He. nunquid nos uis? De. feciſtis probe.
Incertior ſum multo quàm dudum. Ge. negant
Rediſſe. De. frater eſt expectandus mihi,
Is quod mihi dederit de hac re conſilium, id exequar.
Percontatum ibo ad portum quoad ſe recipiat.
Ge. At ego Antiphonem quærã, ut quæ acta hic ſunt ſciat.
Sed eccum ipſum uideo in tempore huc ſe recipere.

QVanta me cura & ſollicitudine adfecit Gnatus. Cura eſt in ſpe bonorũ; ſollicitudo in metu malorum. Quanta me cura & ſollicitudine. hæc deliberatiua eſt, in qna aduocati ſunt, quorũ unus ſuadet, alter diſuadet. tertius qui ſe alterutri addere debuiſſet, eiuſmodi ſententiã dicit, ut rurſum deliberatione opus eſſe uideatur. Ego Cra. cen. poteſt ergo diſtingui, ut ſubaudiatur ego dicã. Quæ in. r. t. ſ. bene principio. *. beniuolentiam ſuam cõmendauit, & ſic cõſiliũ dedit æquũ eſſe ab honeſto, & bonũ ab utili, & id impetrabis à poſſibili, & breuiter deliberatũ tres locos tetigit, iuſtum, utile & poſſibile. Ego. ſ. h. d. c. artificioſe perſonã reprehendit ſententiã reprehenſurus, ut ſi inimicus ſit, adimat auctoritatẽ ſententiæ ſuæ. Verum ita eſſe. ſubiunxit locum apocryſeo oratorie, ut inuidis cõtradicturus occurreret. Mihi nõ. u. à poſſibili. Quod ſit. f. l. hic alio ordine & loco ſuaſorie tetigit, primũ à poſſibili, ſecundum ab honeſto, & turpe incœptu eſt. ab honeſto. m. literã prætermiſit per artẽ, quæ ubi nõ poteſt fieri fruſtra ſectatur. Res magna eſt: cauſſã ampliandi ſententiã. Incertior ſum. m. quã. d. ex tribus em unus, ſuaſit, alter diſſuaſit, tertius nihil dixit. In tempore. h. ſeſe. r. *. Saluſtius maximeq; ferocia regis Mithridatis in tempore bellaturi. *:

ACTVS TERTII

SCENA PRIMA.

Tetrametri omnes.

ANTIPHO. GETO.

ENimuero Antipho multis modis cũ iſtoc animo es uituperandus,
Ita ne hinc abiſſe, & uitam tuã tutandam aliȷs dediſſe?
Alios tuam rem credidiſti magis quàm te animaduerſuros?
Nam ut ut erant alia, illi certe, quæ nunc domi tuæ eſt conſuleres.
Ne quid, propter tuam fidem decepta, pateretur mali,
Cuius nunc miſeræ ſpes, opesq́ ſunt in te uno omnes ſitæ.
Ge. Equidem here nos iamdudum hic te abſentem incuſamus, qui abieris.
An. Te ipſum quærebam. Ge. ſed ea cauſſa nihilo magis defecimus.
An. Loquere obſecro, quo nam in loco ſunt res, & fortunæ meæ?
Nunquid patri ſubolet? Ge. nihil etiã. An. & quid ſpei porro'ſt? Ge. neſcio. An. ah.
Ge. Niſi Phædria haud ceſſauit pro te eniti. An. nihil fecit noui.
Ge. Tum Phormio itidem hac re, ut in aliȷs, hominẽ ſtrenuum præbuit.

An. Quid is fecit? Ge. confutauit uerbis admodum iratum patrem.

An. Heu Phormio. Ge. ego quod potui porrò. An. mi Geta, omnes uos amo.

Ge. Sic habent principia ſeſe, ut dico, adhuc tranquilla res eſt.

Manſurusq; patruū pater eſt, dum huc adueniat. An. quid eum? Ge. ut aiebat,

De eius conſilio uelle ſeſe facere quod ad hanc rem attinet.

An. Quantus metus eſt mihi uenire huc ſaluum nunc patruum Geta?

Nam per eius unam, ut audio, aut uiuam, aut moriar, ſententiam

Ge. Phædria tibi adeſt. An. ubi nam? Ge. eccum à ſua paleſtra exit foras.

ENimuero Antipho. m. &c. Cum iſto animo. pro huius animi. Ennius. optima cū pulchris animis Romana iuuētus. Ita ne hinc abijſſe, & uitam tutandam * Vt Inuidiſſe deos patriæ. u. a. a. o. o. Et ſeruo n fortunas meas cōmiſiſſe futili. Alios tuā rem, ab infinitiuo ad indicatiuum tranſitum fecit. Credidiſti pro putaſti. Pateretur mali, legitur & potiretur, quia potiri * fuit. Plau. Hoſtium potitus eſt. Spes opesq; ſunt, * hæc quidem de his quæ amanti. * Spes opesq; ſunt, ut res fidesq; uſq; adieris, mollius quā fugeris. Sed ea cauſſa, qua abieris. Nunquid patri ſubolet, cōuenientia ſua & Phormionis dicit. Confutauit, uerbis cōuicit, ut ſi diceret refutauit, ſed refutatio in re eſt, confutatio in pſona. Heus Phormio, de ſe mediocriter per Eclypſim moraliter ſatis. Ego quod potui porro, ordine primo dominum, poſt

poſt Phormionē, ultimum ſe poſuit. Huc ſaluū patruum. Geta nō optat ſaluum patruū uenire ſecundum Apollodorū, & oſtendit non congrue ſalutem eius cū incōmodo ſuo, at nō dicit malum eſſe incōmodum ſibi, ſed tantū magni terroris plenū aduentum patrui. Paleſtra exit foras, bene paleſtram eius dixit lenonis domum quo eſt exercitus amator aſſidue. Plau. Abſtine à paleſtra: ubi demens deſudaſcitur.

ACTVS TERTII

SCENA SECVNDA.

Tetrametri, præter unum qui eſt ſenarius.

PHAEDRIA. DORIO. ANTIPHO. GETA.

Omiſſo Antiphone producitur alter adoleſcēs in ſcenam ut augeantur turbę.

DOrio audi obſecro. Do. non audio. Ph. parumper. Do. quin omitte me.
Ph. Audi quod dicam. Do. at enim tædet iam audire eadem millies.
Ph. At nunc dicam quod lubenter audias. Do. loquere, audio.
Ph. Nequeo te exorare ut maneas triduū hoc quò nūc abis?
Do. Mirabar ſi tu mihi quidquam adferres noui.
An. Heu metuo lenonem, nequid ſuo ſuat capiti. Ge. idem ego metuo.
Ph. Non mihi credis? Do. ariolare. Ph. ſin fidem do? Do. fabulæ.
Ph. Fœneratū iſtuc beneficium tibi pulchre dices. Do. logi.
Ph. Crede mihi, gaudebis facto, uerum hercle hoc eſt. Do. ſomni-

ſomnium.

Ph. Experire, non eſt longũ. Do. cantilenam eandem canis

Ph. Tu mihi cognatus, tu parens, tu amicus, tu. Do. garris modo.

Ph. Adeo' ingenio te eſſe duro, atq; inexorabili,

Vt neq; miſericordia, neq; precibus molliri queas?

Do. Adeon' te eſſe incogitantem atq; impudentẽ Phædria

Vt phaleratis dictis ducas me, & meam ductes gratis?

An. Miſertum'ſt. Ph. hei ueris uincor. Ge. quàm uterq; eſt ſimilis ſui?

Ph. Neq; Antipho alia cum occupatus eſſet ſolicitudine,

Tum hoc eſſe mihi obiectum malum. An. ah, quid iſtuc autem eſt Phædria?

Ph. O fortunatiſſime Antipho? An. ego ne? Ph. cui quod amas domi eſt,

Nec cum huiuſmodi unquã uſus uenit ut cõflictares malo.

An. Mihin' domi'ſt? immò quod aiunt, auribus teneo lupũ

Nam neq; quo modo à me amittam inuenio, aut uti retineam ſcio.

Do. Ipſum iſtuc mihi in hoc eſt. An. eia ne parum leno ſies.

Nunquid hic confecit? Ph. hiccine? quod homo inhumaniſſimus,

Pamphilam meam uendidit. Ge. quid? uendidit? An. ain' uendi-

uendidit?

Ph. Vendidit. Do. quàm indignum facinus, ancillam ære emptam ſuo.

Ph. Nequeo exorare ut maneat, & cum illo ut mutet fidem.

Triduum hoc, dum id quod eſt proximum ab amicis argẽtum aufero.

Si non tum dedero, unam præterea horam ne opertus ſies.

Do. Obtundis. An. haud longum eſt, id quod orat, Dorio, exoret ſine.

Idem hoc tibi quod bene promeritus fueris cõduplicauerit

Do. Verba iſtæc ſunt. An. Pamphilam ne hac urbe priuari ſines?

Tum præterea horum amorem diſtrahi poterin' pati?

Do. Neq; ego, neq; tu. Ge. Di tibi omnes id quod eſt dignum diunt.

Do. Ego te complures aduorſum ingenium meum menſes tuli.

Pollicitantem, & nihil ferentem, flentem, & nunc contra hæc omnia

Reperi qui det, neq; lachrumet, da locum melioribus.

An. Certe hercle ſi ſatis cõmemini, tibi quidẽ olim eſt dies,

Quam addares huic, præſtituta. Ph. factum. Do. num ego iſtuc nego?

An. Iam

An. Iam ne ea præterijt? Do. non, uerum ei hæc ante ceſſit.
An. non pudet
Vanitatis? Do. minime dum ob rem. Ge. ſterquilinium
Ph. Dorio.
Ita ne tandem facere oportet? Do. ſic ſum, ſi placeo, utere.
An. Siccine hunc decipis? Do. immò enimuero Antipho hic me decipit,
Nam hic me huiuſmodi ſciebat eſſe, ego hunc eſſe aliter credidi,
Is me fefellit, ego iſti nihilo ſum aliter ac fui.
Sed ut ut hæc ſunt, tamen hoc faciam, cras mane argentum mihi
Miles ſe dare dixit, ſi mihi prior tu attuleris Phædria,
Mea lege utar, ut potior ſit, qui prior ad dandum eſt. Vale.

DOrio audi obſecro. Hæc ſcena in petitiōe eſt, quę ſæpe admittit deliberatiuū locū. Dorio audi obſecro. ſunt q ſic legunt, ut Dorio Phædriæ dicat. audi leno obſecro. iterum Phædria. Quin omitte me, quin modo corripiendi uim habet. uel imperandi, ut Quin age quin aliquid. Suo ſuat capiti. deeſt ſuat autē appingat affingat. Suo ſuat capiti, Apoſiopeſis * ſuo capiti dixit * cum dicturus eſſet Phædriæ, ut Dardaniq; rerū capitis. Fœneraturum. ab utili. Fœneratum illuc beneficium. i. ei à te fœneratum. Verum hercle, hoc eſt bene ipſe dictum ſuum confirmauit. Cantilenā eandem canis. ita dicitur uetus & uulgata cantio. Tu mihi cognatus, ab honeſto. Tu mihi parens. tu amicus. ſecūda Apoſiopeſis. Phaleratis dictis. honeſtis atq; ornatis, quia dixit tu mihi cognatus. tu parens, & quaſi leno irridet honeſtatem & deſpicit. Miſertū eſt. ironia. Hei ueris uincor: hoc ſibi dicit adoleſcens. Neq; Antipho alia cum occupatus eſſet ſollicitudine, hic dolet Phædria q in ea

dem relaborauit Antipho .i. in amore quodq; amare cõtigerit. Neq; Antipho alia. à minore aliqua ſollicitudine quã hæc eſt quã nunc gerit, in alia præter hanc quã de me gerit. ordo & ſenſus hic eſt. Neq; tum eſſet mihi hoc obiectum malum, cũ Antipho alia ſollicitudine eſſet occupatus leni quapiam, nõ hac de nuptijs quæ eſt grauiſſima. Vnquã uſus uenit. opus aut neceſſe fuit. Auribus teneo lupum, græcum prouerbium, τῶν ὤτων ἔχω τὸν λύκον, οὔτ᾽ ἔχειν οὔτ᾽ ἀφεῖναι δύναμαι. Auribus lupum teneo, neq; retinere, neq; amittere poſſum. Leno ſies. eclypſis, deeſt uniuerſa. Aere emptam ſuo. bene ſuo quaſi de tertia perſona. Conduplicauerit. coniunctiuum pro indicatiuo. i. conduplicabit, hoc eſt aliter fœneratum iſtuc beneficium pulchre tibi dices. Nihil ferentem, flentem* uſitatum ueteribus. Tibi quidem eſt olim dies. hic olim futuri temporis. Nam leno de accipienda ab adoleſcente pecunia diem conſtituerat, & inuenta meliori conditione acceperat tempus cum adoleſcente præſcriptum. Iam ea præterierat? interrogatiue pronunciãdum. Non uerum hæc anteceſſit. urbane leno anteceſſit, ut alij putant meretrix uendita, ut alij dies lenoni qua cõſtitutum fuit. An. aperte leno perfidus mentitur. unde ſequitur non pudet uanitatis, ergo plus eſt anteceſſit quã præterijt. Iam non pudet uanitatis, adparet ſupra lenonem de perfidia anticipati temporis eſſe confeſſum. Meâ lege utar, lenonia ſcilicet, in qua ſemper cõmodum eſt prius, quàm fides.

ACTVS TERTII

SCENA TERTIA.

Tetrametri omnes, ut ſuperiores, & dimeter unus.

PHAEDRIA. ANTIPHO. GETA.

Conſultatio de pecunia, ut amiſſę poſtea triginta minæ plus turbæ faciãt.

QVid faciam? unde ego nunc tam ſubito huic argentum inueniam miſer?
Cui minus nihilo eſt, quod ſi hoc potuiſſet nunc exorarier,
Triduum hoc promiſſum fuerat. An. itane hunc patiemur Geta

Fieri

Fieri miſerum? qui me dudum, ut dixti, adiuuerit comiter.
Quin cũ opu'ſt ſi beneficiũ rurſum ei experiamur reddere
Ge. Scio equidem hoc eſſe æquum. An. age ergo, ſolus ſer uare hunc potes.
Ge. Quid faciam? An. inuenias argentum. Ge. cupio, ſed id unde? edoce.
An. Pater adeſt hic. Ge. ſcio, ſed quid tum? An. ah, dictum ſapienti ſat eſt.
Ge. Ita ne? An. ita. Ge. ſanè hercle pulchre ſuades, etiam tu hinc abis?
Non triumpho ex nuptijs tuis ſi nihil nanciſcor mali,
Ni etiam nunc me huius cauſſa quærere in malo iubeas crucem?
An. Verũ hic dicit. Ph. quid? ego uobis Geta alienus ſum? Ge. haud puto.
Sed parũ ne eſt, quod omnibus nunc nobis ſuccenſet ſenex
Ni inſtigemus etiam, ut nullus locus relinquatur preci?
Ph. Alius ab oculis meis illam in ignotum hinc abducet locum? hem.
Dum igitur licet, dumq; adſum, loquimini mecũ Antipho
Contemplamini me. An. quamobrem? aut quid nam facturus? cedo.
Ph. Quoquo hinc aſportabitur terrarũ, certum'ſt perſequi

Aut perire. An. Di bene uortant quod agas, pedetentim tamen.

Vide ſi quid opis potes adferre huic. Ge. ſi quid, quid? An. quære obſecro,

Ne quid plus minusue faxit, quod nos poſt pigeat Geta.

Ge. Quæro. ſaluos eſt, ut opinor. uerũ enim metuo malũ.

An. Noli metuere. una tecum bona malaq́ tolerabimus.

Ge. Quantum opus eſt tibi argenti? loquere. Ph. ſolæ triginta minæ.

Ge. Triginta? hui, ꝑcara'ſt Phædria. Ph. iſtæc uero uilis eſt

Ge. Age age, inuentas reddam. Ph. ô lepidum caput.

Ge. Aufer te hinc. Ph. iam opus eſt. Ge. tam feres.

Sed opus eſt mihi Phormionẽ ad hanc rem adiutorem dari

An. Præſto'ſt audaciſſime, oneris q̄d uis impone, & feret

Solus eſt homo amico amicus. Ge. eamus ergo ad eũ ocyus

Ph. Abi, dic præſto ut ſit domi.

An. Nunquid eſt quod opera mea uobis opus ſit? Ge. nihil uerum abi domum,

Et illam miſeram, quam ego nunc intus ſcio eſſe exanimatam metu,

Conſolare ceſſas? An. nihil eſt æque quod faciam lubens.

Ph. Qua uia iſtuc facies? Ge. dicam in itinere, modo te hinc amoue.

Quid

QVid faciā? Oeconomia ad futurū exitum comœdiæ. Minus nihilo. Hyperbole. Adiuuerit ſecundum.u. pronunciari debet, adiuuerit comiter ueteres dixerunt. Quid faciam? comiter, quamuis uterq; intelligat quod alteruter dicat, diſſimulāt tamen. Et iam tu hinc abis, ut etiam, ut ſi qua tibi uis in malo aliud malum. Relinquatur præci. bene preci. Pedetentim, caute à pedibus & tentando. tamen hoc quidam ſic accipiunt, tanquā Getæ dicat Antipho, ut caute aggrediatur ſenem fallere. Iſtæc uero uilis eſt, amatoriæ. Solus eſt homo amicus amico. Appollodorus μονος ἐπιστατ' φιλεῖν τοὺσ φίλους. i. Solus nouit diligere amicos.

ACTVS QVARTI SCENA PRIMA.

Senarij.

DEMIPHO CHREMES.

QVid? qua profectus cauſſa hinc es Lemnum Chremes?
Adduxtin' tecum filiam? Ch. non. De. quid ita non?
Ch. Poſtquam uidet me eius mater hic eſſe diutius,
Simul autem non manebat ætas uirginis
Meam negligentiam, ipſam cum omni familia
Ad me profectam eſſe aiebant. De. quid illic tam diu
Quæſo igitur commorabare, ubi id audiueras?
Ch. Pol me detinuit morbus. De. unde? aut qui? Ch. rogas?

SENE.

SENECTVS IPSA eſt morbus. ſed ueniſſe eas
Saluas audiui ex nauta qui illas uexerat.
D. Quid gnato obtigerit me abſente audiſtin' Chremes?
Ch. Quod quidem me factum conſilij incertum facit,
Nam hanc conditionem ſi cui tulero extrario,
Quo pacto aut unde mihi ſit, dicendum ordine'ſt.
Te mihi fidelem eſſe æque, atq; egomet ſum mihi,
Scibam. ille ſi me alienus adfinem uolet,
Tacebit, dum intercedet familiaritas,
Sin ſpreuerit me, plus quàm opus eſt ſcito, ſciet.
Vereorq́; , ne uxor aliqua hoc reſciſcat mea.
Quod ſi fit, ut me excutiam, atq; egrediar domo,
Id reſtat, nam ego meorum ſolus ſum meus.
De. Scio ita eſſe, & iſtæc mihi res ſolicitudini'ſt
Neq; defeciſcar unquam ego experirier,
Donec tibi id quod pollicitus ſum effecero.

Vid' qua ꝑfe. c. h. es. narratio ſimplex. Senectus ipſa eſt. m. Apollo. τὸ γῆρας ἐστὶν αὐτὸ νόσημα Hanc. c. ſi. t. quia per cõditionem alicui dicimus. Te mi. f. e. æ. mire admixtũ ante completam ſententiam de extraneo te mihi fidelem eſſe &c. Tacebit dum intercedet fa. incertũ quando proditũ in ſe dicat ante, aut poſt nuptias. Vt me. e. legitur & excutiat. Meorum ſo. ſ. m. μόνος γάρ εἰμι ἐμὸν ἐμός Appollo. Quod. p. ſ. eff. Vir. donec. m. flu. u. a. Venit ad. h. uenuſte repetitũ hominem. Hunc ado. ho. aſtute hoſpitem de eo qui ſuperuenit. nomen aptum imprudenti rerum, atq; alieno ab earum ſcientia. Salu. Vitam ſicuti peregrinantes tranſigere &c.

ACTVS QVARTI SCENA SECVNDA.

Eiuſdem generis.

GETA.

EGo hominem callidiorem uidi neminē,
Quàm Phormionem, uenio àd hominem, ut dicerem,
Argēto opus eſſe, & id quo pacto fieret,
Vix dū dimidium dixerā, intellexerat,
Gaudebat, me laudabat, quærebat ſenem.
Dis gratias agebat, tempus ſibi dari,
Vbi Phædriæ ſe oſtenderet nihilo minus
Amicum eſſe, quàm Antiphoni. hominem ad forum
Iuſſit opperiri, eo me eſſe adducturum ſenem.
Sed eccum ipſum, quis eſt ulterior? at at Phædriæ
Pater uenit. ſed quid pertimui autem bellua?
An quia quos fallam pro uno duo ſunt mihi dati?
Commodius eſſe opinor duplici ſpe utier.
Petam hinc unde à primo inſtitui. is ſi dat, ſat eſt,
Si ab hoc nihil fiat, tum hunc adoriar hoſpitem.

EGo hominem. Poſtquã inducti ſunt ſenes qui exoluant argẽtum, offertur. Ge. qui fallacijs ſuis illud extrahat. afferens de Phor. nuncium qui uxorem libenter recipiet, ſi dos illa ſibi attribuatur quæ cõueniens de hac re, & huius conſilijs faciens participem dimiſerat apud forum ſenem expectantẽ, quod ſolus inductus refert Ge. Vix.di.dix.ſ.ꝙ ſi uxorem duceret, poſſet haberi argentum. quærebat ſtatim ſenem cupiens uxorẽ ducere. hominẽ, id eſt Phor. Ego belua.i. ſtultus timeo ego de ꝓficuo meo, quia uterq; in hoc eſt modo mihi neceſſarius, ut quũ unum fallere non potero, alium fallam, & hoc eſt An. timui quia &c. petam hinc.i. à Demiphone.

ACTVS QVARTI SCENA TERTIA.

Superioribus pares.

ANTIPHO. GETA. CHREMES. DEMIPHO.

EXpecto quã mox recipiat huc ſeſe Geta.
Sed patruum cum patre uideo aſtantem: hei mihi.
Quàm timeo aduentus huius quo impellat patrem.
Ge. Adibo hoſce, ò noſter Chremes. Ch. ſalue Geta.
Ge. Venire ſaluum uolupe'ſt. Ch. credo. Ge. quid agitur?
Ch. Multa aduenienti, ut fit, noua hic compluria.
Ge. Ita de Antiphone audiſtin' quæ facta? Ch. omnia.
Ge. Tun' dixeris huic? facinus indignum Chreme
Viam ad epitaſin fa Sic circumiri? De. cum hoc id agebam commodum.

Ge. Nam hercle ego quoq; id mecum agitans ſedulo, | cit, ſimul etiam cuſ dit argentum Phædriæ.
Inueni opinor remedium huic rei. De. quid, Geta?
Quod remedium? Ge. ut abi abs te, fit forte obuiam
Mihi Phormio. Ch. qui Phormio? Ge. is, qui iſtã. Ch. ſcio.
Ge. Viſum eſt mihi ut eius tentarem ſententiam,
Præhendo hominem ſolum, cur non, inquam, Phormio
Vides, inter uos ſic hæc potius cum bona
Vt componantur gratia, quàm cum mala?
Herus liberalis eſt, & fugitans litium.
Nam cæteri quidem hercle amici omnes modo
Vno ore auctores fuere, ut præcipitem hanc daret.
An. Quid hic cœptat? aut quo euadet hodie? Ge. an legibus
Daturum pœnas dices, ſi illam eiecerit?
Iam id exploratum eſt, eia ſudabis ſatis,
Si cum illo incœptas homine, ea eloquentia eſt.
Verum pone eſſe uictum eum, at tandem tamen
Non capitis eius res agitur, ſed pecuniæ.
Poſtquam hominem his uerbis mollirier ſentio,
Soli ſumus nunc hic, inquam, eho dic quid uelis dari
Tibi in manum, ut herus his de ſiſtat litibus.
Hæc hinc faceſſat, tu moleſtus ne ſies.
An. Satin' illi Di ſunt propitij? Ge. nam ſat ſcio,
Si tu aliquam partem æqui boniq; dixeris, | Pone Græce τίθει, quod uel

SS ij Vt eſt

fac, uel fin ge dicunt.

Vt eſt ille bonus uir, tria non commutabitis
Verba hodie inter uos. De. quis te iſtæc iuſſit loqui?
Ch. Immo non potuit melius peruenirier
Eò, quò nos uolumus. An. occidi. Ch. perge eloqui.
Ge. At primo homo inſanibat. Ch. cedo quid poſtulat?
Ge. Quid? nimium, quantũ licuit. Ch. dic. Ge. ſi quis daret
Talentum magnũ. Ch. immo malum hercle, ut nihil pudet.
Ge. Quod dixi adeo ei. quæſo quid ſi filiam
Suam unicam locaret? parui retulit
Non ſuſcepiſſe, inuenta'ſt quæ dotem petat.
Vt ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias,
Hæc deniq; eius fuit poſtrema oratio,
Ego, inquit, à principio amici filiam,
Ita ut æquum fuerat, nolui uxorem ducere.
Nam mihi ueniebat in mentem eius incommodum
In ſeruitutem pauperem ad ditem dari.
Sed mihi opus erat, ut aperte tibi nunc fabuler,
Aliquantum quæ adferret, qui diſſoluerem
Quæ debeo, etiam nunc ſi uolt Demipho
Dare, quantum ab hac accipio, quæ ſponſa'ſt mihi,
Nullam mihi malim quàm iſtanc uxorem dari.
An. Vtrum ſtultitia facere ego hunc, an malitia,
Dicam, ſcientem, an imprudentem, incertus ſum.

De. Quid?

De. Quid ſi animam debet? Ge. ager oppoſitus eſt pignori
Ob decem minas, inquit. De. age age, iam dicat, dabo.
Ge. Aediculæ item ſunt ob decem alias. De. hoi hui,
Nimium'ſt. Ch. ne clama, petito haſce à me decem.
Ge. Vxori emunda ancillula'ſt, tum autem pluſcula
Supellectile opus eſt, opus eſt ſumptu ad nuptias.
His rebus ſanè pone, inquit, decem minas.
De. Sexcentas perinde potius ſcribito iam mihi dicas,
Nihil do, impuratus me ille ut etiam irrideat.
Ch. Quæſo, ego dabo, quieſce, tu modo filius
Fac ut illam ducat, nos quam uolumus. An. hei mihi
Geta, occidiſti me tuis fallacijs.
Ch. Mea cauſſa eijcitur, me hoc æquum'ſt amittere
Ge. Quantum poteſt me certiorem, inquit, face,
Si illam dant, hanc ut amittam, ne incertus ſiem,
Nam illi mihi dotem iam conſtituerunt dare.
Ch. Iam accipiat, illis repudium renuntiet,
Hanc ducat. De. quæ quidem illi res uortat male.
Ch. Oportune adeo nunc argentum mecum attuli,
Fructum quem Lemni uxoris reddunt prædia.
Id ſumam, uxori tibi opus eſſe dixero.

EXpectoquā mox recipiat ſe Geta. Ad errorē cu-
mulandum perſona Demi. interponitur, atq; ei
abducto metu admittendæ uxoris maior uis fi-
at repentinæ lætitiæ. Volupe eſt, hoc uoluptatis
nomē eſt, ut hoc facultatis. ſic ēm ueteres ꝑ Apo
copen loquebātur. Compluria, ſecūdum regu-
lam locutus eſt. nam hoc complure, & hæc com
pluria, ſic ueteres, quod noſtri dempta ſyllaba
complura dicunt, ſic dicendo. Cato originū. Va
na nec loco compluria. Cicero in Protagora. Confirmanda genera cō-
pluria. Credo quia ueteres hoc plure nō hoc plus dicebāt. Commodū,
cōmoda æſtimatio eſt temporis. cōmodum tantū ꝙ Lucillius. Quod
mihi cōmodum eſt, aut ruda ueſtimēta repoſuerā. Is qui iſtam. Apoſio-
peſis tertia, deeſt obtruſit nobis, aut defendit, aut quid tale. Fugitans li-
tium genitiuo caſu, uim nominis habet fugitās, iūctum accuſatiuo uim
participij. Fugitans litiū. quaſi quod uult in domino facere id iam in eo
eſſe dicit præparans hominē ad contemptū pecuniæ quæ poſcetur ſta-
tim. Dari tibi in manum. datur ei qui ſeparatim accipit ſine arbitro aut
interprete. ut præuaricator aut iudex corruptus. Hæc hinc faceſſat, pro
hinc ſe faciat. i. abeat, ut hinc ſe faciat, & huc accedat ſignificat. Hæc
hinc faceſſat. i. procedat, aliâs faciat, ergo duas res ſignificat hoc unum
uerbum, an hinc faceſſat, ꝓuerbialiter quaſi hinc faciat. Plau. Argentū
hinc facite. Huc te fac dicitur pro huc accede. Aliam partem, & ſi nō to-
tum, uel aliquā partem. Verba hodie inter nos. ſic dicebāt iurgiū ſigni-
ficantes, proprie uerba cōmutari eſt, quod altercari dicimus. Quid? ni-
mium, quantūcunq; apud quoſdā diuerſæ perſonæ cum uerbis ſingu-
lis. Parui retulit, nihil interfuit. uel parum interfuit. i. nihil profuit. Non
ſuſcepiſſe inuenta eſt ꝗ. d. p. in græca fabula ſenex hoc dicit, ꝙ intereſt
me non ſuſcepiſſe filiam ſi modo dos dabitur alienæ. Sed. m. parētheſis
prima. Sed mihi opus eſt, indicio doli eſt, nam antequā petat, petendi
cauſſam ingerit. Quæ afferret, qui diſſoluerē, quia ſi opum cauſſa habū
darum dotatam quæreret, minor eſſet neceſſitas captāda, cum opulen-
tioris æs alienū addidit uix ei nihil opponi poteſt. Ab hac. ac. q. ſp. & mi
re accipio, nō accepturus ſum, & definitū modo ponit ne de ſumma do
tis ſuperſit diſputatio. Vtrum ſtultitia facere, Parelcon tertiū. hoc idem
enim ualet. utrū quod an. Dicam ſcientē ac. i. Antitheton ſecundū, nam
ſcienti imprudentē reddidit. Quid ſi animā dent. græcum ꝓuerbiū ſpre
uit. τίδε ἐι τὴν ψοχὴν ὀφειλει. Ager oppoſitus eſt pi. d. m. aſtute nō
protinus. xxx. minas dixit, ſed paulatim colligit, ut partibus congeſtis
in ſumma ſenex minus grauetur. nā ſi ſemel diceret, deterreret parciſſi-
mum ſenem, deniq; additis decem minis ſtatim reſpondet dabo, conce
duntur ab alio de reliquis decē minis, ſupeſt dubitatio non difficilis ad

dandum

dandum. Sumptu ad nuptias opus eſt ſubauditur. Sane.in.d.m.bene ſane quaſi quidē plus exigat, ſed cōtentus ſit. Sexcētas. ꝓ.p.ſ.m.i.d. proſpicere hic licet conſuetudinē utriuſq; ſermonis. nam Apol.d.c. dixit ꝓ multis, & ut apud græcos.c. ita apud nos.d.c. dicere pro multis uſitatū eſt. Cice. Sexcenta poſſum decreta ꝓferre. Mea.c.e. me hoc eſt æquum amittere, ratio cur ipſe uiginti dare debeat minas dante. Demi. decem. Quantum.p.m.c. feſtinat Ge. ſcit enim dixiſſe lenonē, mea lege utar, ut potior ſit qui prior addendum eſt. Quæ quidem.r.i.u.m. nō deſinit poeta oſtēdere auaritiam Demi. qui nec ideo libenter fert dari aliqd Phor. quia ſic cōmodum rei eſt. Virg. Hos illi quod nec bene uertat.m.he. Mecum ar.a. Comicum argentū præſto, & cauſſa additur, cur præſto, & unde ſit ſimul iracundiæ uxoris, & iurgio præparatur locus. Fructum. q.l. & Lemni & Lemno legitur. Reddunt.p̃. ſchema epexegeſis. Id ſu. nō fructum ſed argentū. Id ſu. impendam. unde & ſumptus dictus. Vxori. t.o.e.d. bene eſſe non fuiſſe, ne iam repetēdum uideretur opus eſſe dixero, adiunctum pro pronūciatiuo, ut in Eunucho. Perculeris iam tu me.

ACTVS QVARTI SCENA QVARTA.

Senarij.

ANTIPHO. GETA.

Geta. Ge. hem. An. quid egiſti? Ge. emunxi argento ſenes.

An. Satin' id eſt? Ge. neſcio hercle, tantum iuſſus ſum.

An. Eho uerbero, aliud mihi reſpondes ac rogo.

Ge. Quid ergo narras? An. quid ego narrem? opera tua

Ad reſtim mihi quidem res rediit planiſſime,

Vt te quidem omnes Di, Deæq;, ſuperi, inferi

Epitaſis nam in periculū uenit Antipho, ne extrudatur coniunx.

Malis

Malis exemplis perdant. hem ſi quid uelis
Huic mandes, quod quidem recte curatum uelis,
Qui te ad ſcopulum è tranquillo inferat.
Quid minus utibile fuit, quàm hoc ulcus tangere,
Aut nominare uxorem, iniecta eſt ſpes patri
Poſſe illam extrudi. cedo, nunc porrò Phormio
Dotem ſi accipiet, uxor ducenda eſt domum.
Quid fiet? Ge. non enim ducet. An. noui, cæterum
Cum argentum repetent, noſtra cauſſa ſcilicet
In neruum potius ibit. Ge. nihil eſt Antipho
Quin male narrando poſſit deprauarier.
Tu id quod boni eſt excerpis, dicis quod mali eſt.
Audi nunc contra, iam ſi argentum acceperit,
Ducenda eſt uxor, ut ais, concedo tibi,
Spatium quidem tandem adparandis nuptijs,
Vocandi, ſacrificandi dabitur paululum.
Interea amici, quod polliciti ſunt, dabunt
Argentum, id iſtis reddet. An. quamobrem? aut quid dicet? Ge. rogas?
Quot res poſt illa monſtra euenere mihi?
Introijt in ædes ater alienus canis.
Anguis per impluuium decidit de tegulis.
Gallina cecinit, interdixit ariolus,

Aruſpex

Aruſpex uetuit ante brumam autem noui
Negotij incipere. quæ cauſſa 'ſt iuſtiſſima,
Hæc fient. An. ut modo fiant. Ge. fient, me uide.
Pater exit, abi dic eſſe argentum Phædriæ.

E. Munxi ar.ſe. Mire cum è contrario dicatur emũ ctus homo, elegans & facetus, ut Hora. de Lucil lo. Facetus emunctæ naris inquit. Satis ne. i. hoc eſt, id ne tibi uidetur ſatis eſſe ad miſerias meas, quaſi inimico diceret, ut dicere ſolemus, aut bene habet nũc, aut feciſti certe ꝙ uoluiſti, ideo autẽ ſub ambiguo locutus eſt, ut nequaquã poſſet aliter interprætari à Geta, qui reſpondet neſcio, hercle totum iuſſus ſum. Satin. i. recte eſt. Vlcus. t. tangere ꝓuerbiale, non ironicos dixit. In neruum. p. i. decipiet, à prouerbio tracto à ſagittarijs, cum uis conatusꝙ tẽdẽtis arcum non in uolatũ teli, ſed in ruptionẽ nerui expetitur. Tu id qđ boni eſt excerpis, honeſte excerpis dixit, & attende quemadmodum dicat excerpis bona quibus non utatur. Ante. b. arte irriſit homines Terẽ. quibus religio ſit aggredi negotium. aliquod diebus excreſcentibus. Gallina cecinit, obſtetricum eſt, in qua domo gallina canat. Superſtitẽ. marito eſſe uxorem. Interdixit ha hariolus eſt qui diuina mente uaticinatur, dictus Ariolus quaſi fariolus à fatis, & à fando. h. enim pro. f. & item. f. p. h. in multis locutionibus mutabãtur, an ab halando, nam halitu ſolent excludere, uel ut mortalem animã ut diuinam recipiat. unde & uocem eiuſmodi dabant, quæ eſt, œ quod œ, ſonũ exhalandi uim præſtat. Ante. b. antequã dies decreſcere incipiant. Haruſpex uetuit, haruſpex ab haruga nominatur. nã haruga dicitur hoſtia, ab hara in qua pecora includuntur. Plautus. Ruſticus hircus hara muſtellaria. Fient, me uide, reſpice. ideſt uultus mei fiduciam gere, non aliter latini. ſiquidem quia nullum periculum eſt. Me uide, quia in iure ſuã promittit, & interponit fidem quod nos dicimus, me habes, me uides, reſpice.

ACTVS QVARTI SCENA SEXTA.

Octonarij omnes.

TT DEMI

DEMIPHO. GETA. CHREMES.

Victus eſto, inquã, ego curabo nequid uerborum duint.
Hoc temere nunquam amittã ego à me, quin mihi teſtes adhibeam,
Cui dem, & quamobrem dem, commemorabo. Ge. ut cautus eſt, ubi nihil opu'ſt.
Ch. Atq; ita opus facto'ſt, at matura, dum libido eadem hæc manet,
Nam ſi altera illa magis inſtabit, forſitan nos reijciat.
Ge. Rem ipſam putaſti. De. duc me ad eum ergo. Ge. non moror. Ch. ubi hoc egerit,
Tranſito ad uxorem meam, ut conueniat hanc priuſquam hinc abeat,
Dicat eam dare nos Phormioni nuptum, ne ſuccenſeat,
Et magis eſſe illum idoneum, qui ipſi ſit familiarior.
Nos noſtro officio nihil egreſſos eſſe, quantum is uoluerit
Datum eſſe dotis. De. quid tua (malum) id refert? Ch. magni Demipho.
De. Non ſat eſt tum te officiũ feciſſe, ſi nõ id fama adprobat
Ch. Volo ipſius quoq; uoluntate fieri hoc, ne ſe eiectam prædicet.
De. Idem ego iſtuc facere poſſum. Ch. mulier mulieri magis con-

gis congruet.

De. Rogabo. Ch. ubi nūc illas ego reperire poſſim cogito.

QVietus eſto. Paratis omnibus neceſſarijs nihil aliud reſtat niſi ſoluatur argentū. ideo inducitur Demipho. qui illud deferat Pho. Chremes autem hunc inſtigat ut feſtinaret argētum ſoluere, cui dicit Demi. bone uir fruſtra me ita feſtinas, quia non dabo niſi appoſitis teſtibus. Aut quamohrem. ſ. ut ducat uxorē. ut. i. qualiter eſt cautus ubi nō opus eſt, quia Phor. nunquā negabit. neq; in hoc uigebat fallacia. hanc. i. uxorem Anti. & placet eam ne clamet nos eſſe inuitioſos. dicat ei nos dare illam nuptū. i. nubere Phor. ne hoc nobis ſuccenſeat & dicat nos nō eſſe egreſ. &c. Malum interiectio. uel ſuccenſeat, uel non. niſi id fa. appro. i. niſi inde laudaris iſtuc. ſ. conſulari eā illas. ſ. uxorem & filiam meam. hæc dicit re manens ſolus, & eſt quædā opportunitas & apparatio ſequētis actus qui eſt de remitigāda, ꝑpter filiam repertam, ideo præmittitur ſollicitus ut filiam facilius inueniat.

ACTVS QVINTI

SCENA PRIMA.

Octonarij, & quidam quadrati, penultima longa.

SOPHRONA. CHREMES.

QVid agam? quem mihi amicum inueniā miſera? aut cui conſilia.] Occaſio καταςροφῆς.

Hæc referam? aut unde nunc mihi auxilium petam?

Nam uereor hera ne ob meum ſuaſum indignum iniuria adficiatur,

Ita patrem adoleſcentis facta hæc tolerare audio uiolenter.

Ch. Nam quæ hæc eſt anus exanimata, à fratre quæ egreſſa eſt meo?

So. Quod ut facerem, egeſtas me impulit, cum ſcirem infirmas nuptias

Haſce eſſe, ut id conſulerem, interea uita ut in tuto foret.

Ch. Certo ædepol (niſi me animus fallit, aut parum oculi proſpiciunt)

Meæ nutricem gnatæ uideo. So. neq; illi inueſtigatur. Ch. quid agam?

So. Qui eſt eius pater. Ch. adeon'? an maneo, dum ea, quæ loquitur, magis cognoſco?

So. Quod ſi eum nunc reperire poſſim, nihil eſt quod uerear. Ch. ea'ſt ipſa.

Colloquar. So. quis hic loquitur? Ch. Sophrona. So. & meum nomen nominat.

Ch. Reſpice ad me. So. Di obſecro uos, eſt ne hic Stilpho? Ch. non. So. negas?

Ch. Concede hinc à foribus paululum iſtorſum ſodes Sophrona,

Ne me iſtoc poſt hac nomine appellaſſis. So. quid? non es obſecro.

Quem ſemper te eſſe dictitaſti? Ch. eſt. So. quid has metuis fores?

Ch. Concluſam hic habeo uxorem ſæuam, uerum iſtoc de nomine

Eoper-

Eo perperam olim dixi, ne uos forte impudentes foris
Effutiretis, atq; id porrò aliqua uxor mea reſciſceret.
So. Hem iſtoc pol nos te hic inuenire miſeræ nunquam po
tuimus.
Ch. Eho dic mihi, quid tibi rei eſt cũ familia hac unde exis,
Aut ubi illæ ſunt? So. miſeram me. Ch. hem quid eſt? ui-
uunt ne? uiuit gnata.
Matrem ipſam ex ægritudine miſeram mors conſecuta eſt.
Ch. Male factum. So. ego autem quæ eſſem anus deſerta,
egens, ignota,
Vt potui uirginem nuptam locaui huic adoleſcenti,
Harum qui eſt dominus ædium. Ch. Antiphoni ne? So.
hem iſti ipſi.
Ch. Quid? duas ne is uxores habet? So. hau obſecro unam
quidem ille hanc ſolam.
Ch. Quid illa altera quæ dicitur cognata? So. hæc eſt. Ch.
quid ais?
So. Compoſito factum eſt, quo modo hanc amans habe-
re poſſet
Sine dote. Ch. Di uoſtram fidem, quam ſæpe forte temere
Eueniunt, quæ non audeas optare. offendi adueniens.
Qui cum uolebam, atq;, ut uolebam, collocatam filiam.
Quod nos ambo opere maximo dabamus, ut fieret, operã

Sine noſtra cura maxima, ſua cura hæc ſola fecit.

So. Nunc quid facto eſt opus uide, pater adoleſcentis uenit

Eumq; animo iniquo hoc oppido ferre aiunt. Ch. nihil periclí eſt.

Sed per deos atq; homines meam eſſe hanc caue reſciſcat quiſquam.

So. Nemo ex me ſcibit. Ch. ſequere me, cętera intus audies

* AVdio uiolẽter, quod græci dicũt * Nã q̃ hęc anus eſt ἀναςροφή ut quis te iuuenum confidentiſſime noſtras. Sed figura hæc apta cõmotis eſt aliqua re noua. A fratre. ꝓ à domo fratris, ut iã ꝓximus ardet Vlcalegon. Egeſtas me impulit, uenialis ſtatus. Interea uita in tuto foret, cõpenſatiua qualitas. Niſi me animus fallit, nam uiſa uel corporis uel animi ſunt, hoc eſt rationis uel ſenſus. Meum nomen, mire ſuũ nomen ille agnoſcit, illa diſſimulat. Paululũ iſtorſum, nunc paululum aduerbiũ eſt, aliâs nomẽ. Quem ſemp te eſſe dictitaſti eſſe, pro nominari antiquorũ more dixit. Concluſam hic habeo uxorẽ ſæuam. illaturus ſæuam bene concluſam protulit, ut diceret ſæuam. Effutiretis. eloqueremini, euacuaretis ab eo quod eſt effundo. translatio eſt à uaſe futili nomine, quod patulo ore, fundo acuto, inſtabile nihil præ ſe cõtinet, & futilis dicit̃ eiuſmodi, ut nihil intra ſe cõtineat, & ſemp inanis ſit. Ex ægritudine. infirmitate ac morbo. Ex ęgritudine. m. cõ. eſt. bene moderatus eſt, ut neq; nimis ægre ferat neq; rurſum * & hæc eſt œconomia. ne in eadẽ urbe duæ uxores plus mali ex ſollicitudine afferant Chremeti. quã ex alterius morte triſtitiæ. neq; in comœdia poſſunt nimis miſerabiles mortes eſſe, ne res in tragœdiam tranſeat. Deſerta. e. ig. ſingula ꝓnunciãda ſunt argumenta. hæc eñ ad uenialem ſtatũ ꝓferũtur. Compoſito. f. eſt. ſic ueteres, nonos ex compoſito, ut cõpoſito rumpit uocem, & me deſtinat aræ. Quæ non au. o. pro quæ nõ audeat quis, ut facile pro Eunucho probes. Offendi ad. ꝓ quũ adueniſſem, ut ipſe nemus liquens patrium ſaltusq;. ſ. quia lingua latina deficit hac declinatiõe. Hæc ſola fecit, ſi hic legerimus Antiphonẽ intelligimus, ſi hæc Sophronã. Sed per deos. adiurationis genus eſt.

ACTVS

ACTVS QVINTI
SCENA SECVNDA.

Quadrati octonarij, penultima longa.

DEMIPHO. GETA.

Noſtrapte culpa facimus, ut malos expediat eſſe
Dum nimium dici nos ſtudemus, & benignos.
Ita fugias, ne præter caſam, quod aiunt. nonne id ſat erat,
Accipere ab illo iniuriā? etiam argentum eſt ultro obiectū,
Vt ſit qui uiuat, dum aliquid aliud flagitij conficiat.
Ge. Planiſſime. De. his nunc præmium'ſt qui recta praua faciunt.
Ge. Veriſſime. De. ut ſtultiſſime quidē illi rem geſſerimus.
Ge. Modo ut hoc conſilio poſſit diſcedi, ut iſtam ducat.
De. Etiam ne id dubium'ſt? Ge. haud ſcio hercle, ut homo eſt, an mutet
Animum. De. hem, mutet autem? Ge. neſcio, uerum, ſi forte dico.
De. Ita faciam, ut frater cenſuit, ut uxorem huc eius adducā
Cum iſta ut loquatur. Geta abi, prænuncia hanc uenturam

Ge. Argen.

Ge. Argentum inuentum eſt Phædriæ, de iurgio ſiletur
Prouiſum eſt ne in præſentia hęc hinc abeat. qd nūc porro?
Quid fiet? in eodem luto hæſitas, uorſuram ſolues
Geta, præſens quod fuerat malum in diem abijt, plagæ creſcunt,
Niſi proſpicis. nunc hinc domū ibo, ac Phanium edocebo,
Nequid uereatur Phormionem, aut eius orationem.

ITa fugias, prouerbium, Ita fugito, ne præter caſam. hoc eſt ne prętermittas caſam tuam, quæ ſit tibi tutiſſimū receptaculum, aut ita fugias ne præter caſam ubi cuſtodiri magis, & præhēdi fur & mulctari uerberibus poteſt. Aut uerbum erat furem exagitantis, & interea prouidētis, ne ante caſam tranſeat, ne in prætereūdo etiam inde aliquid rapiat. Quæritur de ſe ſenex, quod dum auari famam fugerat, ſtulti repræhenſionē incidiſſet. Dum aliqd uetuſte. modo ut hoc conſilio poſſit diſcedi, ut iſtam ducat, ne pœniteat dominum pecuniam dediſſe, errorem ſeruus iniecit. Vorſurā ſol. creditorem mutas. Vorſuram ſol. uorſuram facere dicitur qui æs alienū ex ære alieno ſoluat. dicitur etiam uorſuram facere cum minore fœnore acceptā quis pecuniam maiorem occupat. Malum in diem plagæ creſcunt.

ACTVS QVINTI

SCENA TERTIA.

Octonarij & quadrati mixti.

DEMIPHO. NAVSISTRATA. CHREMES.

AGedum ut ſoles Nauſiſtrata, fac ut illa placetur nobis,
Vt ſua uoluntate id quod eſt faciundum faciat. Na. faciam.

De. Pa-

De. Pariter nunc opera me adiuues, ac dudũ re opitulata es.

Na. Factum uolo, ac pol queo minus uiri culpa, quam me dignum'ſt.

De. Quid autem? Na. quia pol mei patris bene parta, indiligenter

Tutatur, nam ex his prædijs talenta argenti bina

Statim capiebat. hem, uir uiro qd pręſtat? De. bina quæſo?

Na. Ac rebus uilioribus multo, tamen duo talenta. De. hui.

Na. Quid hæc uidentur? De. ſcilicet. Na. uirum me natam uellem,

Ego oſtenderem. De. certo ſcio. Na. quo pacto? De. parce ſodes,

Vt poſſis cum illa, ne te adoleſcens mulier defatiget.

Na. Faciam ut iubes. ſed meum uirum abs te exire uideo. Ch. hem Demipho,

Iam illi datum eſt argentum? De. curaui ilico. Ch. nollem datum

Hei uideo uxorem, penè plus quam ſat erat. De. cur nolles Chremes?

Altera epitaſis pars, de pecunia temere effuſa.

Ch. Iam recte. De. quid tu? ecquid locutus cum iſta es? quãobrem hanc ducimus?

Ch. Tranſegi. De. quid ait tandem? Ch. adduci non poteſt. De. quid non poteſt?

VV Ch. Quia

Ch. Quia uterq; utriq; eſt cordi. De. quid iſtuc noſtra? Ch. magni, præter

Hæc cognatam comperi eſſe nobis. De. quid deliras? Ch. ſic erit.

Non temere dico, redi mecum in memoriam. De. ſatin' ſanus es?

Na. Hau obſecro uide ne in cognatam pecces. De. non eſt. Ch. ne nega,

Patris nomen aliud dictum eſt, hoc tu erraſti. De. non norat patrem?

Ch. Norat. De. cur aliud dixit? Ch. nunquam ne hodie cōcedes mihi,

Neq; intelliges? De. ſi tu nihil narres. Ch. pergis? Na. miror quid hoc ſiet.

De. Equidem hercle, neſcio. Ch. uin' ſcire? at ita me ſeruet Iupiter.

Vt propior illi quàm ego ſum, ac tu nemo 'ſt. De. Di uoſtram fidem,

Eamus ad ipſam unà omnes nos, aut ſcire, aut neſcire hoc uolo. Ch. ah.

De. Quid id eſt? Ch. itane paruam mihi fidem eſſe apud te? De. uin' me credere?

Vin' ſatis quæſitum mihi iſtuc eſſe? age fiat, quid illa filia

Amici

Amici noſtri? quid futurum'ſt? Ch. recte. De. hanc igitur mittimus?

Ch. Quid ni? De. illa maneat. Ch. ſic. De. ire igitur tibi licet Nauſiſtrata.

Na. Sic pol commodius eſſe in omneis arbitror, quàm ut cœperas,

Manere hanc. nam perliberalis uiſa'ſt, cum uidi, mihi.

De. Quid iſtuc negoci'ſt? Ch. iam ne aperuit oſtium? De. iam. Ch. ò Iupiter,

Di nos reſpiciunt, gnatam inueni nuptam cum tuo filio. De. hem,

Quo pacto id potuit? Ch. non ſatis tutus eſt ad narrandum hic locus.

De. At tu intro abi. Ch. heus, ne filij noſtri quidem hoc reſciſcant uolo.

AGedum ut ſoles Nauſiſtrata. Diuitis uxoris de marito licentius conquærentis hæc allocutio eſt, cum diſpoſitione futurarum turbarum. Ac dudum re opitulata eſt. ſupra em̄ dixerat Chremes. Id ſumam, uxori tibi opus eſſe dixero. Statim capiebam. ſtatim perpetuo, æqualiter. & quaſi uno ſtatu. Plau. Ita ſtatim ſtant ſigna. Vin. ſa. q. hoc totum pro una perſona quidam legunt. Filia. a. n. hoc eſt tua. Commodum eſſe in. o. & circa illum qui duxit, & circa illam quæ ducta eſt, & circa te ſocer. perliberalis. u. eſt. q. u. m. ordo eſt. perliberalis uiſa eſt mihi.

ACTVS QVINTI

SCENA QVARTA.

Quadrati ut ſuperiores.

ANTIPHO.

LAetus ſum, ut ut meæ res ſeſe habent, fratri obtigiſſe quod uolt.
Quàm ſcitum'ſt, eiuſmodi parare in animo cupiditates,
Quas cum res aduerſæ ſient, paulo mederi poſſis.
Hic ſimul argentum reperit, cura ſeſe expediuit.
Ego nullo poſſum remedio me euoluere ex his turbis,
Quin ſi hoc celetur, in metu, ſin patefit, in probro ſiem.
Neq; me domum nunc recipere, ni mihi eſſet ſpes oſtenſa
Huiuſce habendæ, ſed ubi nam Getam inuenire poſſum?
Vtroge, quod tempus cõueniundi patris me capere iubeat:

LAetus ſum. Antiphonis perſona eſt. Parare in. a. uenuſte additũ eſt animo. Ennius in ſexto. Sed quid ego in animo lamẽtor. Cum res adſint. cum deſideratæ fuerint. i. cum harum pecuniæ fuerint. In probro ſiem. apud patrem. ſ. Si hoc celetur in metu, ſin, ἀνακόλουθον quarta. cum præpoſuiſſet ſi hoc celetur, intulit, ſin patefit.

ACTVS QVINTI
SCENA QVINTA.

Octonarij.

PHORMIO. ANTIPHO.

Arden-

ARgentum accepi, tradidi lenoni, adduxi mulierem,

Curaui propria ea Phædria ut potiretur, nam emiſſa'ſt manu.

Nunc una res reſtat mihi, quæ etiam conficiunda, otium

A ſenibus ad potandũ ut habeam, nã aliquot hos ſumã dies.

An. Sed Phormio'ſt. quid ais? Ph. quid? An. quid nam nũc facturus Phædria?

Quo pacto ſatietatem amoris ait ſe uelle ſumere?

Ph. Viciſſim parteis tuas acturus eſt. An. quas? Ph. ut fugitet patrem.

Te ſuã rogauit rurſum ut ageres cauſſam, ut pro ſe diceres.

Nam potaturus eſt apud me, ego me ire ſenibus Sunium

Dicam ad mercatum, ancillulam emptum, quam dudum dixit Geta,

Ne cũ hic non uideant me, conficere credant argentũ ſuum

Sed oſtium concrepuit abs te. An. uide quis egrediatur. Ph. Geta'ſt.

Collocatur pecunia extorta ſenibus quæ repetita poſtea miras tragædias excitabit.

ARgentum accepi. iactantia hic inducitur Phormionis & quaſi omnis * proueniſſe lætetur. Propria ea Phædria. Virg. in. i. Connubio iungam ſtabili propriamq; dicabo. Viciſſim. p. t. a. eſt, ſecundũ illud quod dictum eſt, Redduntoperas mutuas. Te ſuam rogauit rurſum ut age. p. iterũ ſubaudiamus, & eſt zeugma à ſuperiori.

ACTVS QVINTI
SCENA SEXTA.

Octonarij, quadrati, & ſenarij nonnulli.

GETA. ANTIPHO. PHORMIO.

O Fortuna, ò fors fortuna, quãtis commoditatibus,
Quàm ſubito, hero meo Antiphoni ope ueſtra hunc oneraſtis diem?
An. Quid nam hic ſibi uolt? Ge. noſq; amicos eius exoneraſtis metu.
Sed ego nunc mihi ceſſo qui nõ humerũ hunc onero pallio
Atq; hominẽ propero inuenire, ut hæc quę cõtigerint ſciat
An. Num tu intelligis quid hic narret? Ph. num tu? An. nihil. Ph. tantundem ego.
Ge. Ad lenonem hinc ire pergam, ibi nunc ſunt. An. heus Geta. Ge. hem tibi,
Num mirum, aut nouum eſt reuocari curſum cum inſtitueris? An. Geta.
Ge. Pergin' hercle, tu nunquam tuo odio uinces me. An. non manes?
Ge. Vapulabis. An. id tibi quidẽ iã fiet niſi reſiſtis uerbero.
Ge. Familiariorem oportet eſſe hunc qui minitatur malum

ſed is ne eſt,
Quem quæro. an non? ipſus eſt. Ph. congredere actutum.
An. quid eſt?
Ge. Omnium quantum eſt qui uiuant hominum homo honoratiſſime.
Nam ſine controuerſia à dis ſolus diligere Antipho.
An. Ita uelim, ſed qui iſtuc credam ita eſſe, mihi dici uelim.
Ge. Satin' eſt, ſi te delibutum gaudio reddo? An. enecas.
Ph. Quin tu hinc pollicitationes aufer, & quod fers cedo.
Ge. oh,
Tu quoque hic aderas Phormio? Ph. aderam, ſed ceſſas? Ge. accipe hem,
Vt modo argentum tibi dedimus apud forum, recta domũ
Sumus profecti, interea mittit herus me ad uxorem tuam.
An. Quamobrem? Ge. omitto proloqui, nam nihil ad hanc rem eſt Antipho.
Vbi in Gynæceum ire occipio, puer ad me accurrit Mida.
Pone apprehendit pallio, reſupinat, reſpicio, rogo
Quamobrem retineat me. ait eſſe uetitum intro ad heram accedere.
Sophrona modo fratrem huc, inquit, ſenis introduxit Chremem,
Eumque nunc eſſe intus cũ illis. hoc ubi ego audiui, ad fores

Narratio planè comica exponens καταστροφήν.

Suſpenſo

Suſpenſo gradu placide ire perrexi, acceſſi, aſtiti,
Animam compreſſi, aurem admoui, ita animum cœpi attendere,
Hoc modo ſermonem captans. An. heu Geta. Ge. hic pulcherrimum,
Facinus audiui, itaq; pene hercle exclamaui gaudio.
Ph. Quod? Ge. quod nam arbitrare? An. neſcio. Ge. atqui
Cataſtrophe periculorum Antiphonis. mirificiſſimum.
Patruus tuus pater eſt inuētus Phanio uxori tuæ. An. hem,
Quid ais? Ge. cum eius conſueuit olim matre in Lemno clanculum.
Ph. Somnium, utin' hæc ignoraret ſuum patrem? Ge. aliquid credito
Phormio eſſe cauſſæ, ſed me cenſen' potuiſſe omnia
Intellegere extra oſtium, intus quæ inter ſe ipſi egerint?
Ph. Atq; hercle ego quoq; illam audiui fabulam. Ge. immo etiam dabo
Quo magis credas. patruus interea inde huc egredit' foras,
Haud multo poſt cum patre idem recipit ſe intro denuo,
Ait uterq; tibi poteſtatem eius habendæ dare.
Deniq; ego ſum miſſus te ut requirerem, atq; adducerem.
An. Hem quin ergo rape me, quid ceſſas? Ge. fecero. An. o Phormio

Vale.

Vale. Ph. uale Antipho, bene ita me Di ament factum gaudeo.

ACTVS QVINTI SCENA SEPTIMA.

Senarij.

PHORMIO.

Tantam fortunam de improuiſo eſſe his datam?
Summa eludendi occaſio'ſt mihi nunc ſenes,
Et Phædriæ curam adimere argentariã,
Ne cuiquam ſuorum æqualium ſupplex ſiet,
Nam idem hoc argentum ita ut ingratis eſt datum,
His datum erit, hoc qui cogam re ipſa repperi.
Nunc geſtus mihi, uoltusq́ eſt capiundus nouus.
Sed hinc concedam in angiportum hoc proximum,
Inde hiſce oſtendam me, ubi erunt egreſſi foras.
Quò me aſſimulaueram ire ad mercatum, non eo.

Fors fortuna. Fortuna dicta eſt incerta res. fors fortuna euentus fortunæ bonus. Fors fortuna, aliud fortuna eſt, aliud fors fortuna. Nam fors fortuna eſt cuius diem feſtum colunt, qui arte aliqua uiuũt. huius ædes trans Tyberim eſt. Hũc onero pal. recte, quia palliata fabula nõ togata. Pergit her. poteſt diſtingui hic pergit, & cõiuncte legi hercle. Nunquã tu hodie me uinces, uapulabis ideo. Id quidem iam fiet, id quod ſibi dici audiuit minitatur, & conueni

ens error feſtinantis, Sine controuerſia, ſine ambiguitate, Si te delibutũ gaudio reddo, ad animũ trãſtulit, quod eſt corporis. nam delibitus unctus dicitur. Vt modo argentum. uide narrationẽ cœptã unde opus eſt. Mittit herus me ad uxorem tuam. conuerſus ad Antiphonem hoc dicit. pulcherrimũ facinus. a. huiuſmodi locos poetæ actoribus indulgent, quod in his actoris eſt cõmendatio. Patruus tuus pater eſt inuẽtus Phanio uxori tuæ. ut Salu. in primo. Liberis eius auunculus erat. Atq; hercle, ego quoq; illam audiui fabulã. Plautus in milite glorioſo. nam hoc columnatim poetæ eſſe mãdaui barbaro. Curam adimere argentariã, uarietas præludendi adimendi occaſio eſt.

ACTVS QVINTI

SCENA OCTAVA.

Trimetri.

DEMIPHO. PHORMIO. CHREMES.

DIs magnas merito gr̃as habeo atq; ago,
Quando euenere hæc nobis frater proſpere.
Quantum poteſt nunc conueniundus eſt Phormio eſt,
Prius quàm dilapidet noſtras triginta minas,
Vt auferamus. Ph. Demiphonem ſi domi eſt
Viſam, ut quod. De. at nos ad te ibamus Phormio.
Ph. De eadẽ hac fortaſſe cauſſa? De. ita hercle. Ph. credidi,
Quid ad me ibatis? ridiculum, an uerebamini
Ne non id facerem quod recepiſſem ſemel?
Heus, heus, quanta hæc mea paupertas eſt, tamen adhuc

Curaui unum hoc quidem, ut mihi eſſet fides.
Ch. Eſt ne ita, ut dixi, liberalis? De. oppido.
Ph. Itaq; ad uos uenio nuntiatum Demipho,
Paratum eſſe, ubi uoltis uxorem date.
Nam omneis poſthabui res mihi, ita ut par fuit,
Poſtquam tantopere id uos uelle animum aduorteram.
De. At hic dehortatus eſt me, ne illam tibi darem,
Nam qui erit rumor populi, inquit, ſi id feceris?
Olim cum honeſte potuit, tum non eſt data.
Nunc uiduam extrudi turpe eſt, fermè eadem omnia
Quæ tute dudum coram me incuſaueras.
Ph. Satin' ſuperbe illuditis me? De. qui? Ph. rogas?
Quia ne alteram quidem illam potero ducere,
Nam quo ore redibo ad eam quam contempſerim?
Ch. Tum autem Antiphonem uideo ab ſeſe amittere
Inuitum eam, inque. De. tum autem uideo filium
Inuitum ſanè mulierem ab ſe amittere.
Sed tranſi ſodes ad forum, atq; illud mihi
Argentum iube rurſum reſcribi Phormio.
Ph. Quod? ne ego perſcripſi porrò illis, quibus debui?
De. Quid igitur fiet? Ph. ſi uis mihi uxorem dare
Quam deſpondi, ducam, ſin eſt ut uelis
Manere illam apud te, dos hic maneat Demipho.

Nam non eſtæquum me propter uos decipi,
Cum ego ueſtri honoris cauſſa repudium alteri
Remiſerim, quæ tantundem dotis dabat.
De. I in malam rem hinc cum iſtac magnificentia
Fugitiue. etiam nunc credis te ignorarier,
Aut tua facta adeo? Ph. irritor. De. tun' hanc duceres?
Si tibi data eſſet? Ph. fac periculum. De. ut filius
Cum illa habitet apud te, hoc ueſtrum conſilium fuit.
Ph. Quæſo quid narras? De. quin tu mihi argentum cedò.
Ph. Immo uero tu uxorem cedò. De. in ius ambula.
Ph. In ius enimuero, ſi porrò eſſe odioſi pergitis.
De. Quid facies? Ph. egóne? me uos indotatis modo
Patrocinari fortaſſe arbitramini,
Etiam dotatis ſoleo. Ch. quid id noſtra? Ph. nihil.
Hic quandã noram, cuius uir uxorẽ. Ch. hem. De. qd eſt?
Epitaſis alterius partis in fabula.
Ph. Lemni habuit aliam. Ch. nullus ſum. Ph. ex qua filiam
Suſcepit, & eam clàm educat. Ch. ſepultus ſum.
Ph. Hæc adeo illi ego iam denarrabo. Ch. obſecro
Ne facias. Ph. oh tun' is eras? De. ut ludos facit.
Ch. Miſſum te facimus. Ph. fabulæ. Ch. quid uis tibi?
Argentum quod habes condonamus te. Ph. audio.
Quid uos (malum) ergo me ſic ludificamini,
Inepti ueſtra puerili ſententia?

Nolo

Nolo, uolo, uolo, nolo, rurſum cedo, cape,
Quod dictũ indictum'ſt, quod modo erat ratũ, irritum'ſt.
Ch. Quo pacto, aut unde hæc hic reſciuit? De. neſcio
Niſi me dixiſſe nemini id certo ſcio.
Ch. Monſtri ita me Di ament ſimile. Ph. inieci ſcrupulum.
De. hem,
Hiccine ut à nobis hoc tantum argenti auferat,
Tam aperte irridens? emori hercle ſatius eſt.
Animo uirili præſentiq; ut ſis para.
Vides peccatum tuum eſſe elatum foras,
Neq; iam ut id celare poſſe te uxorem tuam.
Nunc quod ipſa ex aliis auditura ſit Chreme,
Id noſmet indicare placabilius eſt.
Tum hunc impuratum poterimus noſtro modo
Vlciſci. Ph. at at, niſi mihi proſpicio, hæreo.
Hi gladiatorio animo ad me adfectant uiam.
Ch. At uereor ut placari poſſit. De. bono animo es,
Ego redigam uos in gratiam, hoc fretus Chreme,
Dum de medio exceſſit, unde hæc ſuſcepta'ſt tibi.]
Ph. Ita ne agitis mecum? ſatis aſtute aggredimini?
Non hercle ex te iſtius me inſtigaſti Demipho.
An tu ubi peregre tibi quod libitum fuit feceris,
Neq; huius ſis ueritus fœminæ primariæ,

 Quin

Quin nouo modo ei faceres contumelias,
Venias nunc precibus lautum peccatum tuum?
Hiſce ego dictis illam ita tibi incenſam dabo,
Vt ne reſtinguas lachrumis, ſi extillaueris.
De. Malum quod iſti Dij, deæq; omnes duint.
Tantane adfectum hominem quenquam eſſe audacia?
Nonne hoc publicitus ſcelus hinc deportarier
In ſolas terras? Ch. in id redactus ſum loci,
Vt quid agam cum illo neſciam prorſus. De. ego ſcio,
In ius eamus. Ph. in ius? huc ſi quid lubet.
De. Aſſequere; ac retine, dum ego hinc ſeruos euoco.
Ch. Etenim nequeo ſolus, accurre huc. Ph. una iniuria'ſt
Tecum. Ch. lege agito ergo. Ph. altera eſt tecum Chreme.
De. Rape hunc. Ph. itane agitis? enimuero uoce'ſt opus.
Nauſiſtrata exi. Ch. os opprime. De. impurum uide,
Quantum ualet. Ph. Nauſiſtrata, inquam. Ch. non taces?
Ph. Taceam? De. niſi ſequitur, pugnos in uentrem ingere.
Ph. Vel oculum exculpe, eſt ubi uos ulciſcar locus.

PRiuſquā dilapidet, diſperdat. Viſam: ut qđ, Apoſiopeſis ſecunda. Ne nō id facerem quod recepiſſem ſe, & deeſt ad me, ut in Heauton. Nō ad meretricem faciet. Adhuc curaui *
* addidit adhuc cum potuiſſet ſine hoc integer ſenſus eſſe. Quæ tu te dudum corā me incuſaueras, noua locutio coram me incuſaueras, nō qui huc me incuſaueras coram me incuſaueras belle, ut ſi quid neget contra ſeipſum ſentire uideatur. Satin ſuperbe illuditis me? & datiuū & accuſatiuū caſum re-

ſum regit illudo. Rurſum iube re.Phor.reſcribi reddi ſeu p̄ menſæ ſcripturam.Iube reſcribi,quoniam ad numerationē pecuniæ antecedit ſcriptura. Reſcribere dicebant pro renūerare.&ſic infert ne ego præſcripſi, porro illis quibus debui,hæc eſt ergo figura in qua ſecūda de primis ſignificantiam ſumunt.Iube reſcribi per ſcripturā.i.per menſæ ſcripturā dari.unde hodie datur Chirographus domo ex actis ne menſæ ſcriptura. Ne ego pſcripſi.multi per ſcripturā reddi,multi dedi. ut apud Virg. Deditur hic ſubito Troiana per agmina rumor. Quin tu mihi argentū cedo,hoc ab utroq; cum clamore dici accipiēdum eſt.In ius ambula.ad iudicem eamus ſcilicet,nam ius pro loco.Cicero.Quin te in iure conſpicio.Enimuero ſi porro odioſi eſſe.uultu iuuādum eſt,& pronūciatione hoc,tam minaciter ſuſpēditur enimuero.Enimuero.principium eſt aliquid per iram dicturi, hic tum alius ex alia parte enimuero hoc ferret. & ferre dodatis ablatiuo,ut in Eunu. Habeo alia multa quæ nunc condonabuntur.Indotatis,hoc eſt ut Phanio.Etiam dotatis ſoleo.ut Nauſiſtratæ.Nullus ſum,perij,mortuus ſum,ſepultus ſum. auxeſis.nam plus eſt nullus ſum,quā perij.Quid uis tibi argentū qđ habes condonamus tibi.uis iterum ſubaudiendum eſt,ut ſit uis argētum quod habes, & eſt Aſyntheton inferendum.Cōdonamus tibi,ſic eſt illud apud Virg. Vultis & his mecum pariter conſidere regnis. Vrbem quā ſtatuo ueſtra eſt. Malum ergo ſic me ludificamini.malū aduerbium eſt interpoſitæ indignatiōis. Volo.nolo. primo ſingula ſeparatim, deinde ſimul utraq; p̄nunciāda ſunt. animo uirili.à neceſſario adhortatur. Noſtro ulciſci modo.ingenio frui.Hi gladiatorio animo parato ad periculum,hoc eſt ita perdito ac temerario,ut non ſibi caueant,dūmodo uulnerent,ut Saluſt. Auidius altera alterum ſauciare quā ſemet tegere. Ad me adfectāt uiā, adfectant uiam plenum quod nos eclypticos. Vt placari poſſit, ut p̄ ne non.Cum è medio exceſſit.pro quia exceſſit,& additum,& ad rationē dici comicum eſt. Aſtute aggredimini.ironia, & proprie aggredi accedere ad dimicandum eſt, bene ergo ſeruauit translationē à gladiatoribus ceptam. Ain tu,modo ad Chremetē cum inuectione conuerſus eſt. Lautum peccatum tuum,ut lauem,ut maculam.Lachrymis ſi extillaueris,extillare eſt guttare ex corpore, & extillare ipſum corpus guttatim finiri.ergo quaſi totum in lachrymas cōuerti,& ex toto extillare corpore.Publicitus ſcelus.i.publica cura.atq; conſilio.In ſolas terras,ſignanter. Virg.Parthorum & ſolis exegit mōtibus æuum,& Salu.in primo. ſolis uijs.In ius eamus.ad prætoris ſellam,modo enim locū ſignificat. In ius? huc ſi quid lubet.adparet paraſitum ad domū ſenis Chremetis non ad forum abſtrahere litem. Enim ſolus pro at poſuit. ut turbatum oſtenderet,ſic alibi. Etenim non ſinā. Vna iniuria eſt.i. actio iniuriarū ex lege altera quā feciſti dotatæ uxori.Lege agito ergo.lege agito dicebatur ei cuius intentio cōtemptibilis aduerſario uidebat̄.Plau.in Aulu. Lege agito,ei cœnam coque.Pugnos in uentrem ingere,urbane in uen-

trem.

trem. quaſi paraſito. ad uentrem totum paraſitũ dicit. ut Lucil. in. ij. Viuite caupones, comedones uiuite uentres, quod noſtro tempore non in uſu. An ſimpliciter, quia qui reſiſtit ne ſequatur collo trahētem, ab torto ore pandum ſe facit, & uentum proijcit, cum in uentre feritur, curuatur, & ſequitur.

ACTVS QVINTI
SCENA NONA.
Senarij & octonarij.
NAVSISTRATA. CHREMES. PHORMIO. DEMIPHO.

QVis nominat me? Ch. hem. Na. quid
iſtuc turbæ eſt obſecro
Mi uir? Ph. hem, quid nunc obticuiſti?
Na. quis hic homo'ſt?
Comicũ. πάθος. Non mihi reſpondes? Ph. Hiccine ut tibi reſpondeat,
Qui hercle ubi ſit neſcit? Ch. caue iſti quidquam credas,
Ph. Abi, tange, ſi non totus friget, me eneca,
Ch. Nihil eſt. Na. qd ergo eſt? qd iſtic narrat? Ph. iam ſcies,
Auſculta. Ch. pergin' credere? Na. quid ergo obſecro
Huic credam, qui nihil dixit? Ph. delirat miſer
Timore. Na. non pol temere'ſt, quod tu tam times.
Ch. Egon' timeo? Ph. recte ſanè, quando nihil times,
Et hoc nihil eſt, quod ego dico, tu narra. De. ſcelus,

Tibi

Tibi narret? Ph. ehò tu, factum'ſt abs te ſedulo
Pro fratre. Na. mi uir non mihi narras? Ch. at. Na. quid at?
Ch. Non opus eſt dicto. Ph. tibi quidē, at ſcito huic opu'ſt.
In Lemno. Ch. hem quid ais? De. non taces? Ph. clàm te. Ch. hei mihi.
Ph. Vxorem duxit. Na. mi homo Di melius duint.
Ph. Sic factum'ſt. Na. perij miſera. Ph. & inde filiam
Suſcepit iam unam, dum tu dormis. Ch. quid agimus?
Na. Proh Di immortales, facinus indignum, & malum.
Ph. Hoc actum'ſt. Na. an quidquam hodie eſt factum indignius.
Qui mihi, ubi ad uxores uentum'ſt tum fiunt ſenes
Demipho te adpello, nàm me cum hoc diſtædet loqui.

Amplificatio digna muliere.

Hæcine erant itiones crebræ, & manſiones diutinæ
Lemni? hæccine erat quæ noſtros fructus minuit uilitas?
De. Ego Nauſiſtrata eſſe in hac re culpam meritā non nego
Sed ea, quæ ſit ignoſcenda. Ph. uerba fiunt mortuo.
De. Nam neq; negligentia tua, neq; id odio fecit tuo,
Vinolentus ferè ab hinc annos quindecim mulierculam
Eam compreſſit, unde hęc nata'ſt, neq; poſt illam unquam attigit,
Ea mortem obijt, è medio abijt, qui ſit in re hac ſcrupulus.
Quamobrem te oro, ut alia tua facta ſunt, æquo animo

YY hoc

hoc feras.

Na. Quid ego æquo animo? cupio miſera in hac re iam defungier,

Sed quid ſperem? ætate porrò minus peccaturum putem?

Iam tum erat ſenex, ſenectus ſi uerecundos facit.

An mea forma, atq; ætas nunc magis expetenda eſt Demipho?

Quid mihi nunc adfers? quãobrem expectem, aut ſperem porrò non fore?

Ph. Exequias Chremeti, quibus eſt commodum, ire iam tempus eſt.

Sic dabo, age nunc, age Phormionem qui uolet laceſſito.

Faxo tali eum mactatum, atq; hic eſt, infortunio,

Redeat ſanè in gratiam, iam ſupplicij ſatis eſt mihi,

Habet hæc ei, quod dum uiuat uſq;, ad aurem obganniat

Na. An meo merito credo? quid ego nunc commemorem Demipho

Singillatim, qualis in hunc fuerim? De. noui æque omnia,

Tecum. Na. meriton' hoc meo uidetur factum? De. minime gentium.

Verum quando iam accuſando fieri infectum non poteſt,

Ignoſce, orat, confitetur, purgat, quiduis amplius?

Ph. Enimuero prius quàm hæc dat ueniam, mihi proſpiciam &c

am & Phædriæ.
Heus Nauſiſtrata prius quàm huic reſpondes temere, audi.
Na. quid eſt?
Ph. Ego minas triginta per fallaciam ab illo abſtuli,
Eas dedi tuo gnato, is pro ſua amica Lenoni dedit.
Ch. Hem quid ais? Na. adeon' hoc indignum tibi uidetur filius,
Homo adoleſcens, ſi habet unam amicam, tu uxores duas
Nihil pudere? quo ore illum obiurgabis? reſponde mihi.
De. Faciet, ut uoles. Na. immo ut iam ſcias meam ſententiã
Neq; ego ignoſco, neq; promitto quidquã, neq; reſpondeo
Priuſquam gnatum uideo, eius iudicio permitto omnia.
Quod is iubebit. faciam. Ph. mulier ſapiens es Nauſiſtrata.
Na. Satis tibi eſt? Ph. immò uero pulchre diſcedo, & probe Cataſtrophe.
Et præter ſpem. Na. tuum nomen dic quod eſt? Ph. mihin'
Phormio, ueſtræ familiæ hercle amicus, & tuo ſummus Phædriæ.
Na. Phormio, at ego ecaſtor poſthàc tibi quod potero, & quæ uoles
Faciamq́;, & dicam. Ph. benigne dicis. Na. pol meritum 'ſt tuum.
Ph. Vin' primum hodie facere quod ego gaudeam Nauſiſtrata?

Et quod tuo uiro oculi doleant? Na. cupio. P. h me ad cœ-
nam uoca.

Na. Pol uero, uoco. De. eamus intrò hinc. Ch. fiat, ſed ubi
eſt Phædria

Iudex noſter? Ph. iam hic faxo aderit, Vos ualete, &
Plaudite.

QVis nominat me. Hic uelut controuerſia eſt, in qua reus ſit maritus malæ tractationis, & eſt ſtatus qualitatis uenialis. Delirat miſer timore. g. utrũq; & delirat & timore. nã deliratio ſenectuti conuenit, timor conſcientiæ. Mi homo dij melius duint, quærit Probus an matrona tam familiariter mi homo recte dicat aliena, ſed fruſtra. nam fœminarum oratio eſt, & ſi blanditur blanda eſt. Quid agimus? facete additum. Vbi mihi elegãter inſertũ mihi, ut in Heauton. Is mihi ubi abibit plus paulo ſua quæ narrat facinora. Ad. u. u. eſt. tunc fiunt ſenes, elegãter fieri dixit, & generaliter inuidioſius quã ſi unum accuſaret ſenem. Ego Nau. qualitas uenialis à conceſſa actione. Verba fiunt. m. non
* eſt paſſus paraſitus, ut totam ſententiã ſenex explicaret. Nam neq; ne. t. neq; odio id fecit tuo. locus in hac cauſſa principalis eſt. * & ideo in duo diuiſit, nec negligentia circa te, nec odio inquit factum. præterea & præſto addidit defenſionẽ. Vinolentus, ab ætate eius à parte criminis, à diminutione contemptuq; pellicis, ab euẽtu, ab animo facietis, ꝙ mortua eſt, poſtremo & p̄cibus & pilogũ ꝙ fecit, admonens illam oratoriæ mãſuetudinis ſuæ. Vinolẽtus. ab imprudentia defenſio. Abhinc an. xv. à tẽpore defenſio. Eam cõ. quod interdum eſt nõ amoris ſed iniuriæ, & non attigit poſtea ita facti pœnituit. Aequo animo ut fe. hic locus eſt, id eſt quod futurũ ſit, facilius em̃ ignoſcitur non ultra peccatoris. Defungier. defungi deſinere. Porro. m. quia dixit abhic annos. xv. Senectus ſi uę. fa. modeſte & grauiter. Quid mi. hic af. callidius uſa eſt ad ultimũ * conuerſa ad ipſum defenſorem
* mariti. Quid mi. hic af. de qua ui cõtradictionis exultat paraſitus, tanquã cõfecto mortuoq; aduerſario ſuo. Exequias Chremeti, bono ordine primo delirat miſer timore, poſt uerba fiunt mortuo, ad ultimũ exequias Chremeti, delirat, moritur, & feratur. Age nunc Phormionẽ qui uolet laceſſito. Virg. Degeneremq; Neoptolemũ narrare memẽto. Faxo tali eum mactatum, ſummo pro eo quod eſt eum, ſic frequenter ueteres. En-

res. Ennius Omnes corde patrē prębent animoq́; benigno circūfuſum. Ignoſce. orat. confitetur, purgat, uerba uenialis ſtatus ſunt ignoſce, confitetur. Tu tuum nomē dic, bene dicit tuum, pronomine utitur, quia nō habet nomen: nam potentiorū blandimentum circa inferiores, hoc fuit ut nomę eorum quærerent, & cum audiuiſſent ipſis nominibus eos cōpellarēt ſtatim. tale eſt in Adelphis. Qui uocare, Geta hominē maximi precij &c. Veſtræ familiæ. hoc propter Antiphonis amicitiā dixit amicus. Et tuo ſummus Phædriæ. amicus iterū ſubaudiendum. Vin primū hodie facere, facete ex perſona paraſitica beneficij optio facta eſt, quod promiſerat mulier. Sed ubi eſt iudex. bene iudex, ad illum enim mulieris illata ſententia eſt. ut cum ita agitur tuta ſunt marito omīa, & per ironiam, ridicule dicitur ea quæ irata erat, uel irritata erat. Iudex noſter. nihil facetius quā iudicem capi aduerſus crimen uoluptatis paternæ, & amatorem filium. & fratrem Antiphonis cui nubet furtiua filia. Iudex noſter. terribilis. ſ. cenſor paternarū delitiarum. Vides igitur hic cōſultam uxoris iracundiam.

SEX COMOEDIARVM TERENTII FINIS.

IMPRESSVM MOGVNTIAE PER IOANNEM SCHOEFFER, ANNO POST CHRISTVM NATVM, MILLESIMO QVINGENTESIMO VICESIMO OCTAVO. NONO CALEN. AVGVSTI.

Antonij seripandi et Amicorum.



VA1
1551800

210
E
52